Avvertenza

Questo testo venne ristampato nell'anno successivo della presente edizione dallo stesso editore. Inseriamo (in calce alla presente edizione) il frontespizio della ristampa dell'anno 1677 presente nella Biblioteca d'Arte e di Storia San Giorgio in Poggiale Via Nazario Sauro, 20/2 - Bologna, alla quale va il nostro ringraziamento.

(Roberto Borgia, 13 luglio 2005)

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

4° Kw
156

Digitized by Google

TRACTATUS
Novus, Perſpicuus & Abſolutus
De
JURAMENTO CALVMNIÆ
ANTONII DEL RE
Juriſconſulti Tiburtini Excellentiſſimi,

In quo omnia, quæ circa dictam materiam tàm in ſcholis, quàm in foro verſantibus ſummè neceſſaria ſunt, abſolutè pertractantur.

Cum Summariis, & Indice Rerum, Verborum, ac Sententiarum copioſiſſimo.

OSNABRUGI,

Apud Joannem Georgium Schwänderum, *Anno M. DC. LXXVI.*

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DE IVRAMENTO CALUMNIÆ.

ANTONII DEL RE TIBVRTINI I.V.D.

CAPUT I.

De juramenti calumniæ definitione.

SVMMARIA.

1. Diffinitio omnis in jure periculosa est. 2. Diffinitio juramenti calumniæ ex Hostien. ex Pileo. num. 3. ex Mar. Socino num. 4. Hostien. & Pil. reprobatur à Socin. & diffinitio Socini reprobatur ab Authore. num. 5. 6. Qui per alium facit, per se facere videtur. 7. Pœna major irrogatur contravenienti juramento, quàm præstatione fidei. 8. Juramentum calumniæ præstatur generaliter super tota causa. & non super aliquo actu particulari. & num. 20. & 29. & 31. 9. Genus prædicatur in quid de suis speciebus. 10. Differentia prædicatur in quale de pluribus differentibus specie. 11. Aliter accipitur genus, & species à Philosophis, & aliter à Legistis. 12. Multi Doctores tractarunt de juramento, & ejus speciebus. 13. Doctores confundunt has tres juramenti species, videlicet, Malitiæ, Calumniæ & veritatis. 14. Dictæ tres juramenti species de jure antiquo non præstabantur in omnibus casibus. & num. 15. 16. & 17. 18. Juramentum malitiæ de jure antiquo, præstabatur tam ante litem contestatam, quàm post litem contestatam, & tam generaliter, quàm particulariter, & super quolibet particulari articulo, & idem erat de juramento calumniæ, & veritatis. 19. Juramentum malitiæ de jure novissimo, præstatur ante litem contestatam privativè, quoad alia duo prædicta juramenta. 20. Juramentum calumniæ præstatur tantùm post litem contestatam sed generaliter, & super tota causa. 21. Juramentum veritatis, seu de veritate præstatur duntaxat post litem contestatam, sed super emergenti, & articulo particulari. 22. Differentiæ inter juramentum malitiæ, calumniæ, & veritatis apud quos doctores haberi possint. 23. Differentiam inter juramentum calumniæ, & malitiæ quis tradat. 24. Differentiam juramenti calumniæ, & veritatis quis tradat. 25. Diffinitio juramenti calumniæ ex Authore. 26. Diffinitio juramenti calumniæ ab Authore tradita convenit soli diffinito, ut solet diffinitio; rectè convertitur cum diffinito, ut solet quælibet diffinitio. num. 27. 2. constat ex genere, & differentia, ut quælibet diffinitio constare solet. num. 28. 29. Differentiæ quatuor inter juramentum calumniæ, & alia juramenta. 30. Differentia inter juramentum calumniæ, & veritatis apud quos Doctores habeatur. 31. Differentia inter juramentum calumniæ, & malitiæ ubi habeatur. num. 31. 32.

Digitized by Google

Differentia, quod juramentum calumniæ præstetur ad confirmationem, & solemnitatem judicii, quare ponatur in diffinitione juramenti calumniæ ab Authore. 33. Dicitur & exponitur juramentum calumniæ, id est, calumniæ vitandæ, & non calumniæ committendæ. 34. Nostra ætate videtur jurari potius de calumnia committenda, quàm vitanda. 35. Facti sumus Dei, & Christianæ Relig. contemptores. 36. Juramen. calum. non æstimatur *unum obulum*. 37. Dictio calumnia, quid significet. 38. Juramentum calumniæ semel tantum præstatur, malitiæ, & veritatis pluries. n. 39. 39. Differentiæ sufficientes traditæ sunt inter juramentum calumniæ, ac juramentum malitiæ & veritatis ab Authore.

1 ANTEQVAM ad tractandum de juramento calumniæ descendam, investigandam duxi ejus diffinitionem, † licet omnis diffinitio in jure periculosa sit, & rarò contingat, quod subverti nõ possit, *l. omnis definitio* 22. & ibi scribentes. *ff. de reg. jur.* Et multum prisci Doctores insudarunt in tradenda perfecta definitione dicti juramenti. † Una diffini-
2 tio fuit Hostiens. relati per Marian. Socin. *in Rubr. de juram. calum. num.* 1. quæ talis est: [Juramentum calumniæ est, cùm quis bona fide jurat non a-
3 nimo calumniandi agere, vel respondere, & aliquod aliud proponere.] † Alia diffinitio fuit Pilei, ut tradit idem Socin. *in d. num.* 1. quæ talis est. [Iuramentum calumniæ est trames legitimus, per quem litigantium temeritas,
4 & contentiosa litis instantia compescitur.] † Tertia diffinitio fuit ipsius Socini in *d. Rubr. nu.* 2. quæ talis est, videlicet. [Est actus judicialis, per quem medio juramento litigantes per se, vel per alium eorum nomine affirmant, seu fidem præstant secundum eorum credulitatem, quandoque simpliciter respectu omnium, quæ in judicio agenda, vel defendenda sunt, & quando-
5 que unius actus particularis nihil calumniosè agere, vel defendere. † Diffinitiones Hostien. & Pilei reprobat idem Socin. *in d. nu.* 2. & ego neque ipsius Socini diffinitionem probo ex pluribus. Primò, quia in d. diffinitione
6 sunt superflua illa verba. [per se vel per alium ejus nomine.] † Qui enim per alium facit per se facere videtur *arg. l. servum. §. Prætor ait. ff. de acq. hæred. Reg. Qui per alium. De reg. jur. in* 6. Secundò, quia sunt superflua illa verba, [seu fidem præstant] nam juramentum præstatur tactis scripturis, ut dicam
7 *infra c.* 6. quod non fit in fidei præstatione. † & major pœna irrogatur ei, qui contravenit juramento quam ei, qui præstationi fidei contravenit *ex gl. in c. Clericus* 35. *in verbo. Quod promisit de jurejur.* [Tertiò, quia illa verba [& quandoque unius actus particularis] non solum superflua sunt, sed contra
8 ipsius juramenti calumniæ naturam † cùm tale juram. calum. præstetur generaliter super tota causa, & respectu omnium, non autem respectu alicu-

jus

Digitized by Google

jus actus particularis. Bald. *in Auth. hoc sacramentum, nu. 2. C. de jurejur. propt. calum.* & Cyn. *in l. 2. n. 4. C. eod.* Marian. Socin. *in d. rubr. de jur. cal. n. 9. 14. & in c. inhærentes, n. 15. & 17.* Alberic. *in d. Auth. nu. 1.* Paul. de Cast. *in d.l. 2. n. 1,* Cæterum istud juram. calum. est species juram. & ideò ut possimus habere omnium pleniorem scientiam, tractandum esset prius de juram. in genere. † Quod genus prædicatur in quid de suis speciebus teste Porph. *in Prædicab. ante Aristot. in c. de Genere.* † Tractandum esset etiam de differentia, quæ prædicatur in quale de pluribus differentibus specie, teste eod. Porph. *ubi suprà c. de differentia.* † Quamvis non me lateat aliter accipi genus, & speciem à Philosophis, aliter à Legistis, & quod Legistæ ponunt individuum pro specie, & malè, ac impropriè loquuntur, ut ex innumeris locis conjicere licet. † Sed quia multi tractaverunt de juramento in genere, & variis ejus specieb. ut Ant. Corsettus, *de jurejur. & jur. privileg.* Ioannes de Silva *in tract. de jurejur.* Phanut. *de jur. in lit.* Plot. *de in litem juran.* Caroc. *de jur. lit. decisivo.* Seraphin. *de Privileg. juram.* & Scribentes *in ff. & C. de jurejur. & C. de jurejur. propt. calum. & in canonico extra, & in 6. eisdem titulis.* Et novissimè Clarissimus I. C. D. Vincentius Mancinus genere Tiburs, & in Curia Romana, tum in theorica, tum in practica nemini secundus in suo luculento Tractatu, quem compilavit magno studio de juramento nondum in lucem edito, ubi omnes ejus species, effectus, & privilegia supra omnes alios complexus est; qui tractatus erit plenissimus, & ideò cùm edetur ad eum in omnibus occurrentibus materiis circa juramentum haberi poterit recursus; in iis non immoror, sed redeo, unde digressus sum ad diffinitionem juram. calum. & dico † quod per antiquos Doctores istæ tres juramenti species, scilicet malitiæ, calumniæ, & veritatis confundebantur, & in qualibet judicii parte tùm lite non contestata, tùm facta litis contestatione, & tùm in quolibet particulari emergenti præstabantur indifferenter, & sic sese, ac legentes intricarunt. Unde ut possimus veram definitionem habere præmittenda duco duo evidentialia, quorum Primum est, † quod quamvis dictæ tres juramenti species non præstarentur de jure antiquo in omnibus casibus ut per Spec. Marian. Socin. & alios per me citatos, & citandos, hodie præstantur in omnibus casibus, † Et de juramento malitię tradit Soc. *in c. in pertractandis, n. 18. de jur. cal. tex. in cap. appellationis, in fi. de jura. cal. in 6.* † De juramento calumniæ Specul. *in tit. de jur. cal.* Soc. sparsim *in d. sua repetit. quam in forma tractatus edidit de jur. cal.* & alii quamplures, ut alibi dicam. † Et de juramento

Digitized by Google

mento veritatis, ſeu de veritate voluit idem Socin. *in d. c. in pertractandis. n.*
18 17. & prædicta latiùs per me explicabuntur in præſenti opere. † Secundum evidentiale eſt, quod licet de jure antiquo juramentum malitiæ præſtaretur tam ante litem conteſtatam, quàm poſt litem conteſtatam, & tam generaliter, quam particulariter, & ſuper quolibet emergenti & particulari articu-
19 lo; idemq; erat de juramento calumniæ, & de juramento veritatis. † Nunc autem de jure noviſſimo juramentum malitiæ præſtatur ante litem conteſtatam generaliter, & particulariter, ac ſpecialiter ſuper quolibet emergenti, & articulo privativè quoad alia duo juram[illegible]ta, ita, ut alia duo prædicta juramenta non poſſint ante litem conteſtatam præſtari; & juramentum prædictum malitiæ præſtatur etiam poſt litem conteſtatam, ut *per c. fin. de ju-*
20 *ram. calumn. in 6.* traditum videtur. † Juramentum calumniæ præſtatur tantùm poſt litem conteſtatam, ſed generaliter, & ſuper tota cauſa, ut dixi *ſup.*
21 *num.* 8. † Juramentum verò veritatis, ſeu de veritate ſimiliter duntaxat poſt litem conteſtatam, ſed ſuper emergenti particulari, & ſuper particulari ar-
22 ticulo, & non generaliter. † Quas differentias, & alias plures inter has tres juramenti ſpecies colligere datur ex Specul. *in tit. de juram. calum.* & gloſſ. 1. *in fi. §. propter omiſſum, in c.* 1. *de jur. calum. in* 6. Socin. *in c. cum cauſa, nu.* 26. *& ſeq. extra, eod. tit.* & ſparſim ſcribentes ſuper *ff. & C. & extra, ac in* 6. ut dixi.
23 † Et præcipuè differentiam inter juramentum calumniæ, & malitiæ, ex So-
24 cin. *in d. rubr. de juram. calumn. num.* 4. & 14. † Et differentiam inter juramentum calumniæ, & veritatis ex *d. gloſſ.* 1. *in d. c.* 1. *in* 6. & Socin. *in c. cum in cau-*
25 *ſa, num.* 23. *extra de juram. calumn.* † His duobus evidentialibus firmatis dico juramenti calumniæ talem poſſe definitionem tradi. *Quod ſit juramentum in judicio per litigantes præſtitum ſuper tota cauſa poſt litem conteſtatam tantùm ad confir-*
26 *mationem, & ſolemnitatem judicii.* † Quæ definitio ſoli definito convenit, & ſic ſoli juramento calumniæ, ut apparet ex Cępol. *in tract. de interpret. legis extenſiva in rubr. de generali extenſione interpretativa, num.* 149. *pag. mihi* 20. & non
27 alii juramento. † Et rectè convertitur cum ſuo definito, ſicut vera definitio converti debet, vulgata *l.* 1. *§. dolum,* & ibi Bar. *ff. de dolo,* gloſ. Canoniſt. *in rubr. de Sum. Trin. & Fide Cathol.* Jaſ. *in rubr. ff. ſolut. matrim. nu.* 22. *& in rubr.*
28 *ff. de acquir. hæredit. num.* 6. † & conſtat ex genere, & differentia, ut eſt neceſſe in qualibet definitione ex Porphyr. *in loco ſuprà ultimo citato.* Genus enim
29 eſt juramentum, quod de hoc juramento prędicatur in quid, ut dixi: † Differentię autem quatuor per me ponuntur. Prima differentia eſt, quod præſtatur in judicio ad differentiam juramentorum, quę extra judicium præ-

præ-

Digitized by Google

ſtantur. Secunda differentia eſt, quod prę ſtatur ſuper tota cauſa generaliter, ut dixi *ſupra. num.* 8. & 20. ad differentiam juramenti veritatis, † quod 30
prę ſtatur ſup. quolibet particulari articulo, & emergenti, & hęc differentia probatur ex Cyn. *in l.* 2. *nu.* 4. *in fin. & num.* 6. & 7. Marian. Soc. *in dict. rub. num.* 9, & 14. *& in c. inhærentes* 1. *num.* 15. & 17. *de juram. calum.* † Tertia dif- 31
ferentia eſt quod præſtatur juramentum calumniæ poſt litem conteſtatam tantùm, ut dicam latè *infrà c.* 10. ad differentiam juram. malitiæ, quod præſtatur ante litem conteſtatam, ut dixi *ſup. num.* 19. & aliquando etiam poſt litem conteſtatam ut ſupra poſui *dict. num.* 19. *ex c. fi. ibid. citato.* Et hæc probantur ex Specul. & Soc. & Scribentibus in locis præcitatis, ubi talem differentiam ponunt. † Quarta differentia eſt, quod præſtatur 32
ad confirmationem, & ſolemnitatem judicii ad differentiam juramenti malitię, juram. in litem, juram. deciſivi, juram. affectionis, & ſimilium, quæ licet præſtentur in judicio, & generalia quandoque videantur, & ſuper tota cauſa, *non* tamen ſunt ad confirmationem, & ſolemnitatem judicii, ſed po*tius* ad probationem : Et eadem verba ponuntur etiam ad differentiam juramenti veritatis, quod licet præſtetur in judicio, non tamen eſt ad confirmationem & ſolemnitatem judicii. Quæ 4. differentiæ prædicantur in quale de juram. calum. & ſic habemus de juram. prædicto quod quid per genus, & quod quale per differentias. † Dicitur autem, & exponitur jur. 33
calum. i.e. calumn. vitandę, & non exponitur calum. committendę. Joan. de Arnono *in ſua Pract. jud. num.* 20. Marian. Soc. *in dict. rub. de juram. calumn. num.* 1. Speculat. *in tit. de juram. calum. §.* 1. *num.* 8. Alberic. *in rubr. C. de jurejur. propt. calum.* & allegant dictum Apoſtoli. Unusquisque habeat ſuam uxorem propter fornicationem, hoc eſt, propter fornicationem vitandam & repellendam, † licet noſtra ętate videatur potius jurari de calum. com- 34
mittenda, quàm de calum. vitanda. Andr. Gaill. *Pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 85. *num.* 4. ex Socin. ab eo relato. † Quia facti ſumus Dei Opt. Max. & Chri- 35
ſtianę Religionis contemptores, Gaill. *dict. obſer.* 58. *num.* 4. † Et ideo iſtud 36
juramentum hodie non ęſtimatur uno obulo. Gaill. *dict. num.* 4. ubi id tradit ex Marant. in Spec. *par.* 6. *in* 2. *par. judicii, in tit. de juram. actu* 1. *num.* 11. & Addent. ad Mattheſil. *in ſing.* 64. *verſ. & ibi ſubdit Baldus*, allegat etiam ad id *tex. in l. quæ ſub condit. & ff. de cond. inſtit.* & ut prędicta facilius intelligamus, perpendendum eſt, quid ſibi velit iſta dictio [calumnia,] & dicitur, † quod 36
calum. eſt, cùm quis ex certa ſcientia injuſtè agit, vel reſiſtit. Soc. *in d. rub. de jur. cal. n.* 1. concordat cũ gloſ. *in l. ſi calumnietur* 233. *in verb. litibus. ff. de verb. ſig.*

Digitized by Google

Aliter autem illam ex Cicer. de Offic. 1. definit Petr. Vanderan. *in sua Pract. judiciali lib. 3. c. 2. in princ.* & quod sit malitiosa, & nimis callida juris interpretatio, & Alciat. *in comment. d. l. si calumnietur, num. 1.* dicit per illam l. quod calumniari est per calumnias, & frustrationes negotium differre, vel per fraudem alios litibus vexare, *& sub num. 2.* subdit, quod idem est cavillari, & quod utrunque verbum ab antiquo verbo calvire deducitur, quod decipere significat & frustrari tracta metaphora à calvis, qui eos frustrantur, à quibus per capillos prænendi videntur. Sed fortè aliquis reprehendet hanc definitionem à me traditam, tanquam mancam, ex qua omisi aliam differentiam inter juram. calumn. & alia duo prædicta juram. videlicet, ma-
38 litiæ, & veritatis, quæ differentia est quod † jur. cal. semel tantum præstatur, & pluries præstari non potest ab eadem persona, & in eadem instantia,
39 ut latè dicam *infra c. 9.* † Jur. verò malitiæ & veritatis pluries præstari pot-
40 est, ut præcitati Doctores volunt, † Verum ego tradidi sufficientes differentias inter jur. cal. & dicta alia duo juramenta & nolui ponere omnes differentias ut vitarem prolixitatem: qui tamen illas habere voluerit, consulat doctores per me inductos, & inducendos, & præsertim Panor. *in c. literas, n.* 10. *& seq. de jurament. calum.*

CAPUT II.

Iuramentum calumniæ quæ in se contineat.

SVMMARIA.

1. Non essemus ita proclives ad jurandum de calumnia, si perpenderentur ea, quæ continentur sub juramento calumniæ, & explicitè jurarentur, ut debe.ent. 2. Iuramentum calumniæ in se continet, quod jurans non animo calumniandi agit, vel resistit, sed quia lis sibi justa videtur. Casus, in quo quis potest habere causam injustam, & jurare de calumnia remissivè. Notæ, quibus designabant antiqui, quod non calumniæ causa aliquid faciebant. 3. Iuramentum calumniæ in se continet, quod jurans probationem non exiget, nisi quam pro veritate putabit exigendam. 4. Et quod dicta probatio exigenda sit necessario ex Socino. 5. Iuramentum calumniæ in se continet, quod jurans non dedit, aut promisit, nec dabit, aut promittet judicibus, vel alicui alteri personæ aliquid, ut injusta feratur sententia. 6. Marian. Socin. detahit illa verba, *ut injusta feratur sententia*, & addit infra ser. *nisi illis personis, quibus leges dare permittunt.* 7. Iuramentum calumniæ in se continet, quod jurans dilationem non petit animo calumniandi, & differendi judicii. 8. Objurgatio contra quosdam Procuratores, nomine Procuratorum indignos, qui contra proximè dicta faciunt. 9. Iuramentum calumniæ in se continet, quod si jurans aliquando interrogabitur, respondebit veritatem. 10. Iuramentum calumniæ continet in se, quod si quis dat positiones, illas dans, & jurans non animo calumniandi illas dat, & jurat, sed sui juris conservandi gratia. Ubi vide de intellectu hujus dicti. 11. Positionum datio, & illis facta responsio est species probationis, & qui non admittitur ad probandum, nec admittitur ad ponendum. 12. Iuramentum calumniæ in se

conti-

Digitized by Google

continet, quod jurans non utetur scienter falsa probatione sive in testibus, sive in instrumentis, sive in quavis alia probatione, Ubi vide de intellectu hujus dicti. 13. Versus, qui effecti sunt à Doctoribus super premissis, quę continentur sub juramento calumnię. 14. Explicitè jurari deberent omnia prędicta contenta sub juramento calumnię. Et judex ad id potest cogere partes. 15. Si simpliciter defertur juramentum calumnię, & simpliciter juratur, virtualiter & implicite censentur jurata omnia prædicta, quæ superiùs dicta, sunt contineri sub juramento calumniæ. 16. Ille, qui juravit de calumnia, si ad redimendum sanguinem suum vellet corrumpere accusatorem, an dicatur contravenire juramento calumniæ per se præstito, & comprehendatur sub præmissis, quæ in se continentur in juramento calumniæ. 17. Videtur non esse præstandum juramentum calumniæ à reo in criminalibus, ubi irrogatur pœna sanguinis. Quomodo intelligatur reg. quod licet redimere quoque modo sanguinem suum in criminalibus remissive ad Bart. 18. Capitula contenta sub juramento calumniæ magis respiciunt prosequutionem litis, quàm justitiam negotii principalis.

PLura † in se continet capitula juramentum calumniæ, quæ si explicitè 1
juranda proponerentur, & jurarentur, prout proponi & jurari deberent, non essent homines ita proclives ad jurandum, imò, ut loquar rectiùs, ad dejerandum. † Primum capitulum, quod in se continet juramentum ca- 2
lumniæ est. Quod jurans non animo calumniandi agit, vel resistit, sed quia lis sibi justa videtur tex. *in l. 2. §. 1. C. de jurejur. propt. calum.* Bald. *ibid. n. 3. ubi id* pro forma tradit gloss: *in c. 1. in verbo calumniæ juramentum.* Maria. Socin. *in c, cum in causa, num. 5. extrà de juram. calum.* Speculat. *in tit. de jur. calum. §. 4. in princ. & num. 2.* Lucas Petus *in Pract. Capitol. li. 2. cap. 3. num. 12.* Marant. in Spec. *par. 6. in 2. jud. par. in tit. de juram. actu. 1. num. 10.* Adden ad Matthesil. *sing. 64, versic. hoc autem juramentum.* Bald. tamen *in d. l. 2. in fine* ponit unum casum, in quo quis scit se habere causam injustam, & de calumnia jurare potest, remissivè ad *l. at qui natura. 19. §. cum me absente 3. ff. de negoc. gest.* ubi videre est etiam glos. *in verbo, committat.* Nec omitto, quod antiquitùs, quando volebant dicere, quod non faciebant aliquid calumniæ causa, his tribus notis scribebant, videlicet, N. K. C. quas Valer. Probus de literis antiquis in edictis perpetuis sic interpretatur. Non Kalumniæ Causa; unde colligitur illos priscos viros voluisse scribere calumniam per K. Græcam literam, & non per C. de quo summopere miror, cum nihil Latinis inservire K. dixit Angelus Florenzola in explosione novarum literarum, quam vulgato idiomate habemus inter ejus opera. † Secundum capitulum 3
quod in se continet juramentum calumniæ est: Quod probationem non exiget, nisi quam pro veritate putabit exigendam. tex. *in l. 1. §. 1. & in Auth. in isto sacramento, C. de jur. propt. calum.* glos. *in d. c. 1. in d. verb. Calumniæ juramentum,* Specul. *in d. §. 4. in princ. versic. Item quod non uteris.* Bald. *in Auth. Principales personæ, num. 1. in fin. C. eodem.* Socin. *in d. c. cùm in causa, num. 6. in fin. &*

Digitized by Google

fin. & num. 7. verſ. ſexto noto. Addent. ad Mattheſil. *d. ſing. 64. verſic. tertiò,*
4 *quod non utetur.* Luc. Petus ubi ſuprà *num. 12.* † & Socin. *in d. c. cùm in cauſa, d. num. 7. verſ. ſextò noto.* addit dictionem, Neceſſario, & ſic continet, quod non exiget probationem, niſi quam pro veritate putabit neceſſariò exigendam.
5 † Tertium capitulum, quod continet in ſe juramentum calumniæ eſt, quod jurans non dedit, nec promiſit, nec dabit, aut promittet judicibus, aut alicui alteri perſonæ aliquid, ut injuſta feratur ſententia, gloſ. *in d. c. 1. in d. verbo. Calumniæ juramentum.* Specul. *in d. §. 4. in princip. verſ. Item quod corrupiſti.* Addent. ad Mattheſil. *d. ſingul. 64. verſ. quartò quod non corrumpet.* Marant. *in d. tit. de juramento d. actu 1. num. 10. verſ. quartò quod non corrumpet.* Luc. Pet. *in d.*
6 *Practica. d. c. 3. num. 12.* † Sed multi ex dictis Doctoribus diverſimodè ponunt iſtud capitulum, alii enim detrahunt aliqua verba, aliqui addunt, & in ſpecie Socin. *in dicto cap. cùm in cauſa, num. 7.* non ponit illa verba: Quod injuſta feratur ſententia, & loco illorum ponit hæc verba: Niſi illis perſonis, quibus leges dare permittunt, quæ ſunt verba ipſius textus *in dicta Auth.*
7 *Principales perſonæ, in principio.* † Quartum capitulum, quod continet in ſe juramentum calumniæ eſt, quod dilationem non petet jurans animo calumniandi, & differendi judicii, gloſ. *in dicto cap. 1. in dicto verbo. calumniæ juramentum.* Socin. *in dicto cap. cum in cauſa, num. 6.* Marant. *in dicto actu primo, dicto num. 10. verſ. quintò quod.* Lucas Pet. *d. num. 12.* Specul. *in d. §. num. 1.* facit
8 Bald. *in dicta l. 1. num. 1, C. de jurejur. propt. calumn.* ‖ Unde colligitur peſſimè agere illos Procuratores (ſi procuratorum nomine digni ſunt,) qui ut videantur ſuis principalibus aliquid ſcire, variis commentis differunt cauſas, & injuſte damnificant adverſarios juſtas foventes cauſas petendo quotidie in Curia Capitolina citationem diffundi pro die ſequenti ad defatigandum adverſarium, quem ſciunt quotidiè accedere non poſſe ad bancum juris, vel petendo copiam cum termino ad excipiendum, cùm revera nihil excipere poſſint, vel petendo votum aſſertamenti; & coram Capitaneo appellationis, & conſulibus artium, petendo votum Conſultorum; & in Curia Illuſtriſſimi Domini Gubernatoris petendo recurſum, vel deputationem novi judicis, ut effugiant juſtitiam judicis informati, & deputetur alius non informatus, & coram Illuſtriſſimo Domino Auditore Cameræ eandem deputationem novi judicis, vel allegando ſolutionem in partibus, cùm nullam ſolutionem adeſſe ſciant; vel terminum haberi pro ſervato pro die Notarii, ut tardius cauſa expediatur; Atque in Rota petendo decreta de corrigendo extra-

Digitized by Google

extractus, cùm tamen correctione non indigeant; Et petendo in omnibus tribunalibus remissorias literas ad partes longinquas etiam remotissimæ Hispaniæ sub prætextu examinandorum testium, inducentes sæpe testes, qui in rerum natura non sunt, & si sunt in rerum natura, nihil prorsus sciunt de negocio, super quo litigatur. Prædictos & alios modos ad protrahendas lites adinvenit quædam pestis, quæ in numerum procuratorum irrepsit, & fœdat castissima tribunalia, sicut Arpiæ fœdasse feruntur mensam Phinæi Regis; & illam sequitur magnus vulgarium numerus, qui non confidit in causæ justitia, sed in litis protractione. Et utinam istis temporibus prout alias factum memini, fieret selectio imperitorum, & cavillantium procuratorũ, & sollicitatorum, qui similia agunt, & à tribunalibus expellerentur. Quia judicibus non obnubilaretur facti series, & faciliùs judices expedirent causas; partes adversæ non defatigarentur litibus; proprii clientuli talium Procuratorum, & sollicitatorum non expilarentur quotidiè; & ipsis cum suis similibus procuratoribus & sollicitatoribus, in quibus summopere confidunt, præcideretur via ad infernale baratrum; & Tribunalia tali expurgata peste decorarentur solis doctis procuratoribus, qui in via veritatis ambularent. Et ad evitanda similia perjuria ex mente Speculat. dicit Panormit. *in c. inhærentes. num.* 10. *de juram. calumn.* quod esset bonum omittere istud quartum Capitulum; sed eorum opinio mihi non placet, quia daretur materia committendi calumnias. Sed his omissis ad instituta descéndendo dico † Quin- 9
tum capitulum, quod in se continet juramentum calumniæ esse, quod si jurans aliquando interrogabitur, respondebit veritatem, juxta gloss. *in d.c. in d. verbo calumn. juram.* Addent. ad Matthesil. *d. singul.* 64. *vers. item quod respondebit.* Socin. *in d.c. cùm in causa, num.* 5. *vers.* 2. *not.* Specul. *dicto §.* 4. *in princ.* Maranta *d. act.* 1. *nu.* 10. *vers. quod* Parnomit. *in c. cæterum in princ. in vers. not.* ibi *ad veritatem. de jur. calum.* † Sextum Capitulum, qnod in se continet istud juramentum 10
est, quod si dat positiones, is, qui illas dat, non dat illas calumniosè, sed sui juris conservandi gratia. Andr. Gaill. *Pract. obser. libr.* 1. *obser.* 79. *num.* 10. *in princ.* ubi hoc juramentum appellat dandorum. Et licet Gaill. ibi loquatur de calumnia, nihilomnius nõ est de calumnia, sed de veritate, quia super articulo, & emergenti particulari præstatur, & non generaliter ad totam causam, & quamvis etiam esset de calumnia, reduceretur ad secundum Capitulum, *suprà expressum. num.* 3. in quo juratur non exigere probationem, nisi quam pro veritate putabit exigendam necessariò. † Quia Positionum datio, & illis fa- 11

Digitized by Google

cta reſponſio eſt ſpecies probationis, fieri enim non poſſunt poſt lapſum termini ad probandum & qui non admittitur ad probandum, nec admittitur ad ponendum. Minſinger. *centur.* 1. *obſervat* 34. ubi id limitat. Capic. *deciſ.* 15. *num.* 2. Cotta. *in memorabil. in verbo, juramentum calumniæ.* Addent. ad Matthæſil. *ſingul.* 65. *incipien. nota quod ſtatutum, verſ. unde ſuccedit regula.* † Septimum Capitulum, quod in ſe continet juramentum calumniæ eſt, quod jurans non utetur falſa probatione, ſive in teſtibus, ſive inſtrumentis, ſive in quavis alia ſpecie probationis. Iſtud Capitulum ſeptimum ponit Specul. *in d. §. 4. in princip.* ubi dicit hoc eſſe potius de conſuetudine, quàm de jure; ideò ſuper hoc 7. Capitulo non immoror, eoque minùs, cùm forte Speculat. tempore eſſet de conſuetudine, nunc autem Practici noſtri temporis de eo nec verbum quidem faciunt; & inſuper videtur reduci ad ſecundum Capitulum ſuperiùs expreſſum ſub num. 3. Licet revera non reducatur, & credo, quod bonum eſſet obſervari iſtud Capitulum, & exprimi in juramento calumniæ ad evitandas falſitates. † Alii reducunt prædicta ad duo tantum capitula, alii ad tria; & alii aliter, ut in prædictis Doctoribus videre eſt, dividunt prædicta. Sed communiter reducuntur ad dicta quinque priora capitula, ſuper quibus Doctores formarunt infraſcriptos verſus, quos recitat Socin. *in d. etiam in cauſa, num.* 7. *in fin. videlicet,*

Illud juretur, quod lis ſibi juſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur,
Nil promittetur, nec falſa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

De quibus aliqua tradit etiam Bald. *in d. Authent Principales perſonæ. d. num.* 1. † & quamvis prædicta omnia contenta ſub juram. calumn. explicitè jurari deberent, quando hoc juramentum defertur, & ad prædicta expreſsè jurandum judex poſſit cogere partes, quia neſciunt quid ſit juramentum calumniæ, ut voluerunt Annotantes ad Panormitan. *in c. inhærentes. nu.* 10. *in verb, quinque. de jur. calumn.* † Tamen ſi ſimpliciter defertur iſtud juram. & ſimpliciter juratur, virtualiter, & implicitè videntur jurata omnia prædicta capitula Socin. *in d. c. etiam in cauſa, num.* 8. *in fi.* † Cæterum hic dubitari poſſet, ſi quis juramentum calumniæ præſtiterit, & deinde ad redimendum ſanguinem ſuum tentaverit corrumpere pecunia accuſatorem, an contraveniat juramento per ſe præſtito, & comprehendatur ſub prædictis capitulis contentis, & comprehenſis in juram. calumn. & gloſſ. *in l.* 1. *in verb. qualitercunq; ff. de bon.*

Digitized by Google

bon. eor. qui an. senten. mort. sibi consciver. dicit non comprehendi, quod intellige, ut ponam infrà *c.20.num.27.in fin.* † Unde datur intelligi, quod juram. calu- 17
mniæ non fit præstandum in criminalibus à Reo, quia frustrà præstaretur, si ei contravenire liceret; Nisi dicere velimus, quod opinio gloss. vera sit ubi irrogatur pœna sanguinis, & non in aliis casibus. Quod etiam colligi videtur ex Bart. *in l.1.num.6. C. de jurejur. propt. calumn.* ubi declarat quomodo intelligatur regula, quod quoquomodo in criminalibus licet redimere sanguinem suum. † Notandum est etiam quod prædicta contenta sub juramento calu- 18
mniæ magis respiciunt prosecutionem litis, quàm justitiam negotii principalis, ut Socin. *in cap. in pertractandis, num. 43. in fin. de juram. calumn.* & sic videtur magis jurandum à Procuratoribus, quàm à principalibus litigantibus, ut *dicam infrà cap.16.*

CAPUT III.

Juramentum calumniæ quo jure inductum sit.

SUMMARIA.

1. Aliqui tenuerunt juramentum calumniæ esse inductum jure positivo. 2. Juramentum calumniæ fuit cognitum jure ff. & auctum jure C. 3. Iuramentū calumniæ in certis casibus particularibus tantùm erat cognitum jure ff. Et dicta juramenta dicebantur specialia. 4. In casibus particularibus, in quibus jure ff. erat cognitum juramentum calumniæ erat probationis, non autem solemnitatis. 5. In casu l. inter cohæredes, *l.* qui familiæ ff. familiæ erciscun. erat tantùm cognitum juramentum calumniæ generale. In cæteris casibus est inventum à Iustiniano Imperatore in C. 6. Iuramentum calumniæ fuit inductum ob publicam utilitatem. 7. Iuramentum calumniæ non est inductum ob commodum privatorum tantùm. 8. Iuri publico authoritate, & utilitate renunciari non potest. 9. Si juramentum calumniæ est inductum jure positivo, illud potest Princeps tollere. 10. Alii tenuerunt jura meutum calumniæ esse inductum jure naturali & divino. Quod si esset non posset Princeps illud tollere. 11. Naturalia sunt immutabilia. 12. Iuri divino homo non derogat. 13. Si tollantur omnes nullitates nunquam intelligitur sublata nullitas proveniens ex juramento calumniæ non præstito. 14. Iuramentum calumniæ dicitur inductum jure naturali, id est gentium. 15. Iuramentum calumniæ est de jure divino quo ad genus & materiam, id est quo ad juramentum in genere. Distinctio inter jura divina ex gloss. 16. Iuramentum in genere est inductum jure divino, 17. Qui diceret nunquam esse jurandum peccaret mortaliter, & esset hæreticus. 18. Iuramentum calumniæ, quo ad speciem, & formam est de jure positivo. 19. Iuramentum calumniæ, quibusdam remittitur. 20. Dies Festus Sabbathi est mandatus jure Divino, 21. Quamvis dies Sabbathi esset festus jure Divino, fuit in Veteri Testamento per Machabæorum ducem desuper facta ordinatio. 22. Matrimonium est inductum jure divino in statu innocentiæ. Alia sacramenta initium habuerunt post lapsum Adæ. Matrimonium est sacramentum Novæ legis. 23. Quamvis matrimonium sit jure divino inductum, & sacramentum Novæ legis, super matrimonio plura constituerunt sacra Concilia, & Summi Pontifices. 24. Usuræ sunt prohibitæ jure Civili, Canonico, Naturali, & Divino. Ius Civile intelligitur de jure Civili Romanorum scripto ab illo magno Iustiniano. 25. Nō obstante quod usura sit prohibita omni jure ut suprà & etiam jure divino; Summus Pontif. determinat quod contractus factus hoc modo sit usurarius, & factus alio modo non sit usurarius. 26. In iis, quæ sunt inducta jure

Digitized by Google

divino, Papa non dispensat. 27. Constitutio Papę fundata in jure divino, ligat etiam Papam quo ad mentem, licet non quo ad verba, & formam. 28. Princeps non potest tollere juramentum in genere, sed bene poterit tollere juramentum calumnię in specie 29. Beati Petri, & Successorum, & Sacrorum Conciliorum universalium, Potestas in Ecclesia Dei.

DIfficilis est quæstio, & diu inter Doctores controversa, ac scitu digna ad evitandas multas difficultates, quæ desuper sæpenumero oriri solent, quo jure inductum sit juramentum calumniæ; & in hac quæstione varii Doctores varia senserunt. † Aliqui enim tenuerunt juramentum calumniæ esse inductum jure positivo, cujus sententiæ fuerunt Marian. Socin. *in c. cæterum num. 9. de jur. calumn.* Andr. Gaill. post ipsum *Pract. observat. libr. 1. observ. 85. num. 8.* idemque innuit Glosella marginalis *in lib. 2. §. sed quia veremur. super gloss. in verbo, deludant. C. de jureiur. propt. calumn.* Bart. *in d. l. 2. num. 11.* dum dicit hoc juramentum posse remitti à lege. Panormit. *in c. cæterum. num. 10. de juramento calumniæ.* Et habemus titulos, in canonico, & civili jure, nempe *extrà & in 6. atque in C.* ab hominib. inductos, † & in specie quod fuerit cognitum juramentum calumniæ jure ff. & auctum jure C. voluit Cyn. *in d. l. 2. C. de jurejur. propt. calumn.* post discussas diversas rationes, & ibidem Bart. *num. 9.* & Bald. *num. 4. vers. quærunt. hic* Marian. Socin. *in rub. extra de juram. calumn. num. 16. & in c. in pertractandas num. 5. in princ. ibid.* † In certis tamen casibus tantùm particularibus, & non generaliter erat cognitum jure Vet. & ff. juramentum calumnię. Bald. *in d. l. 2. d. num. 4. vers. quærunt hic* Socin. *in d. c. in pertractandis, num. 41. vers. quare.* Alberic. *in d. l. 2. num. 1.* Bar. *ibid. num. 9.* & dicta juramenta dicebantur juramenta calumnię specialia, ut secundum Ric. declaran. *§. qui jusjurandum* tradit. Albericus *in dicto lib. 2. num. 4.* & habes apud Bart. *in dicta l. 2. n. 17. in fi.* † & tunc dicta juramenta specialia erant probationis, & non solemnitatis, ut hodiè est juramentū calumniæ ad Socin. *in d. §. quare & dicam c. 17 num. 38.* † in uno tantùm casu erat cognitum juram. calumniæ generale jure ff. in casu scilicet *l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. famil. erciscund.* ubi constat in hoc judicio particulari esse inventum jure ff. juramentum calumniæ generale, in cæteris autem casibus juramentum calumniæ generale est inventum jure C. per Iustinian. Imp. *in d. l. 2.* ut voluit Bald. *in d. vers. quærunt hic* † Paul. de Cast, *ibid. num. 2.* Inductum autem fuit hoc juramentum calumniæ generale ob causas exprimendas inferiùs *c. 4.* † Ac etiam propter publicam utilitatem per text. expressum *in d. l. 2. §. sed quia veremur, juncta gloss. ibid. in verbo, quia & in verbo, remitti, in princ.* Lanfran. *in Practic. ca. 8. sit. de test. depos. num. 4. in fin.*

Bald.

Digitized by Google

Bald. *in d. §. sed quia veremur.* Alberic. *in d. l. 2. num. 26.* Socin. *in d. c. in pertractandis num. 52. & in d. c. cæterum. num. 8.* Panor. *ib. num. 9.* Marsil. *sing. 251. incip. Iuramentum calumniæ.* Mantua *cons. 143. num. 63.* Surdus *in decis. 18. Rotæ Mantuanæ.* Rota *in una Bononien. Attentatorum. die Lunæ. 24. Octobris 1588. coram Illustriss. & Reverendiss. D. Card. Mantica, tunc Rotæ Auditore in manu scriptis.* † & non est inductum ob commodum privatorum duntaxat ad tex. *in d. §. sed quia veremur,* Andr. Gaill. *d. obser. 85. num. 4.* Socin. *in d. c. in pertractandis num. 52.* 7

Cùm autem ex prædictis juramentum calumniæ inductum sit, ut præmittitur, jure positivo publico, canonico, civili, & ob utilitatem publicam, nullo modo ei potest renunciari, ut dicam infra *cap. 12.* † Iuri enim publico authoritate, & utilitate renunciari non potest, ad Specul. *in tit. de renunciat. & conclus. num. 9. in princip.* Petr. de Montefortе *super Constitut. Regni Siciliæ, in rubr. de pœnis violentorum, c. pridem, num. 5. & 8.* & neque cum juramento renunciari potest tali juri publico authoritate, & utilitate, Zuccard. *in l. 1. num. 28. C. de Pact.* etiam si dictum jus introductum in favorem publicum principaliter, concerneret secundariò, & consequenter utilitatem, & honorem privatum Panorm. *in ca. si diligenti, num. 4. de foro. compet.* quæ intellige ut infrà *c. 7. num. 52. in fin.* † Quę opinio, quod sit jure positivo inductum juramentum calumnię, si admitteretur pro vera, posset illud Princeps utique tollere, ut Socin. *in d. c. cæterum, n. 9.* & dicam *infra, c. 13.* † Alii voluerunt istud juramentum esse inductum, non solùm jure naturali, sed etiam divino, cujus opinionis fuerunt Gravat. *in Addit. ad Vestr. in Pract. lib. 5. c. 2. in vers. & si pars num. 12. & lib. 6. num. 39.* post ab eo relatum, Ioan. Baptist. Perusin. *in tract. de arbitrio. lib. 10. cap. 10. n. 12.* & ex Exod. *cap. 22. & per text. in c. etsi Christus de juram. calum.* Menoch, *de arbit. judic. quæst. 20. num. 2. lib.* Vivius *lib. 1. opin. 258.* Put. *decis. 397. lib. 2. die 26. Februar. 1546. in una Paduana injuriar.* Surdus *in d. decis. Mantuana 18.* † Naturalia enim sunt immutabilia. *§. naturalia, instit. tit. de jure natur. gent. & civil.* † & juri divino homo non derogat, ut est irrefragabilis conclusio Theologorum, Canonistrarum, & Legistarum, † & ideo dicitur, quod si sint sublatæ omnes nullitates, non intelligitur sublata nullitas proveniens ex juramento calumniæ non præstito, tanquam proveniente jure divino ad Put. *d. decis. 397.* Quæ duæ contrariæ opiniones videntur primâ fronte inconciliabiles, sed meo judicio talis esse posset conciliatio, videlicet: † Quod juramentum calumniæ sit inductum jure naturali, id est, jure gentium, de quo habetur *in §. singulorum. Instit. titul. de rerum division. & in gloss. in leg. si non sortem, §. libertus,* 8 9 10 11 12 13 14

Digitized by Google

15 *tus in verbo, natura, ff. de condict. indeb.* † Et sit inductum jure divino quoad ge-
16 nus, & materiam hoc est quantum ad juramentum in genere. † Quod juramentum in genere est inductum jure divino, Prosper Pasethus *cons.* 194. *n.* 62 & faciunt relata per Marsil. *cons.* 107. *num.* 13. Et in Sacris literis habetur, Quod Dominus Deus ipse juravit, ibi. [Juravit Dominus & non pœnitebit eum,] & alibi. [Jusjurandum, quod juravit ad Abraham Patrem nostrum daturum se nobis,] & iterum. [Per memetipsum juravi] & traditur ab omnibus in *d. c. etsi Christus*, ubi de hac materia latissimè habetur. Dum autem dico esse inductum juramentum de iure divino, intelligo de iure divino, quod à Deo est constitutum, ut Evangelium, Non de eo iure divino, quod Deo constitutum est, ut super rebus sacris; quam iuris divini distinctionem habemus ex *glos. in Auth. ut inter divinum §. 1. in verbo, ut inter divinum C. de sacro*
17 *sanct. Eccles.* † Unde si aliquis diceret nunquam esse iurandum, peccaret mortaliter, & esset hæreticus, ut voluit Navar. *in suo Manuali, cap.* 12. *super se-*
18 *cundo præcepto Decalogi*, *num.* 4. † Quòad speciem verò, & quòad formã id est, quod in qualibet lite, & instantia, & sub tali forma, & in tali parte iudicii de
19 calumnia iuretur, est de iure positivo, & ista potest Princeps tollere. † Et ideò quibusdam remittitur hoc iuramentum, ut dicam *infrà in cap.* 18. & 20. quia in eis cessant calumniæ præsumptio, & causę propter quas inductum
20 fuit iuramentum calumnię, de quibus causis dicam *infrà in c.* 4. † Prout etiã videmus, quod dies festus Sabbathi est de iure divino, ut habetur *in* 2. *præce-*
21 *pto Decalogi*, & ibi per Navar. *in d. Manuali*: † & nihilominus habemus in Sacris literis in *lib.* 1. *Machabæorum, c.* 1. & in Iosepho Hæbreo; *de antiquit. Iudaic. lib.* 12. *c.* 7. *in fin.* Quod cùm milites Antiochi Regis aggressi essent Iudæos in die Sabbathi, & dicto die nihil agere voluissent pro eorum defensione, & salute, timentes per similia Sabbathi sanctificationem transgredi Iudęi, & ideò debellati essent, & ut Iosephus tradit, arsit in speluncis Magnus Machabęorum Dux ille, & legis divinę accerrimus propugnator, omnisque Iudęorum conventus increpavit Iudęos, mandans, ut dicto die arma sumerent, & se defenderent sine scrupulo contraventionis diei sancti, contra insultantes, & ne deiectis animis & postratis armis essent inimicis omnibus
22 Misorum præda. † Et similiter matrimonium est de iure divino institutum à Deo in statu innocentię primorum Parentum in Paradiso statim ab initio mundi; reliqua verò sacramẽta primùm post lapsum Adę, & post peccatum sunt introducta per text. *in c. litera, de frigid. & malefi.* & ibid. Panor. *num.* 5. &

per

Digitized by Google

per tex. in c. 1. de vot. & redempt. in 6. & est matrimonium sacrum Novę legis, ut latè apud Concil. Trid. habetur *sess. 24. in princ. & canon. 1.* † Et nihilominus 23
videmus, quod secundum diversitatē temporum, et ad tollendos abusus et sępe hęreses desuper ortas Sanctissimi Romani Pontifices plura circa matrimonia statuerunt; ut habetur *de sponsalibus, & matrim. & aliis titulis, extra, & in 6* et idem sępe fecit Catholica Universalis Ecclesia, in multis Generalibus Conciliis, et novissimè *in d. Cons. Trid. d. sess. 24.* † Prętera usurę sunt omni ju- 24
re prohibitæ, ut de civili jure est decisum, Pedemont. 137. *num. 6.* De jure canonico tradit Ioan Baptista de S. Severino *in l. cunctos populos, nu. 32. C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol.* ubi id dicit esse de jure humano etiam, quod itidē affirmavit Com. *in l. si pascenda. C. de Pact.* quod jus humanum, quamvis videatur idem cum jure civili, tamen id verum non est, cùm jus civile intelligatur de jure Romanorum scripto ab illo Magno Iustiniano Constantinopolitano, ut de communi opin. tradit Dec. 429. *n. 5. & cons.* 469. *n. 12. & cons.* 186. *n. 1.* Ubi Gravat. *in annotat. sub n. 4. in litera C. in verbo, Romanorū, & est tex. in §. sed jus quidem civile, Instit. tit. de jure natur. gent. & civil.* Quod etiam sint de jure naturali prohibitæ usurę, voluit *d. decis.* 137. *n.* 6. Pedemont. Rota *in una Romana census, die* 13. *Iunii.* 1594. *vers. conformatio Coram Illustriss. & Reverendiss. D. Card. Blanchetto, tunc Rotæ Auditore in manuscriptis.* Item quod sint jure prophetico prohibitæ, tradit Specul. *in Proœmio, n.* 11. & de jure divino voluit eadem Rota *in d. Romana*, Pedemont. *d. decis.* 137. *n.* 16. Ioan. Baptista de S. Severino, *d. n.* 32. Et non solùm sunt prohibitæ Christianis ex Sacro Evangelio, in quo mandatur mutuo dari, & nihil inde sperari; Verum etiam Hæbreis ipsis. Ioan. Bapt. de S. Severino *in d. l. cunctos populos, n.* 32. Plot. in addit ad Laud. *cons.* 47. *nu.* 11. Ad prædicta vide Clar. *in §. usura & Summistas in verbo, usura.* † Et nihilominus Sū- 25
mus Romanus Pontifex determinat contractum factū hoc modo esse usurarium, factum verò illo modo non esse usurariū, sed non permittit aliquo modo usuras. † Quia ad prædicta, quæ sunt jure divino mandata, tollenda, homo 26
manū non ponit, & contra ea Papa non dispensat. Rota *in d. Roma. census, corā Illustr. D. Blanchetto, facit c. super eo. de usuris.* † Et hinc dicunt Panormit. & Maria. 27
Soci. *in c. significasti. n.* 13. *de for compet.* Quod constitutio Papæ fundata super jure divino ligat etiam Papam ipsum quò ad mentē, licet quò ad verba, & formalem dispositionem, seu pœnas, quæ adduntur ultra jus divinū, ipsum non liget † ex quibus inferri potest ad casum nostrū quod Princeps auferre po- 28
test juramentum calumniæ in specie, & quò ad formam traditam, non autē jura-

Digitized by Google

29 juramentum in genere. † si quis tamen à fide Catholica devius velit contra authoritatem Ecclesiæ in utraque pagina, & Veteris, & novi Testamenti insurgere contra præmissa: Quia meum institutum non est de similibus, quæ pro exemplis induxi, disputare, sed firmiter credere Authoritatem, & Potestatem, Beati Petri, & Successorum, & Sacrorum Conciliorum in Ecclesia Sancta Dei in præmissis, prout credo veluti Catholicus, propter quod gratias Deo ago, ; & uti Catholicus, Catholicis verba facere intendo, non autem iis, qui in principiis errant & illa negant; consulat prius super dicta authoritate, & potestate Beatum Thomam Aquinatem, & cæteros Sacros Theologos, & se in fide confirmet, deinde redeat ad legendum mea scripta.

CAPUT IV.

Quæ fuerint causæ inducendi juramentum calumniæ.

SUMMARIA.

1. Causæ cujusque rei quatuor sunt, videlicet, efficiens, materialis, formalis, finalis. 2 Causa finalis juramenti calumniæ est duplex, scilicet, ultimata, & non ultimata. 3. Finis duplex est ultimatus & non ultimatus. 4. Causa ultimata inducendi juramentum calumniæ est publica utilitas. 5. Qui dicantur finis ultimatus, & causa ultimata, & finis non ultimatus, & causa non ultimata. 6. Quinque causæ non ultimatæ inducendi juramentum calumniæ & numer. 7. 8. 9. 10. 11. Causa ultimata licet sit ultima in exequutione, fuit prima in intentione. Finis dat esse rei.

1 CAusæ † cujusque rei quatuor esse solent, videlicet efficiens, materialis, formalis, finalis; Tractaturus de causis inducendi juramentum calumniæ brevitati consulens tractabo de causa finali tantum, † Quæ duplex
2 est, scilicet ultimata, & non ultimata, † sicut etiam finis duplex dicitur ulti-
3 matus, & non ultimatus. † Causa ultimata inducendi juramen. calumn. fuit
4 publica utilitas, de qua dixi suprà, *c.* 3. *num.* 6. Restat igitur dicere de causa nõ ultimata, quę multiplex est, sed antequam ad eam descendam, aliqua prę-mittenda duxi pro declaratione istius termini ultimati, & non ultimati finis, & ultimatæ, & non ultimatæ causæ. † Et dico finem ultimatum dici illum,
5 post quem nullus alius expectatur finis; nec ad alium finem tendit, finis autem non ultimatus dicitur ille è converso, post quem expectatur alius finis, & qui ad alium finem tendit; & hoc idem de causa dicitur: Ut exempli gratia: peregrinari instituo ad Sacram Lauretanam domum ab urbe; Finis ultimatus istius peregrinationis cęptæ ab Urbe est ire ad dictam Sanctam Domum; sed quia ad dictam Domum ire volo per Civitatem Spoleti, me-

us

Digitized by Google

us finis eſt ire ad Civitatem Spoleti; Tamen non eſt meus ultimatus finis ire ad Civitatem Spoleti; ſed inde ire ad Sanctam Domum. Sic ad rem noſtram redeundo dico, quod omnes infrà ſcriptæ cauſæ, quæ à Doctoribus traduntur fuiſſe inducendi juramentum calumniæ, ſunt quidem cauſæ, ſed non ultimatæ, & omnes ipſæ ſunt propter utilitatem publicam, quæ eſt cauſa ultimata. † Cauſarum non ultimatarum inducendi juramenti calūniæ prima 6
fuit, ad inquirendam veritatem, &, ut veritas eluceſcat, & non occulterur, *c. ceterum juncta gloſſ. ibid. in verb. veritatem, de juram. calumn.* faciunt tradita per Franciſc. Marc. *deciſ.* 581. *nu.* 2. Marian. Socin. *in rub. de juram. calumn. num.* 17. ubi dicit hanc fuiſſe præcipuam cauſam. Rota *in una Bononien. Attentatorum die Lunæ.* 24. *Octobris.* 1588. *verſ. nec dubium, & verſ. quia judex coram Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Cardin. Mantica, tunc Rotæ Auditore in manuſcriptis.* † Secunda 7
cauſa non ultimata fuit, ut timore talis juramenti litium ambages compeſcerentur, per text. *in l.* 1. *& ibi gloſſ. in verbo, compeſcitur, C. jure jur. prop. calum. & in d. c. ceterum, in d. verb. veritatem, extra eod. tit.* Cotta in Memorial. *in verb. juramentum calumn.* Marian. Socin. *in rub. de juramento calumniæ. nu.* 17. ubi dicit hanc fuiſſe cauſam præcedenti proximam. † Tertia cauſa non ultimata fuit, ut li- 8
tigantium contentioſa inſtantia, & calumnia compeſceretur. Socin. *in d. rub. d. num.* 17. Bald. *in d. l.* 1. *num.* 1. *prope fin. C. de jurejur. propt. calumn.* ubi Bald. ex hoc infert ad tria, ut ibi per eum, & aliqua ex iis infrà ponam. † Quarta cauſa non 9
ultimata fuit, ut timore talis juramenti quis non ſit immemor ſalutis æternæ, de qua cauſa Socin. *d. num.* 17. † Quinta cauſa non ultimata fuit, ut evi- 10
tarentur fraudes, Socin *in d. c. ceterum, num.* 8. *verſ. ſed hoc dixi.* Sed iſta quinta cauſa videtur reincidere cum prima. † Nec ex hoc quod cauſæ non ultimæ 11
præcedunt cauſam ultimatam, dici poterit juramentum calumniæ introductum principaliter in favorem privatorum, & ſecundariò in favorem publicum, quia cauſa ultimata licet ſit ultima in executione, fuit prima in intentione. Et inſuper finis dat eſſe rei.

CAPUT. V.

De formulis juramenti calumniæ.

SUMMARIA.

1. Forma juramenti calumniæ ex Specular. ex Bald. nu. 2. ex Marian. Socin. remiſſivè, numer. 3. Petr. Vanderamo. num. 4. 5. Forma juramenti calumniæ præſtandi à litigante, & jurante alieno nomine remiſſivè. 6. Forma juramenti calumniæ Advocati, remiſſivè. 7. Habetur juramen-

Digitized by Google

de calumnia. 8. Hæretici, & Turcæ jurant de calumnia Universitas jurat de calumnia, & ejus forma, remissivè. 9. Formæ duæ juramenti calumniæ Procuratoris. 10. Forma juramenti calumniæ nuncii. 11. Formæ prædictæ juramenti calumniæ, sunt generales super tota causa. Dantur aliquæ formæ juramenti calumniæ, super actibus particularibus. 12. Forma juramenti calumniæ, quando simpliciter petitur de calumnia jurari, & simpliciter præstatur hoc juramentum. 13. Forma juramenti calumniæ, in quo explicitè jurantur omnia Capitula sub juramento calumniæ comprehensa. 14. Quare sint posita in dicta ultima forma illa verba: *ad satisfaciendum importunitati Sej adversarii.* 15. Quare in dicta ultima forma sint apposita illa verba. *manibus corporaliter tactis scripturis.* 16. Quare in dicta forma ultima sint posita illa verba, *Ad Sancta Dei Evangelia.* 17. Quare in dicta formula sunt posita verba, *Existimo & credo.* 18. Quare forma concepta sit, dictæ formulæ per verbum præteritum præsens, & futurum. 19. Quare apposita sint illa verba, *Nisi illis personis.* 20. Possunt dari sportulæ. 21. Sportulæ quid. 22. An & quando debeantur sportulæ. 23. Sportularum materia, ubi habeatur. 24. De consuetudine, an licitè dari, & recipi possint sportulæ. 25 Assessoribus sportulæ non debentur. 26 Possunt dari judicibus esculenta, & poculenta. 27. Quare posita sint in d. forma ultima illa verba, *Quando, quoque, &c.* 28. Quid agere debeat ille, qui calumniam commisit ante juramentum calumniæ.

DIversimodè à Doctoribus reperitur tradita forma juramenti calumniæ. 1
† Unam formam tradit Specul. *in tit. de juram. calumn. §. 4. in princ. & num.* 1. quæ forma talis est, videlicet: [Quod jurabis, quod non calumniosè petis, sed quia credis, & existimas justè petere. Item quod respondebis veritatem super iis, de quibus interrogaberis. Item quod non uteris scienter falsa probatione, sive in testibus, sive in instrumentis, sive in alia specie probationis. Item quod non corrupisti, neque corrumpes judicem, neque promisisti, nec promittes aliquid per te, vel per interpositam personam pro hac causa, ut sententia feratur pro te, nisi illis personis, quibus jura dare permittunt, videlicet, Notario, Advocato, & aliis. Item quod dilationem non petes animo differendi judicii, sic verum est, & sic servabis, sic Deus te adiuvet, & hæc sancta Evangelia Dei. Consulit tamen Speculat. ob crebra perjuria, quæ desuper accidèrent, ut omittatur illud capitulum, quod dilationem non petet animo differendi judicii. Et prædicta forma videtur tradita à Spec. casu quo expressè, & explicitè velimus jurari omnia Capitula comprehensa sub juramento calumniæ, ut supra dixi *capite secundo.* Verum quando implicitè, & tacitè jurantur omnia dicta Capitula expressa supra capitulo secundo traditur à Speculat. *dicto numero primo*, forma talis, videlicet, [Quod juras, quod istam litem calumniandi animo non movisti, & istæ duæ formæ ad juramentum actoris spectant.] Cæterum quoad juramentum rei voluit Specul. *d. n.* 1 Quod Iudex ad reum conversus dicat. [Tu jurabis, quod putas petitioni actoris justè contradicere; & generaliter jurabis, ita verum esse, & te observatu-

Digitized by Google

vaturum in defendendo, ſicut ille juravit ſuperius agendo.]& iſtę duæ formæ altera actoris, altera rei à Specul. traduntur. † Secundam formam juramenti calumniæ tradit Bald. *in l. 2. num. 3. C de jurejur. propt. calumn.* & eſt. Quod actor jurat non calumniandi animo litem movere, ſed credens ſe bonam cauſam habere: Reus verò jurat ſe bona inſtantia uti, & rectè contradicere. † Tertiam formã tradit Marian. Socin. *in c. cùm in cauſa. de juram. calumn.* ubi *ſub num.* 8. ponit juramentum calumniæ actoris, *ſub num.* 10. autem ponit formam juram. rei: & ibi poteris ex te videre. † Quartam formam tradit Petr. Vandera. *in ſua Pract. judic. lib. 3. cap. 2. verſ. formula autem juris jurandi.* ubi talem tradit. [Nulla alia affectione, & intentione litem movi, ſeu actori reſtiti, quam quod exiſtimem me juſtam cauſam fovere] Et hæc Vanderanus; ſi vellem ſimiles formulas, ſeu deſcriptiones juramenti calumniæ centum afferre poſſem generales, & non particulares ad particulares perſonas ſpectantes, excerptas a variis Doctoribus: ſed quia ponam unam formam generalem, quæ ſit communis actori, & reo, eis omiſſis brevitati conſulens venio ad quædam juramenta particularia concernentia perſonarum quaſdam ſpecies particulares. † Prout de juramento litigantis, & jurantis nomine alieno habes formam apud Specular. *in tit. de jurament. calumn. §. 4. n. 7. & ſeq.* ubi videre poteris, † formã juramenti calumniæ Advocati *in d. l. 2.* haberi dicit Socin. *in d. c. cum in cauſa*, in qua lege revera non extat tale juramentum, verùm remittit ſe Imperator ad ſuas diſpoſitiones, & talis forma habetur *in l. rem non novam, §. Patroni autem cauſarum, C. De judic.* ubi ex te videre poteris, & hic non ponam, quia de conſuetudine tale juramentum advocati dicunt non præſtari, ut ponam infrà, vide in præmiſſis de Advocato ea, quæ dicam infrà *c. 15. in declaratione* 33. † Hebræi etiam jurant de calumnia, ut dicam infrà *c. 15. in declaratione* 19. & ſi viderit judex expedire, faciet eos judex jurare ſuper decem præceptis Moyſis. Vel per Deum Patrẽ omnipotentem Sabaoth. Vel per Deum, qui apparuit Moyſi in rubo. Vel per verum Adonai Patrem. Vel per Deum Eloim. Vel ſic, ſi culpabilis es, & perjurus, ſis diſperſus inter gentes, & moriaris in terra inimicorum tuorum, & ſic te terra abſorbeat, ſicut Dathan, & Abiron, & tu deferens juramentum reſponde, Amen. Vel ſic: Te Lepra abſorbeat, ſicut Naaman Syrum, vel ſic fiat habitatio tua deſerta. Vel ſic: veniant ſuper caput tuum, omnia peccata tua, & parentum tuorum, & omnes maledictiones, quæ in lege Moſaïca, & prophetica ſcriptæ ſunt, & ſemper tecum maneant, & reſponde

1 2 3 4 5 6 7

Digitized by Google

ſponde tu deferens juramentum, Amen. Vel ſic: Det Deus te maledictionem in gentibus, & in exemplum cunctorum populo ſuo. Hæc habes ex Specul. ſed alia juramenta habebis *infrà cap.* 15. Ideò in præmiſſis vide quæ
8 tradidi *in d.* 33. *declar.* † Hæretici etiam, & Turcę jurant de calumnia, ut infrà *dicto cap.* 15. dicam *in declarat.* 17. & 18. ubi aliqua colligi poterunt. Univerſitas quoque jurat de calumnia, & ejus juramenti formam vide remiſſivè
9 *infrà c.* 18. *num.* 108. † Quia verò non cogimur judicia per nos ipſos movere, ſed ſæpè per alias perſonas noſtro nomine judicia movemus; ut per procuratores, de quibus dicam infrà *c.* 16. Socin. *in d. c. cùm in cauſa*, tradit duplicem juramenti de calumnia procuratoris formam, alteram, in qua procurator concipit verba exequutiva actus jurandi in perſona ipſius procuratoris, alteram, in qua prorſus concipit dicta verba exequutiva juramẽti calumniæ in perſona Domini ſui. Prima forma, in qua procurator concipit dicta verba in ſua perſona, ſecundum Socin. *ibid. in num.* 14. talis eſt, videlicet: *Ego juro in animam Domini mei, quod ipſe ità ſervabit*; ſecunda, dum procurator concipit verba in perſona propria *d. num.* 14. *à Socino traditur*, & eſt talis, videlicet: *Dominus meus jurat, quod ipſe ita ſervabit.* Et poſt utrunque juramentum ſubdatur illud, quod Socin. ibi tradit. videlicet: *Sic Deus ipſum adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia*, utrique enim caſui aptari poſſunt dicta verba, immò neceſſariò
10 ſunt ponenda. † Verùm Nuncius, de quo verba faciam infrà *c.* 15. *in declarat.* 35. Concipit dicta verba exequutiva actus jurandi in perſona Domini, dun-
11 taxat, ut Socin. *in d. num.* 14. ex mente Cyn. *in d. l.* 2. Prædictę † omnes juramenti calumniæ formę ſunt generales, hoc eſt generaliter comprehendentes omnia, quæ in judicio deducuntur. Formę verò aliæ particulares etiam traduntur, quę non reſpiciunt generaliter totam cauſam, ſed quoſdam articulos particulares, ut tradetur forma jurandi de calumnia ſuper exceptionibus infrà *cap.* 19. *in declarat.* 25. & alię multę formę quę traduntur ſuper quibuſdam articulis particularibus, quæ cùm non ſint propriè juramenta calumniæ, ſed malitię, vel veritatis, quia ſuper actu, & articulo particulari præſtantur, & non generaliter ſuper tota cauſa, ſicut eſt juramentum calumniæ, ea omiſi. Et quia omnes prædictæ formulæ, ſeu potiùs deſcriptiones aliquem patiuntur defectum, & ſimiliter omnes alias, quotquot vidi, aliquæ ſiquidem actorem tantùm reſpiciunt, aliquæ reum tantùm, compilandam duxi duplicem formam juramenti calumniæ; Alteram, quæ implicitè, &

virtu-

Digitized by Google

virtualiter contineat omnia capitula posita suprà *cap.* 2. alteram, quæ expressè, ac explicitè contineat omnia comprehensa sub *dicto cap.* 2. & ambæ extendantur ad actorem & reum. †Forma juramenti calumniæ præstandi, quando simpliciter petitur de calumnia jurari, & simpliciter præstatur, quæ implicitè, & virtualiter contineat omnia comprehensa *in dicto cap.* 2. superius posito, talis tradi posset, videlicet: Ego Caius ad satisfaciendum importunitati Seji adversarii juro de calumnia manibus corporaliter tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia in forma juris valida, & ita me Deus, & dicta ejus Evangelia adjuvent, prout veritatem juro.]† 12

Forma juramenti calumniæ præstandi expressè, & explicitè, & quæ expressè, & explicitè contineat omnia comprehensa superiùs capite secundo, talis tradi posset, videlicet: *Ego Caius ad satisfaciendum importunitati Seji adversarii de calumnia manibus corporaliter tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia juro, quod existimo, & credo, quod non animo calumniandi, quandocunque fui, sum, aut ero actor, sive reus in hujusmodi causa, non egi, ago, aut agam, restiti, resisto, aut resistam, sed quia lis mihi justa visa fuit, videtur, ac videbitur. Item quod probationem non exegi, non exigo, nec exigam, nisi quam pro veritate putavi, puto, & putabo necessario, exigendam; Item quod non do, nec dabo, neque promisi, promitto, aut promittam per me, vel per aliam personam judici, aut alicui alii personæ aliquid nisi illis personis, quibus leges, & quantum, & quæ dare permittunt; Item quod dilationem non petii, non peto, nec petam animo differendi judicii; Item quod si aliquando interrogatus fui, sum aut ero, respondi, respondeo, & respondebo veritatem; Item quod non fis usus, non utor, neque utar falsâ probatione, sive in testibus, sive in quavis alia probationis specie; Et ita me Deus, & ejus Sancta Evangelia prædicta me adjuvent, prout veritatem juro.* Et sub hac expressione Capitulorum prædictorum, judex potest cogere partes ad jurandum, quia nesciunt, quid sit juramentum calumniæ, ut dixi supra *cap.* 2. *num.* 14. † 13

Posui in dictis duabus formulis illa verba, (Ad satisfaciendum importunitati Seji adversarii,) quæ verba sunt potius de stylo curiarum, quàm de jure, quia solet peti dictum juramentum à parte adversa, alias nõ solet jurari, ut plurimũ, nisi petatur. Et ideò si præstaretur nemine petente, prout fieri posse, dicam infrà *c.* 10. auferentur dicta verba. † 14

Posui etiam illa verba, [Manibus corporaliter tactis scripturis,] Ad tollendam quæstionem, an requirat istud juramentum tactum scripturarum, de qua dicam infrà *cap.* 6. *sequenti.* Et prædicta procedunt in laicis, quia in Clericis, & Ecclesiasticis personis non servatur, 15

Digitized by Google

ipsæ enim Ecclesiasticæ personæ non jurant tactis scripturis, ut dicam infrà
16 *d.c.6.in fin. & in c.*15. † Posui quoque illa verba, [Ad Sancta Dei Evangelia,] ad ostendēdum, quod quamvis juretur tactis scripturis quibuscunq; intentionaliter tamen ad Evangelia juratur, per tactum talium scripturarum, ut
17 dicam *infrà d. c.*6. † Posui in secunda Formula novella juramenti calumniæ, per me compilata illa verba, [Existimo, & credo] quia in d. juramento respondetur de credulitate, & non de veritate, & nihilominus talis responsio de credulitate præjudicat, sicut respondisset de veritate, ut dicam infrà *c.*8.
18 † Concepi etiam omnia verba Capitulorum comprehensorum sub juramento calumniæ, de quibus egi suprà *c.* 2. in tempore præsenti, præterito, & futuro, ad tollendam difficultatem. An juramentum calumniæ respiciat præterita, præsentia, & futura, de qua quæstione verba faciam infrà *c.*10. *in*
19 *fi.* † Addidi etiam illa verba, [Vel per aliam personam,] quamvis ille qui per alium facit, per se facere videatur. ut dixi suprà *ca.*1. ad uberiorem cautelam, & non ad necessitatem; nec imputari possum sub prætextu eorum, quæ tradidi *d.c.*1. quia ibi tractabatur de diffinitione juramenti, quæ diffinitio debet cum suo diffinito converti, & hæc formula non esse debet ita angustè concepta, sicut diffinitio, sed magis amplè, ut magis jurare debentes
20 sint certi quantum extendatur hoc juramentum. † Apposui quoque illa verba. [Nisi illis personis, quibus leges.] Nam si do aliquid judici, ut pro me ferat sententiam, perdo causam, ad Roman. *singul.*331 *incipien. Si do judici pe-*
21 *cuniam.* † Possum tamen dare sportulas, quas vulgò nos propinas dicimus. Andr. Gaill. *Pract. observat. lib.*1. *obser.*151. *num.*6. *pag. mihi* 264. *col.*2. Vestr. *in pract. lib.*7. *c.*1. *num.*13. & Gravat. *ibid. litera K. vers. saltem dispensativè.* Dicuntur autem propinæ ab eo, quod sententiam propinent, & stimulent judicum avaritiam ad sententiam ferendam, ut dictas sportulas, seu propinas
22 lucrentur. † An autem, & quando dictæ sportulæ, seu propinæ debeantur. Vide Vestr. Gravat. & Gaill. ubi suprà, ac etiam Corset. *in sing. incip. Ius canonicum.* ubi allegat Roman. † De sportularum materia, quæ quotidiana est,
23 vide citatos Doctores suprà proximè, ac etiam text. *in §. suscepto verò libello, & ibi gloss. in verbo, sportulis, in Auth. de exhiben. reis, & gloss. in verbo, aliisque & ibid. Glosell. Margin. in Auth. principales personæ, C. de jurejur. propter calum.* text. *in l. offeratur, & ibi gloss. in verb. præbitis sportulis, C. de lit. conteſt.* Ioan. Anton. Usillum. de Cur. Præsid. *auth. cap.*3. 41. *post comment. de dotib.* Ant. Guiberti. *rex. &*
24 *tit. C. de sportulis, & sumtibus, &c.* † Et an de consuetudine dari & recipi possint

Digitized by Google

sint, vide Vestr. Gravat. & Corset. *ubi supra.* † Et quod assessoribus non de- 25
beantur, voluit Gaill. *d. observat.* 151. *num.* 7. ubi dicit in Camera Imperiali id
servari. † Possunt etiam tradi judicibus esculenta, & poculenta. † Nec illa 26
verba posita in ultima formula, videlicet, [Quandocunque fui, sum, aut ero 27
actor, sive reus in hujusmodi causa,] frustratoria sunt; Nam si præstaret ju-
ramentum calumniæ actori statutum, si efficeretur reus per avdersarii ex-
ceptionem oppositam, & sic è converso per eam efficeretur actor ille reus,
qui juravit de calumnia, juxta formam reo præfixam, contingeret dubitari
an esset necessarium aliud juramentum, vel jam præstitum sufficeret; sæpè
enim reus excipiendo fit actor, & per eam positam sibi actor fit reus, ut di-
cam infrà *cap.* 14. *in princ.* † Hic contingeret dubitari, Titius exempli gratia 28
movit litem adversus Seium, dictus Titius antequam exigeretur ab eo ju-
ramentum calumniæ per Seium, calumniam cõmiserat in testibus, vel aliis
modis; si modo dictus Titius cogeretur de calumnia jurare, juxta dictam
formam extenderetur etiam ad testes, & alia, in quibus est calumniatus, in-
curret perjurium, quamvis in futurum statueret non calumniari. Quid igi-
tur dicendum, ut licitè jurari possit; Dic Titium obligatum esse exprimere
ea, in quibus calumniatus est, & in reliquis se jurare de calumnia; & calu-
mniam commissam una cum damnis, & interesse partis resarcire. Et quo-
modo purgando contumaciam possit quis jurare in præteritum, vide, quę
dicam infrà *c.* 14. *num.* 166. *ex opinio. Dom. Anton.* quę conferunt ad proban-
dum, quod juramentum calumniæ potest extendi etiam ad præterita.

CAPUT. VI.

Juramentum calumniæ an requirat præsentiam Judicis, & partis adversæ actactum scripturarum.

SUMMARIA.

1. Juramentum calumniæ defertur auctiore prætore, debet in actis interponi num. 2. 3. Judicis præsentia debet intervenire in juramento calumniæ præstando, item partis adversę num. 4. & è contrà n. 5. 6. Prima opinio subsistere posset, quando à parte peteretur jurari in sua præsentia. 7. Si peteretur jurari in præsetia partis adversę, & in ejus præsentia non curaretur, ex hoc non redduntur nulli processus, & sententiæ. 8. Consuetudo legis interpretativa non requirit præfinitum temporis spacium, nec aliquam præscriptionem. De materia consuetudinis interpretativę. 9. Prima opinio si aliquando locum haberet, falleret in muliere, quę non tenetur se exhibere ad jurandum in præsentia adversarii. 10. Tactus Evangeliorum requiritur in juramento calumniæ quarumcunque scripturarũ in juramento calumniæ sufficit de consuetudine num. 11. 12. Juramentum non requirit tactum scripturarum necessario. 13. Tactus scripturarum est necessarius, quando juramentum à jure defertur, ut in juram. calum. & debent tangi manibus. 14. Prædicta de tactu scripturarum procedunt in laicis, non in Ecclesiasticis personis.

Istud

Digitized by Google

1 ISTud juramentum defertur authore prætore per text. *in l. de pupillo. §. qui opus & ibi gloss. in verb. Prætor. ff. de operis nov. nunciat.* Marian. Socin. *in c. in-*
2 *hærentes. n.* 11. *de jurean. calumn.* † & in actis causæ debet interponi, text. expres. *l.* 2. *§. si autem abfuerint, juncta gloss. ibid. in verb. actis, & in §. hoc etiam, in fin. text. in auth. principales personæ, in princip. & glos. ibidem in verb. judicibus. C. de jurejur. propter calumn.* † Intervenire etiam debet judicis præsentia. per text. *in d. l.*
3 2. *§.* 1. *in fin.* & voluit gloss. *in d. verbo, judicibus, text. in d. authen. principales personæ, §. sed si partes,* Socin. *in dicto c. inhærentes, num.* 11. Et habetur in Formulario Terminorum, *fol. mihi* 25. *secundum veterem impressionem, sub rub. ad declarand.*
4 *& jurand. de calumn. & fol.* 94. *sub rub. ad jurand. de calumn.* † Præsentia quoque partis adversæ intervenire debet, ut est text. *in d. l.* 2. *§. fin autem, vel dignitas, in fin.* Bald. *in d. authent. principales personæ, in princ.* Socin. *in d. c. inhærentes, num.*
5 11. *in princip.* † In contrarium autem, & quod non requiratur partis adversę præsentia videtur esse textus expressus *in d. §. sed si partes, & in d. §. si autem abfuerit, & ibi gloss. in verb. absente.* Et hęc ultima sententia non solum subsistit juribus prędictis, sed etiam videtur ex communi observantia sequenda, juratur enim ex communi observantia parte absente, & parte præsente, &
6 eundem operatur effectum. Prima autem opinio subsistere posset, & habere locum, quando pars adversa instaret jurari de calumni, & jurari ipsa præsente, quia tunc similiter præstari debet juramentum calumnię, quando scilicet petatur, ut dicam infrà *c.* 7. *seq.* & si non petitur, non est necessariò præstandum, ut ibi dicam, & sic in simili dici posset, quod præsentia partis adversæ sit necessaria in jur. calum. præstando: si tamen petatur in sua præsentia ju-
7 rari, aliàs non. † Etsi etiam peteretur jurari in præsentia partis adversæ, si id non impleretur in præsentia ejus, ex hoc non crederem sententiam nullam, aut processum nullum ex pluribus: primò quia in substantia impletur voluntas legis, quod scilicet juretur de calumnia, licet in circumstantia non essentiali, & substantiali non servetur, & ita est in praxi communis obser-
8 vantia, ut dixi, & consuetudo interpretativa illius l. 2. † Quæ consuetudo interpretativa, quod scilicet jurari de calumnia possit sine partis præsentia non requirit præfinitum spatium temporis, nec aliquam præscriptionē, sed satis est aliquoties ita observatum fuisse Paul. *cons.* 347. *n.* 4. *lib.* 1. Aym. *consil.* 118. *nu.* 2. *& cons.* 201. *num.* 2. Decian. *cons.* 51. *num.* 58. *& sequen. & nu.* 84. *lib.* 2. Rota *in una Farfen. Villa Caprolæ* 12. *Februarii.* 1593. *coram V. P. D. Pegna.* Et ad hujus consuetudinis materiam videatur Abb. *in c. cùm dilectus num.* 7. *de*

con-

Digitized by Google

de consuetud. Natt. *consil.* 406. *num.* 26. *libr.* 2. Dec. *consil.* 11. *num.* 9. Aret. *cons.* 115. *num.* 2. Socin. *consil.* 6. *num.* 4. *cons.* 251. *num.* 25. *lib.* 1. Roman. *consil.* 122. *nn.* 1. *vers. ex quibus omnibus.* Secundò, quia præstatur hoc juramentum in judicio, ubi judicis præsentia supplet absentiam partis, & multa judicialiter facta sunt valida, quæ si extrajudicialiter fierent, nullatenus tenerent, † & 9
istiæc prima opinio quando amplecteretur, falleret in muliere, quia mulier in tali juramento præstando non tenetur se exhibere adversario. Bald. ubi suprà proximè Alberic. *in d. Auth. principales personæ, num.* 1. † Requiritur 10
ultra prædicta in isto juramento calumniæ tactus Evangeliorum per ea, quæ tradit Socin. *in c. cum in causa, num.* 2. *de juramen. calumn. & ibidem num.* 10.
† Hodie tamen servat consuetudo, ut non juretur tactis Evangeliis, sed suf- 11
ficit tangere quascunque scripturas: Nec juratur ad illas scripturas, at ad Evangelia intentionaliter, & sic consuetudo observantiæ requirit tantum scripturarum quarumcunque tactum, & pro legis implemento tactum Evangeliorum animo, & intentionaliter, etsi non corporaliter. Socin. *in dicto numero decimo, idem tradit de juramento in genere.* Guid. Papæ *decis. tricesima quinta, numero secundo*, & ita in Practica servari habemus *in dicto Formulario Terminorum, loco præcitato, fol.* 25. † Neque sine tactu scripturarum subsisteret istud 12
juramentum. Nam juramentum non requirit tactum scripturarum necessariò, ut per Gallesi. *in loco proximè citando.* † Tamen in hoc juramento calu- 13
mniæ, ex quo est de jure requisitum; & in casibus, in quibus a jure defertur juramentum, ut est casus noster, est necessarius scripturarum tactus, Gallesi. *de forma Cameræ ad sextam partical. obligationis Cameralis, quæstione secunda. numero decimo.* Facit bona annotatio Sebast. Sapiæ ad Panormitan. *in cap. inhærentes, numero vigesimo primo, in verbo, tactis Evangeliis, de juramento calumniæ*, ubi extendit hoc etiam ad juramentum, quod defertur à statuto, & præstatur ab Episcopo. Et debent tangi manibus & non sufficit tangi brachio, vel alio membro, ut per Barbatiam *in annotat. ad Panormitan. in capitul. inhærentes, nu.* 21. *in verbo, non tamen propositis, in fin. de juramento calumniæ.* † Et prædicta 14
de tactu scripturarum proceduht in laicis, quia in Episcopis, in Clericis, & Ecclesiasticis personis id non procedit, Tales enim jurant tacto pectore more Prælatorum, Sacerdotali, seu Clericali; & multa de præmissis habebis infrà *cap.* 15. *suis in locis.*

Digitized by Google

CAPUT. VII.

Iuramentum calumniæ, an sit necessarium in judicijs, & pars substantialis.

SVMMARIA.

1 Iuramentum calumniæ non videtur esse necessarium in judiciis, neque illorum pars substantialis. 2 Iuramentum calumniæ est necessarium in judiciis, & de solito ordine judiciali. 3. Iuramentū calumniæ est de solito ordine judiciali, & inductum ad solemnizandum judicium. 4. Iuramentum calumniæ inductum est pro solemnitate & forma judicii. 5. Forma non servata actus est nullus. 6 Iuramentum calumniæ est de substantia judicii. 7. Iuramentum calumniæ quod non sit necessarium in judiciis procedit, si non fuit petitum istud juramentum. 8. Juramentum calumniæ quod præstandum non sit nisi petatur, procedit etiam in statutis mandantibus jurari de calumnia ex Menoch. Quæ opinio Menoch. limitatur. 9. Iuramentum calumniæ, quod prestetur, nisi exigatur, procedit etiam in causis criminalibus. 10. Secunda verò opinio, quod scilicet juramentum calumniæ sit necessarium in judiciis, & pars substantialis procedit, si juramentum prædictum fuit à parte adversa petitum. 11. Iuramentum calumniæ si non exigitur à parte, sed à judice, non est pars substantialis judicii. Fallit ut ibi remissivè. 12. Iuramentum calumniæ si à parte adversa petatur, est necessarium in judiciis, & illorum pars substantialis. 13, Iuramentum calumniæ, si à parte petatur, & non præsteturr, processus, sententia, & omnia inde secuta sunt nulla. 14. Et sunt nulla ipso jure processus, sententia, & omnia inde sequuta, si petatur, & non præsteturr hoc juramentum. 15. Iuramentum calumniæ si petatur, & non præstetur, procedit etiam in causa summaria. 16. Bald. in l. 2. ff. quod observari. C. de jurejur. propter calum. opinio, an cadat actor nolens jurare ipso jure à causa. Quid sentiendum circa hoc dictum Bald. 17. In Camera Imperiali non reputantur nulli processus, nec nullæ sententiæ latæ extra Cameram, in prima, vel secunda instantia ob juramentum calumniæ non præstitum, vigore particularis ordinis. 18. Iuramentum calumniæ est necessarium in processu, qui formatur in Camera. 19. Iuramentum calumniæ, si quis petat in parte judicii non consueta, non reddit processum, & sententiam nullam, prout Matthesil. dicit secundum Socin. Reprobatur dicta opinio Socini. 20 Aequitas non scripta, quam quis suo capite fingit, est duplex iniquitas. 21. Prædicta æquitas non scripta, non præfertur rigori scripto. 22. Rigor si est in specie scriptus, & similiter æquitas in specie scripta, rigor æquitati præfertur. 23. Acta faciunt notorium inter partes litigantes. 24. Paria sunt scire, & scire debere. 25. Termini substantiales decem sunt, maximè si causa sit profana. 26. Juramentum calumniæ numeratur inter terminos substantiales. 27. Termini substantiales sunt communes utrique parti. 28. Termini substantiales sunt communes utrique parti non simpliciter, sed secundum quid; & sunt communes, quoad dilationes utrique parti. 29. Sententia in puncto juris est nulla, si Titius in terminis substantialibus petiit jurari de calumnia, & Sejus in cujus favorem lata est, non juravit, & numer. 31. in fin. 30. Termini substantiales ex urbanitate, & non de rigore servantur, quando per contradictas proceditur contra citatum ad totam causam. Quando proceditur per edicta idem est dicendum. Et est nulla sententia prædicta in favorem Seji lata, dum similiter proceditur per contradictas, & edicta. 31. Juramentum calumniæ, & pœnæ non jurantibus impositæ, quod locum non habeant in contradictis, & edicta, incumbit onus probandi asserenti istud. 32. Processus & sententia secundi judicii non sunt nulla, si in priori judicio petitum fuit jurari de calumnia, & non fuit juratum, deinde devenitur ad secundum judicium, & in eo non petitur de calumnia jurari. 33. Deferens juramentum, ipse prius de calumnia tenetur jurare. 34. Declara proximè dicta, dummodo petatur jurari de calumnia per deferentem juramentum. 35. Declara etiam prædicta, dummodo deferens juramentum, illud defert super facto, de quo deferens verosimiliter ignorantiam habere potest. 36. Actor prius tenetur jurare de calumnia, quàm reus, & Agens quàm excipiens. 37. Si ordo præmissus jurandi inter actorem & reum & inter agentem, & excipientem perverteretur, non vitiaretur processus, nec sententia. 38. Quod prius præstet hoc juramentum provocans, procedit etiam in judiciis dupli-

Digitized by Google

duplicibus. 39. Ordo, quod prius juret actor, quàm reus, & prius agens, quàm excipiens, non est necessariò servandus in judiciis. 40. Juramenta duo præstanda sunt ab utraque parte, in similibus judiciis duplicibus. 41. Contrarium autem, & quod unum juramentum sufficiat, tenet author. Judicia duplicia ex sui natura important, ut idem sit actor, & reus. 42. Juramentum intelligitur præstitum secundum naturam actus, super quo interponitur. 43. Juramentum calumniæ in se continet capitula tum ad actorem, tum ad reum spectantia. 44. In Judicibus duplicibus utraque pars præstat duo juramenta tacitè, & virtualiter, licet non expresè, & explicitè. 45. In mutuis petitionibus utraque pars præstat duo juramenta, unum ut actor, aliud ut reus. Intellige ut ibidem. 49 Sententia non potest dici nulla, quę fertur in favorem Seji, & contra Titium, si Sejus petiit de calumnia, & Titius non juravit, & Titius nonpotest dicere sententiam contra se latam esse nullam, ex quo ipse requisitus noluit jurare. 47. Culpa sua cuique nocere debet, & non alii. 48. Culpam alterius non debet quis reportare. 49. Actus nullus ex defectu solemnitatis omissæ per adversarium potest ab eo, in cujus favorem factus est, acceptari, vel repudiari. 50. Favori suo quilibet renunciare potest. 51. Juramentum calumniæ est inductum ad utilitatem publicam, & non ad privatam. 52. Iuramentum cal. principaliter est inductum ad utilitatem publicam, secundariò ad utilitatem privatam. Quomodo id intelligatur, ibidem. 53. Sententia super negocio principali lata pro eo, qui instituit jurari de calumnia contra adversarium, qui non juravit, potest dici nulla conditionaliter. 54. Nullitas, quæ prætenditur in sententiis ob juramentum calumnię non præstitum non insurgit aliunde, quàm ex quo jus mandat jurari, ut indictum subsistat. 55. Transactioni à se juratę si major viginti quinque annis contrafaciat, ipso jure cadit ab omni commodo contractus. 56. Pœna l. 2. C. de jurejur. propt. calum. & similium dirigitur contra eum, qui facit contra legem, non autem contra eum, qui implet mandata legis. 57. Sententia super negocio principali si feratur in favorem Titi, qui recusavit jurare, unde nulla esset. An possit judex de novo sententiare. 58. Sententia nulla non dicitur sententia. Condemnatus non dicitur, qui nulliter est condemnatus. 59. Actus nullus non suspendit juris alicui competentis exercitium. Nullitas actus non consumit potestatem, quo minus nulliter factum possit iterum bene fieri. 60. Iudex qui nullam sententiam dixit non potest ulterius desuper sententiam ferre. Nec sententiam jam dictam revocare, corrigere, vel mutare etiam erroris prætextu. 61. Actus judiciales sunt irretractabiles. 62. Actus nullus habetur pro inutili, & non facto, quatenus concernit præjudicium tertii, non autem quatenus concernit præjudicium gerentis, cujus dolo, aut culpa actus est nulliter factus.

SUper isto articulo videtur esse text. pro negativa, quod scilicet non sit necessarium juramentum calumniæ in judiciis, neque illorum pars substantialis *in cap. 1. §. 1. in fin. & gloss. 1. in d. cap. 1. in §. propter omissum. in 2. notabili, de juram. calumn. in 6.* † Contrarium autem, & quod in judiciis necessarium sit, & de solito ordine judiciali tradit *gloss. in l. 2. §. sed quia veremur, in verbo, remitti, vers. sed Azo dicit,* & Cyn. *in eadem l. 2. num. 9. C. de jurejur. propt. calumn.* † Et quod sit de solito ordine judiciali, & inductum ad solemnizandum judicium, est Addit. ad gloss. *in d. l. 2. in §. sin autem abfuerint, in verbo, subeat, & ibidem glossella Marginal. vers. Iudex cum cautela.* Paul. de Castro. *in d. l. 2. & in l. 1. num. 2. & 9. C. de jurejur. propter calumn.* † Et quod pro solemnitate, & forma judicii inductum sit, voluit Mantua *consil. 143. num. 63.* Bald. *in d. l. 2. num. 3.* Alexand. *in l. qui bona, §. si alieno, num. 2. & num. 14. ff. de damn. infect.* † Forma verò non servata actus est nullus Cephal. *consil. 421. num. 46.*

1 2 3 4

Digitized by Google

lib. 1. & consil. 241. num. 59. l. Etiam si forma sit levis, Cephal. *d. consil. 242. num.*
6 59. † Immò, quod istud juramentum sit de substantia judicii, tradunt Cyn. *in d. l. 2. d. §. quod observari, d. num.* 9. Ubi asserit hoc juramentum esse de substantia judicii, sicut est sententia Vitalin. *in tract. Crimin. in rub. quid sit accusatio, numer.* 9. Addent. ad Matthesil. *singular.* 64. *vers. quod juramentum.* Gravat. *in additio. ad Vestr. lib. 3. cap. 2. litera F, in verbo, & si pars. numer.* 10. Vant. *in tract. de nullitatibus, in rub. de nullit. senten. ex defect. process. num.* 29. Marant. in Specul. *part. 6. in 2. par. judic. rub. de juramento, actu 1. num.* 2. Andr. Gaill. *pract. observatio. lib. 1. obser. 84. num. 1. pagina 149. col. 1. & libr. 2. observat. 46.*
7 *num. 16. pag. 372. col. 2.* Roland. *consil. 71. nume. 7. volum. 1.* † Pro concordia harum opinionum distinguendum est, quod aut tale juramentum calumniæ petitum non fuit, aut petitum fuit, si non petitum fuit, procedit prima opinio, quia tale juramentum non est præstandum, nisi exigatur, Speculat. *in tit. de juramento calumniæ, §. 2. num. 4. vers. dicit Pil. tenere*, Idem videtur sentire Gloss. *in d. l. 2. §. sed quia veremur, in verbo, sancimus*, Menoch. *de*
8 *arbitr. judic. lib. 1. quæst. 20. num. 5.* Alexand. *in d. §. si alieno, num. 14.* † & Menoch. *in d. quæst. 20. num. 6. & 7.* ampliat hoc, quod juramentum calumniæ præstandum non sit, nisi exigatur, ad statuta etiam, quæ mandant jurari de calumnia. Quam Menoch. opinionem veram absolutè non puto (pace tanti viri dictum sit,) & vera videtur duntaxat in statutis mandantibus jurari de calumnia sub ista clausula, [si petatur,] ut innuit Menoch. *ibidem in*
9 *fin.* & dicam *infrà cap. 12. num. 20. & seq. latius.* † Ampliat quoque istud, quod juramentum calumniæ non præstetur, nisi exigatur, & Foller. *in Pract. crim. Canon. fol. 50. num. 51.* Clar. *in §. final. q. 18. num. 3. vers. dicit etiam* Barthol. *in fin. d. vers. ad causas criminales in quibus non est necessariò præstandum juram. calumn.*
10 *nisi exigatur.* † Secunda verò opinio procedit, quando juramentum calumniæ fuit à parte adversa petitum, text. *in l. de pupillo, §. qui opus, & ibi glos. in verb. Authore, & in verbo, prætore, ff. de oper. nov. nunciat.* Parisius *in Addit. ad Bart. in l. 1. in verbo, in omnibus, in litera A, in fin. C. de jurejur. propt. calum.* Andr. Gaill. *d. l. 1. observa. 88. num. 3.* ubi loquitur quando petitur præstari per procuratorem, qui litem contestatus est *& observat. 90. nu. 1.* ubi de communi,
11 Marian. Socin. *in c. cæterum, num. 10. extra, de juram. calumn.* † Secus tamen esset, si non peteretur & exigeretur à parte, sed à judice, quia tunc non esset de substantia judicii, Socin. *in d. c. cæterum, d. n. 10.* quod fallit, ut dicã *infrà c.*
12 *12. nu. 28.* † Si igitur à parte adversa petatur, & exigatur hoc juramentum,

est

Digitized by Google

est necessarium, & de solito ordine judiciali, & solemnizat judicium, ac est pro forma, & substantia ejusdem, ut volunt Doctores per me superius citati, pro secunda opinione. † & sine eo, si à parte petatur, ut dixi, processus, 13
& sententia, & omnia inde sequuta sunt nulla, Matthesil. *d. singular.* 64. & ibi Addent. Vivius *lib.* 1. *opinion* 258. *num.* 5. Moderni Annotant. *in Pragmat. Regni Sicilia, incipiente. Si reus exceptiones litis ingressum, numero primo,* Marant. *in suo Speculat. part.* 6. *in secunda judicii part. in tit. de juramento, actu primo, numero secundo.* Barbat. *consil.* 49. *numero primo, volumine tertio,* ubi declarat *capitulo primo, de juramento calumniæ, in sexto,* Roland. *dicto. consil.* 71. *numero septimo, octavo, & duodecimo,* Mantua. *consil.* 143. *num.* 63. Addit. Aufrer. ad Capellam Tholos. *decis.* 108. Speculat. *in tit. de juram. calumn. §. primo, num. primo in fin. glos. in dicto capitulo primo, in verbo, annullandus, prope fin. in sexto,* Menoch. *dicta quæstio. vigesima, num. quarto, in fin.* Gaill. *dicta observat.* 84. *num. primo.* Cyn. *in dicta l. secunda, num. nono, C. de jurejurand. propter calumniam.* Bart. *in dicta l. de pupillo, §. qui opus,* Celsus Vgo *in addit. ad Bald. in dicta l. secunda, num. sexto, in verbo, amicti enim potest,* Gomez. *in §. si quis postulaverit, numero trigesimo secundo, in fin. Institut. tit. de action.* Guid. Pape, *cons. secundo, & cons.* 84 Cæsar Ursillus *in Annotat. ad Afflict. decisio.* 265. *num.* 31. ubi reprobat opinionem Afflict. ibi: *& in præludiis Constitutionum Regni Siciliæ, quæstio. duodecima.* Contrarium tenentis per *consil.* 59. Socin. Junior, *numero primo, libro secundo, & cautel.* 12. *Ferrarii,* ubi dat cautelam Ferratius faciendi acta nulla, quam cautelam in praxi non servari, tradit Ursil. *ibidem, num.* 32. Rota *decisio. secunda, in antiq. de juramento calumniæ,* Put. *decisio.* 397. *in una Paduana, libro* 2. Rota *coram Illustrissimo Domino Mantica, in una Bononien. Attentatorum, die* 24. *Octobris* 1588. *versnam quod sententia in manuscriptis,* ubi de communi ex Corn. 316. *nu.* 10. *libro tertio,* & de magis communi ex Socin. *in dicto suo consil. decisivo* 59. Barthol. *in dicta l. secunda, §. sed quia veremur, numero tertio;* Alexand. *in dicto §. si alieno, dicto numer.* 14. † Et sunt nulla ipso jure. Addent. ad Matthesil. *d. singul.* 14
64. *circ. princip.* dictus Matthesil. *sing.* 65. Annotant. *in dicta Pragmatica, si reus exceptiones litis ingressum, num.* 3. ubi late Marant. *d. actu* 1. *numer.* 5. *ubi de communi.* † Quod ampliatur etiam si causa esset summaria, secundum 15
Cottam *in Memorial. in verbo, juramentum calumniæ.* † Nec præmissis obstat au- 16
thoritas Baldi *in dicto §. quod observari, numero primo,* ubi ad arguendum, quod actor renuens jurare non cadat ipso jure, sed per Judicis sententiam, dicit: quod si Judex ferret sententiam in favorem

Digitized by Google

actoris qui recusavit jurare, dicta sententia valeret, & teneret, si autem caderet actor ipso jure, sententia esset nulla; unde colligitur sententiam Baldi esse, quod non sit nulla talis sententia ipso jure contra proximè suprà relata. Nam nullus, quem viderim, præter Bald. est hujus opinionis, quæ singularis est, & non sequenda (dicta sint hæc ea, qua decet, reverentia contra dogmata, talis Legistarum Principis) cum nullo jure fulciatur, quod talis sententia teneat. Et dum Bald. sic arguit: sententia est valida, ergò actor non cadit ipso jure à causa, negatur antecedens, quod scilicet sententia sit valida, quod antecedens, dum aliquo jure non probatur, argumenti consequens non procedit. Præterea aliud est dicere in nullitatem incidere ipso jure, & cadere à causa ipso jure; potest enim quis incidere in nullitatem ipso jure, & non cadere à causa ipso jure, & qui incidit in nullitatem ipso jure, si in ejus favorem sententia feratur, nihil amittit per dictam sententiæ nullitatem, & sic ex ea lucrum non sentit: Qui autem cadit ipso jure à causa, si ad ejus favorem sententia feratur, non solum non sentit commodū ex ea sententia, quæ in suum ferretur favorem, sed ex ea reportaret etiam damnum, quod scilicet caderet à causa. Et quoad casum à causa, quod fiat per judicis sententiam, trademus etiam nos infrà *cap.* 14. † Ea quę suprà
17 proximè dixi, quod processus, & sententia sint nulla, non habent locum in Camera Imperiali vigore particularis ordinis, quoad tamen sententias latas in prima, vel secunda instantia extra Cameram, teste Gaill. d. *obser va.* 84. *n.* 3. Præsertim si in dictis instantiis petitum fuit tale juramentum, & non præstitum, & nihilominus judice ad ulteriora procedente pars prętendens nullitatem ab adversario fuisse incursam, non appellaverit, sed causam usque ad conclusionem prosequuta sit, teste Gaill. *ubi suprà.* † In processu tamen,
18 qui in dicta Camera fit, & formatur est necessariò præstandum juramentū calumniæ, & omitti nequit, ut idem Gaill. *d. obser va.* 84. *num.* 6. † Dicit etiam
19 Marian. Socin. *in cap. final. q. ult. num.* 53. de juramento calumniæ, quod opinio Matthesil. supra relata, non est vera, quando petens hoc juramentum calumniæ præstari, illud petit in parte non consueta judicii, ne quis commodum ex sua malitia reportet petendo illud in parte non consueta. Quæ opinio Socin. nullo jure est roborata, licet eam uti ęquiorem amplectatur Gaill. *d obser vatione* 84. *num.* 4. Et cuperem ab eis scire, quæ dicatur pars consueta, & quæ non consueta judicii, † & ista æquitas non scripta, quam
20 dicti Socin. & Gaill. ex proprio capite fingunt, est duplex iniquitas, ut ad

aliam

Digitized by Google

aliam materiam tradit Gabriel. *conf.* 116. *num.* 4. *lib.* 1. † & non præfertur ri- 21
gori scripto, Cepoll. *in tractat. de ratione leg. extenſi, num.* 63. *& ſeq. pag. mihi* 38.
† Immò quando æquitas eſſet ſcripta in ſpecie etiam, & rigor ſimiliter eſſet 22
in ſpecie ſcriptus, talis rigor æquitati præferendus eſt, Bald. *de præſcription. q.* 5. *principali. num.* 15. *part.* 1. Cùm igitur habeamus rigorem ſcriptum, quod juram. calumniæ à parte petitum, & non præſtitum annullet proceſſum, & ſententiam, ut præmittitur, non eſt curandum de aliqua ſomniata æquitate. Et inſuper Gaill. *in loco ſuprà proximè citato*, concurrit cum noſtra opinione, quando eſt petitum in actis viva voce tale juram. ſed benè dubitat quãdo peteretur in exceptionibus, vel aliqua ſcriptura judicialiter exhibita. Quæ opinio eſt minùs abſona, quam opinio Socini, ſed nec ipſa videtur amplectenda, ne præbeatur anſa nolentibus jurare ſubterfugiendi hoc juramentum ſub prætextu; quod in loco abſcondito ſit petitum; nam non poteſt negari, quin illæ ſcripturæ ſint de actis effectę, † & acta faciant noto- 23
rium inter partes litigantes. Gaill. *lib.* 1. *obſer.* 31. *num.* 10. *& obſer.* 134. *num.* 3. *& 16.* per text. *in c. final. de cohabitatio. Cleric. & mulier.* & Innocent. *in capit. inſinuatione, in fin. de appellation.* Bart. *in l.* 4. *§. condemnatum, num.* 2. *cum ſeq.* & ibidem Iaſ. *num.* 7. *cum ſeq. ff. de re judicata*, Iaſ. *in l. ait. Prætor. §. ſi damnetur, n.* 2. *ff. de jurejur. & in l. ejus qui in Provincia, nu.* 53. *ff. de reb. cred.* relat. per Gaill. *d. num.* 10. *pag.* 60. *col.* 2. *num.* 3. *pag.* 200. *col.* 2. *num.* 16. *pag.* 233. *col.* 1. *ubi ſupr.* Et ipſe jurare debens, tenebatur inſpicere acta, & tales ſcripturas productas, & videre, quid continerent, † & paria ſunt ſcire, & ſcire debuiſſe, *l. qui* 24
cum alio, ff. de reg. juris, & gloſſ. ibidem. text. *in l. quod te, in fin.* & ibi Iaſ. *num.* 10. *ff. de reb. cred.* † Maximum autem negocium faceſſit in hac materia, ſerva- 25
tio terminorum ſubſtantialium, dum pars una ſervat omnes terminos ſubſtantiales, qui decem ſunt maximè ſi cauſa ſit profana, ad Veſtr. *in Pract. lib.* 5. *c.* 4. † Quia inter dictos terminos ſubſtantiales numeratur juramen- 26
tum calumniæ, ut per Veſtr. *d. c.* 4. Et de calumnia jurari petitur, per ſervantem tales terminos, qui ſervans terminos prædictos in reproductione citationis jurat ipſe de calumnnia, adverſarius autem non jurat, ut facilioris intelligentiæ gratia pono exemplum: Titius citat in terminis ſubſtantialibus Sejum, & in citatione ponit non ſolum illos quatuor terminos ſubſtantiales, videlicet, Ad articulandum, Et dicendum contra articulos, Producendum omnia, & dicendum contra producta; ſed ponit etiam omnes alios terminos ſubſtantiales, & ſic jur. calumn. Titius reproducit citationem,

& pro

Digitized by Google

& pro ſua parte jurat de calumnia, Sejus autem non jurat de cal. ut in citatione à Titio petitur. Fertur ſententia in favorem Seji contra Titium, qui dicit ſententiam eſſe nullam, ex quo ipſe in terminis ſubſtantialibus petiit de calumn. jurari, & Seius non iuravit, & quod ſit ſententia in favorem Seji lata, eſt nulla ipſo jure, ut ex præmiſſis firmatum eſt. Sejus replicat non
27 eſſe nullam ſententiam prædictam pro ſe latam, quia † termini ſubſtantiales ſunt communes utrique parti, & cùm ex parte Titii ſervati ſint, videntur ſervati communiter, etiam pro Sejo: Et quotidie in Rota, & alibi una pars tantum dictos terminos ſervat, & contra eam fertur ſententia, & nun-
28 quam viſum eſt annullari proceſſum & ſententiam. Titius replicat prædicta ſibi non obſtare ex pluribus; ſed principaliter, quia † dicti termini ſubſtantiales verè communes ſunt utrique parti, ut per Veſtr. *d.c.4.* ſed communes ſunt non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: ſunt enim communes quoad dilationes, ut colligitur ex Veſt. ibi, non autem quoad actus explicitos facto, cùm actus explicati per alterum ex litigantibus, non poſſint dici cõmunes alteri ex adverſo litiganti, ita quod ſi unus de calumnia tactis ſcripturis per laicos, & per emiſſionem manus, & applicationem pectori per clericos jurat, alter etiam adverſarius de calumnia juraſſe dici poſſit; et ſic de ſingulis aliis terminis ſubſtantialibus, habuit benè uterque ipſorum communes dilationes ad prædicta agendum, & facto explicandum; unus tamen facto explicavit, alter non. Poſſunt dici etiam communes reſpectu judicis, coram quo ſervantur, & à quo traduntur, reſpectu verò partium litigantiũ non, quia una pars uti volet dictis terminis, alia non & ſic conſiderata aſſignatione dictorum terminorum à judice facta communes dicentur, conſiderato verò partium litigantium uſu dictorum terminorum, non ſunt communes dicti termini. Vel dici poteſt in terminis ſubſtantialibus duo conſiderari tempora, antequam poſſint dici perfecti, & impleti: alterum ſcilicet quando incipiunt in eſſe produci, alterum cùm ſunt in eſſe producti, & perfecti per actum poſitivum litigantium. Dum incipiunt eſſe per illorum dationem à judice factam, poſſunt dici communes, & ſic in fieri. Dum verò ad actum reducuntur, & ſunt perfecti per actum poſitivum litigantium nõ poſſunt dici communes, niſi uterque cum actu poſitivo concurrat, & ſic non dicentur communes in facto eſſe. Alioquin duo ſequerentur abſurda notabilia; quorum primum eſt, quod Titius potuiſſet jurare in animam Seji, ſervando terminos ſubſtantiales, quod fieri nequit ſine ſpeciali mandato

Digitized by Google

dato Seji, ad jurandum enim in animam alterius requiritur ſpeciale mandatum, ut ſparſim dicam *infrà cap.* 15. & 16. Secundum abſurdum eſt, quod ſi lis pro parte Seji eſſet calumnioſa, ſi diceretur pro ejus parte de calũnia juratum in terminis ſubſtantialibus à Titio ſervatis, utique ex facto Titii adverſarii poſſet Sejus ſine ſuo dolo puniri criminaliter, detecta ejus calumn. cùm jurans de calumn. & calumniam committens, criminaliter inquiri, & puniri poſſit, per ea, quæ infrà dicam *cap.* 23. † Pro reſolutione hujus quæ- 29
ſtionis dic breviter, quod ſententia pro parte Seji lata ſit nulla in puncto juris, cùm non poſſit negari in iſto caſu petitum fuiſſe juram. calum. pro parte Titii, & non fuiſſe præſtitum pro parte Seji, prout latiùs patet in Formulario Terminorum, *in rubr. ad declarandum & jurandum de calumnia, fol. mihi 25. ſecundum antiquam impreſſionem, & ſub rub. de reiteratione Terminorum, fol. eod. & ſub rub. ad jurandum de calumnia, fol.* 94. quo caſu ſententia dicitur nulla, ex eis, quæ ſuperius firmavi. † Et licet tales termini ſubſtantiales ex urba- 30
nitate, & non de rigore ſerventur, quando per contradictas proceditur contra citatum ad totam cauſam, ut Vant. *tractat. de nullitat. rub. de nullit. ex defec. proceſſ. num.* 60. quando iſto modo proceditur, & ſervantur dicti termini; idem putarem: & cum tempore feriarum de mandato ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, non habeant locum contradictæ, ſed edicta, & in quibuſdam aliis caſibus, ut per Veſtr. *in tractat. libr.* 1. *cap.* 5. idem dicerem in iſtis caſibus, dummodo tamen citatus ſit ad totam cauſam aliquando ille, contra quem per contradictas, aut edicta proceditur. † Et ille, qui dicit non 31
eſſe nullam ſententiam, quando per contradictas, aut edicta proceditur, & petitur jurari de calumnia, & non juratur, & prædicta jura non habere locum in iſtis caſibus, & iſtos caſus non comprehendi ſub dicta *l.* 2. *C. de jure jurand. propter calumniam*, dicta negativa ab eo probanda eſt, cùm in ea ſe fundet. Hercul. *de proban. negat. numer.* 2. & ſit fundamentum ſuæ intentionis. Herculan. *ibidem num.* 3. & neget iſtos caſus comprehenſos ſub lege. Herculan. *ibidem num.* 5. Hæc deciſio fortè dura videtur, propter multos abuſus in præmiſſis inductos per procuratores, litigantes, ac notarios in ſimilibus non expertos, nihilominus in puncto juris veram eam credo, & ab ea non recederem ſub quovis prętexru, quod dicti termini ſerventur ab una parte tantùm paſſim, & non annullentut proceſſus, & ſententiæ, quia nunquam hoc revocatum in dubium, & in contradictorio judicio in Rota diſcuſſum fuit, & ſi aliquando caſus accideret id diſcutiendi, neſcio ſub quo conſuetudinis,

Digitized by Google

vel alio prætextu posset salvari nullitas, cùm lex, statutum, seu consuetudo non possit induci, ut non præstetur hoc juramentum; si petatur, ut dicam
32 infrà *capit.* 13. † Hic subjiciendum est, quod si unum judicium intentaretur, & in eo petereturjurari de calumnia, & non præstaretur; deinde deveniretur ad aliud secundum judicium, & in hoc secundo judicio non peteretur jurari de calumnia, non ex hoc, quod petitum sit in alio judicio jurari de calumnia, dicentur hujus secundi judicii processus & sententia nulla. Rota *in una Romana rescissionis contractus die Lunæ, 15. Ianuarii. 1596. coram V. P. D. Pegna in manuscriptis.* Notandum est etiam non ab re, quod aliquando oriuntur variæ altercationes inter litigantes, quis eorum prior
33 jurare debeat, circa quod dicendum est, † quod si quis defert juram. ipse prius tenetur jurare de calum. text. expressus *in l. jusjur. & ad pecunias, §. qui jusjur. ff. de jurejur. & per illum tex.* Petr. Vanderan. *in sua pract. judiciali, lib.*
34 3. *cap.* 2. *Axiom.* 3. † Declara tamen hoc si petatur jurari de calumnia text.
35 *in dicto §. qui jusjur. and.* Vanderan. *dicto axiom.* 3. † Declara quoque id procedere, quando deferens juramentum illud defert super facto, de quo deferens verosimiliter ignorantiam habere potest. Matth. Wesem. *dicto numero tertio.* Adverte tamen, ne istud juramentum sit potius malitiæ, seu veritatis, quia in eo requiritur, quod deferens juramentum de eo facto verisimiliter ignorantiam habeat, & sic videtur non generale, prout est juramentum calumniæ, & super tota causa, sed super articulo particulari; Et cogita an dicta jura loquantur secundum jura antiqua, per quæ jurabatur de calumnia super articulo particulari etiam, & dabantur juramenta calumniæ particularia, ut dixi *suprà capitulo primo & tertio*, vel sit juramentum potius malitiæ, seu veritatis, nam juramentum calumniæ proprium non est, & generale ad
36 totam causam. † Similiter prius tenetur jurare provocans & actor, quàm reus: & agens, quam excipiens. Speculat. *in titul. de juramento calumniæ, §. 2. numero duodecimo, in fin.* & ibi Ioan. Andr. *in addit. in litera X, in verbo, id quod facium tradita per eundem Speculat. ibidem, §. 3. in princip.* glos. *in dicta l. secunda, in verbo, & actor quidem juret,* & ibidem Cyn. *numero decimo tertio, & decimo quarto* Bald. *num. 2. & 4. ex glos. ibid.* ubi dicit Bald. quod licet reus excipiendo fiat
37 actor isto casu prius iurat actor originarius. † Si tamen talis ordo, quod prius actor quàm reus, & agens prius, quàm excipiens iuret, præposterare-tur, non vitiaretur processus nec sententia, quia talis ordo non est substantialis. Bald. *in d. l. 2. d. numer. 2.* ubi dicit talem ordinem servandum esse in

præ-

Digitized by Google

præstando juramento super libello. † Quodque præstet hoc iuramentum 38
provocans, procedit etiam in iudiciis duplicibus, ut communi dividundo,
familiæ erciscundæ, uti possidetis, ad tradita per Speculat. *d. tit. de jurament. calumniæ §. 4. num. 3.* ubi remissivè Ioan. Andr. *ibidem, in addit. in verbo, & l. sequent. d. glos. in d. l. 2. in verbo, & actor quidem juret.* Cyn. *in dicto n. 13.* Marian. Socin. *in d. cap. literas. numer. 15. vers. 5. fallit.* † sed idem Socin. *in cap. ceterum.* 39
numer. 7. de juramento calumniæ, dicit talem ordinem in dictis judiciis non esse necessario servandum. † Aliqui voluerunt in similibus judiciis duplicibus, 40
seu communibus duo juramenta ab utraque parte esse præstanda, unum scilicet ut provocans, alterum ut provocatus, referente Socino *in c. in pertractandis. num. 5. de juramento calumniæ* † sed unum sufficere puto, quia dicta 41
judicia de sui natura important, ut idem sit actor, & reus. † & juramentum 42
præstitum intelligitur præstitum secundum naturam actus, super quo interponitur. Zuchard. *in l. 1. num. 141. C. de pactis*, Curt. *in l. si quis major, num. 18. C. de transactionibus*, Cephal. *consil. 137. num. 69. lib. 1.* Seraphin. de Seraphin. *de jurament. privileg. 154. num. 4.* † Maximè autem, cùm juramentum 43
calumniæ contineat capitula, tum ad actorem, tum ad reum spectantia, ut
supra posui *cap. 2.* † & tacitè ac virtualiter præstat uterque duo juramenta, 44
licet non expressè & explicitè: Nam si explicitè dandum esset juramentum calumniæ super capitibus expressis, *suprà c. 2.* deberet utique pars quælibet jurare capitula tam ad actorem, quam ad reum spectantia, ex quo vices actoris, & vices rei sustinet quælibet pars, unde idem jus in tacito juramento militare dicendum est. † In mutuis petitionibus utraq; pars duo præstat 45
juramenta unum ut actor, aliud ut reus, Socin. *in d. c. literas. numer. 15. vers. quinto fallit. & in d. c. in pertractandis. numer. 5.* quod ita intelligendum duco; aut dictæ petitiones dividi possunt, & una fine alia cognosci, & sic cognoscitur una ab alia separata, & tunc dicta duo juramenta sunt separatim præstanda, aut dividi non possunt, & ita indivisæ cognoscuntur dictæ petitiones, & tunc unum sufficit juramentum simpliciter præstandum, quod contineat virtualiter, & implicitè in se ad hunc effectum duo juramenta, actoris scilicet & rei, ut duas suas partes integrales, vel præstet utrumque juramentum explicitè, juxta formulas traditas supra *cap. 5.* † Unum præterea vi- 46
dendum est, ut exempli gratia, pone: Titius movit litem contra Sejum, qui Sejus in actis petit jurari de calumnia; Titius non jurat; devenitur ad sententiam definitivam negocii principalis, quæ fertur absolutoria in favo-

Digitized by Google

rem Seji; Titius vult dicere ſententiam nullam, ex quo Sejus petiit juraſi
de calumnia, & ipſe Titius non juravit: quæritur modo, an jure poſſit Ti-
tius de nullitate dictę ſententię dicere? & cenſeo non poſſe de nullitate
47 dicere, tum reſpectu perſonę ipſius Titii opponentis nullitatem: † quia
culpa ſua cuique nocere debet, & non alii, *l. non eſt ignotum. C. de adminiſt. tu-*
48 *torum.* † tum ex perſona Seji, qui cùm non ſit in aliqua culpa, non debet
ex alterius culpa damnum reportare, gloſ. *in l. meminerint, in verbo, non affe-*
49 *rat. C. unde vi. c. non debet aliquis de reg. jur. in* 6. † & actus nullus ex defectu ſo-
lemnitatis omiſſæ per adverſarium, poteſt à Titio, in cujus favorē eſt factus,
acceptari, vel repudiari, Pinell. *in l.* 1. *num.* 20. *parte prima.* ubi ponit aliquas
limitationes, *C. de bonis maternis*, Cephal. *conſil.* 496. *num.* 26. *lib.* 4. Roman.
50 *conſil.* 54. *num.* 3. † favori enim ſuo quilibet renunciare poteſt, gloſ. *in l. Sabi-*
nus, in verbo, ſequi primam. ff. de in diem adjection. capitul. *ad Apoſtolicam, extra, de*
religioſ. gloſ. *in capitul. ſi diligenti, in verbo, pacto privatorum, de foro competenti,* tex.
in capitul. fin. in fin. ubi gloſ. alia multa in id cumulat, in verbo, renunciandum, de cri-
51 *mine falſi.* † Nec dicatur juramentum calumniæ eſſe inductum ad utilitatem
publicam, & non ad privatam, & ideò ei renunciari non poſſe, ut dixi *ſupra à*
52 *capitulo tertio* † quoniam omitto, quod licet juramentum calumniæ princi-
paliter inductum dicatur ob utilitatem publicam, & negari non poſſit ſe-
cundariò reſultare utilitatem privatorum, ut colligitur ex dictis *ſuprà capi-*
tulo ſecundo. † & dico in juramento calumniæ quolibet duo eſſe conſidéran-
da tempora; primum tempus eſt, quando nulli eſt jus quæſitum, & nulli
particulari perſonę applicatum per ſententiam diffinitivam ſubſequutam;
& tunc dicitur inductum propter publicam utilitatem principaliter, & ſim-
pliciter ſecundum preſentem illum ſtatum, & dum non eſt alicui particu-
lari applicatum actu, ſed ſpe; ſecundum tempus ſpectandum eſt, poſt-
quam per ſententiam diffinitivam eſt alicui applicatum, & jus quæſitum;
Et tunc ille, ad cujus favorem eſt lata ſententia, & expectatur executio
dictæ ſententiæ, poteſt juri ad publicam utilitatem principaliter introdu-
cto, & ſibi applicato, & quæſito renunciare, & hoc modo intelligenda du-
53 co ea, quæ dixi ſupra *capitulo tertio, numero octavo.* † & dicta ſententia feren-
da poterat dici nulla conditionaliter, id eſt, ſi in favorem recuſantis jura-
re de calumnia feratur, in favorem Titii, qui recuſavit jurare, non eſt la-
ta ſententia, & ſic non impleta conditio nullitatis, quæ in ſuſpenſo erat;
54 unde nulla dici non valet, † & nullitas, quæ prætenditur in ſimilibus ſenten-

tiis

Digitized by Google

dis ob juramentum calumniæ non præstitum in judicio, non insurgit aliunde, nisi ex quo jus mandat utramque partem debere jurare de calumnia, ut judicium subsistat. Sejus implevit pro parte sua, unde non est privandus beneficio juris mandantis jurari de calumnia, ut judicium & sententia valeat; Titius non juravit, & sic non implevit ea, quæ jus sibi mandavit implenda, unde cecidit ab omni commodo sententiæ ac judicii, ipse, qui pro parte sua non implevit, & dicentur processus & sententia nulla, quatenus respiciant utilitatem, & commodum Titii, non implentis ea, quæ jus sibi mandavit implenda, & non absolute. † Prout videmus in simili, quod facta 55
transactione inter duos majores viginti quinque annis cum juramento, in qua adinuicem aliquid promiserint, si aliquis ipsorum primus contrafaciat, ipso jure cadit ab omni commodo contractus, *per l. si quis major, C. de transact.* & ibi Cagnol. *numero* 93. Mattheſil. *singular.* 50. *incip. nota magnum periculum, num.* 1. Riminal. Junior. *consil.* 295. *num.* 20. *libro tertio.* Et sic respectu sui dicta transactio est nulla, quia ad ejus favorem non servantis, nullam utilitatem afferre potest, sed benè est valida, respectu servantis. † quæ magis in 56
casu nostro corroborantur ex eo, quod *in d. l.* 2. *C. de jurejur. propt. calum.* & in aliis juribus ad rem nostram facientibus, omnes pœnæ caducitatis & nullitatis diriguntur ad non jurantem, & contra eum, qui facit contra mãdata legis, & non contra eum, qui dicta mandata pro parte sua implet: faciunt ea, quę tradit Vant. *in tract. nullit. tit. quot & quibus mod. n.* 124. † Postremò videndum 57
remanet, si judex tulisset sententiam in favorem Titii, qui recusavit jurare, unde nulla esset, an possit de novo causam cognoscere; & desuper sententiare? † Et quidem pro parte Titii allegatur, quod sententia nulla non est 58
sententia, nec dicitur condemnatus qui nulliter condemnatus est, & utrumque probatur *in l.* 4. *s. condem. ff. de re. jud.* & nullum operatur effectũ Soc. *cons.* 18. *n.* 20. *lib.* 1. Aymo. *consil.* 216. *n.* 12. Roland. *consil.* 39. *n.* 13. *lib.* 1. † facit e- 59
tiam quod actus nullus non suspendit juris alicui competentis exercitium, Roman. *cons.* 220. *num.* 8. & nullitas actus non consumit potestatem, quo minus nulliter factum possit iterum benè fieri, Vant. *de nullit. titul. quoties, & infrà quod, numer.* 33. & sic illa sententia nulla non videtur impedire, quin judex iterum possit sententiare validè. † Sed iis non obstantibus 06
sentio non posse ulterius sententiam desuper proferre judicem, qui nullam tulit; nam postquam sententiam dixerit, & illam habuerit pro absoluta, ejus potestas expirat; & ideo nec sententiam jam dictam revocare, corrigere, vel sub quovis prætextu etiam erroris mutare

Digitized by Google

poteſt, *l.* 1. *C. ſententiam reſcindi non poſſe, l. poſt ſententiam, C. de ſentent. l.* 2. *C. de ſenten. ex brev. recit. l. Iudex poſteaquam, & l. quod juſſit, & l. acta, ff. de tempiranda, ff. de re judicata.* † & actus judiciales ſunt irretractabiles, Ioan. de Anania. *conſil.* 62. 25. *num.* 7. Actuſque nulli habentur pro inutilibus, & non factis, quatenus concernant præjudicium tertii, non autem quatenus concernant præjudicium gerentis, cujus culpa, aut dolo actus eſt nulliter factus, ad cumulata per Vant. *d. tract. tit. quoties & infrà quod, numer.* 53. Ex quibus diluuntur adducta ex adverſo.

CAPUT. VIII.

Iuramento calumniæ an ſit reſpondendum de veritate, vel de credulitate.

SVMMARIA.

1. Iurare debens de calumnia debet reſpondere de credulitate. 2. Confeſſio facta de credulitate in juramento calumniæ præjudicat, ac ſi facta eſſet de veritate. 3. Poſitionibus reſpondetur de credulitate per verbum credo vel non credo. Quod conſuetudine generali admiſſum eſt, nu. 4. 5. Confeſſio ut premittitur facta in poſitionibus, ita præjudicat, ac ſi facta fuiſſet de veritate. Diſſentit gloſella Marginal. 15. num. 6. 7. Confeſſio facta modo præmiſſo, ut præjudicet, intelligitur in concernentibus factum proprium reſpondentis. 8. Iurans de calumnia non poteſt reſpondere. (Dubito,) 9. Reſpondens poſitionibus poteſt reſpondere. (Dubito) & quando. 10. Iudex poteſt cogere interrogatum ad præciſe reſpondendum poſitionibus per verbum, Credit, vel non credit, ſecundum Roman. & quando procedat. num. 11. 12. Poſitionibus ignoratis quomodo eſt reſpondendum per verbum, credo, & non credo. 13. Iurare de credulitate quid ſit. 14. Teſtis jurat de veritate. Et debet deponere per aliquem ſenſum corporis, alioquin non probat numer. 15. 16. Creduitas quid. & quotuplex ſit, remiſſivè. 17. Notarii reprehenduntur, qui in actis, & in extractibus extenduntur, quod jurans jurat de calumnia, & veritate dicenda.

VIſum eſt ſuperius, quid ſit juramentum calumniæ, quo jure inductum, quæ in ſe continear, quæ fuerint illius inducendi cauſæ, de ejus formulis, & aliis tractatis in præcedentibus capitulis; in præſenti capitulo videndum eſt, quomodo dicto juramento reſpondendum ſit de veri-
1 tate ne, an de credulitate? † Et dicitur, quod jurare debens de calumnia, tenetur reſpondere de credulitate? Speculat. *in tit. de juramento calumniæ, §.* 4. *num.* 4. gloſ. *in c. cum cauſam, in verbo per procuratorem.* Socin. *in c. cæterum. nu.* 3. *& in cap. cùm in cauſa, nu.* 11. *& 23. de juram. calum. gloſ. in l. juſjurandum §.* 1. *in verbo, certioretur, ff. de jurejurand. & in l.* 2. *§. obſervari, in verbo, ſcientia, & in ead. l.* 2. *Cyn. num.* 8. *Alberic. num.* 2. 3. *& 4. in fin. Bald. ibidem num.* 3. *& in authent. principales perſonæ. numero primo.* Paulus de Caſtr. *in l.* 1. *C. de jurejurando propter calumniam.* Bart. *in dicto §. quod obſervari, num.* 3. Panormitan. *in capitul. literas, num.*

Digitized by Google

num. 10. *vers. secunda differentia. de juramento calumniæ*, licet Speculat. *in dicto §.* 4. *num.* 4. videatur innuere, quod teneatur jurare de veritate; sed præcedens sententia, quæ communi Doctorum calculo recepta est, facit in contrarium. † Præjudicat tamen confessio facta per dictam responsionem de credulitate, sicut si facta esset in hoc juramento calumniæ de veritate, glossella marginalis, Ioannes Andr. in *dicto capitulo cùm causam, ad gloss. in dicto verbo, per procuratorem. per gloss. expresiè id asserentem in capitul. ex literis, in verbo, occulta veritate, de juramento calumniæ*, Socin. *in dicto capitulo, cùm causam, numer.* 8. *in princip.* Alberic. *in dicta l. secunda, numero secundo*, Panormitan. *in dicto capitulo, cùm causam, numero sexto, paulò post princip. de juramento calumniæ.* † Sicut dicitur de positionibus, quibus respondendum est similiter per verbum [credo, vel non credo] & sic de credulitate. gloss. *in dicto capitulo, cùm causam in dicto verbo, per procuratorem. vers. & videtur quod non. & in dicta l. secunda, §. quod observari oportet, in verbo, existimat, vers. item nota, circa princip.* Vestr. *in practic. libro quinto. capitul.* 14. *de positionibus, numero septimo*, Maranta *in sexta parte principali, num.* 14. Speculat. *de positionibus, §. sexto tractandum, numero decimo*, Aymo. *consil.* 217. *num.* 9. † Idque de consuetudine generali est admissum, teste Cyn. *in d.l. secunda, §. quod observari, num.* 10. † Et talis confessio facta de credulitate in positionibus, ita præjudicat confitenti, ac si facta fuisset de veritate. glossella Marginalis *in dicto cap. cùm causam, ad glossam in verbo, per procuratorem. l.* 1. Cyn. *in d. §. quod observari*, Rimin. Junior. 236. *numer.* 9. *lib.* 3. ubi dicit ita præjudicare, sicut esset facta de certa scientia. † Licet glossella Marginalis, *in fi. in §. fin. cap.* 1. *de juram. calumn. in* 6. videatur tenere, quod isto modo respondens positionibus non dicatur confiteri. † Illud tamen, quod dictum est supra, quod præjudicet talis confessio; declarandum est, ut procedat in concernentibus factum proprium respondentis, & ita præmissam conclusionem limitat Thob. Nonius *consil.* 37. *num.* 6. & ut dicam infrà *nume.* 11. *ex Nicol. Pignon.* † Neque jurans de calumnia potest respondere [dubito] *d. gloss. in d. verbo, per procuratorem.* † quamvis in positionibus secus sit, in istis enim interrogatus potest respondere per verbum [dubito] quando interrogatus est incertus, quod non potest applicare animum magis ad unum, quàm ad aliud, gloss. est singular. *in d. §. quod observari. in verbo, existimat, circa medium, vers. quod si ita est incertus*, idem firmat Speculat. *in tit. de positionib. §. 6. tractandum num.* 13. † Et licet Roman. *in d. singul.* 695. *incip. si quis à judice.* dicat, quod judex potest cogere interrogatum ad respondendum præcisè, & si di-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

si dicat se nescire veritatem eorum, quæ continentur in articulis, per ver-
11 bum [credit, vel non credit] † dicta opinio Romani procedit, quando in-
terrogatur de facto proprio, ut supra dixi ex Thobia; ac insuper de facto
proprio, quod sit recens, ut voluit Nicol. Pignon. *in addit. ad singul.* 695. *Ro-*
12 *mani.* † *& in d. glos. in verbo, existimat.* nota, quod est cautela laudata a Cyn.
in d. §. quod observari, num. 11. reprehendente modernos, docentes in totum
negare positiones, teste etiam Speculat. *in d. §. 6. notandum; n.* 13. ut dum re-
spondetur positionibus, quæ ignorantur, respondeatur præponendo nega-
tivam [Non] non autem postponendo verbo, [Credo] Differunt enim di-
cere, [Non credo Franciscum vivere,] & dicere, [Credo non vivere Franci-
scum.] primus modus includit incertitudinem, & includit certam negati-
13 vam facti super quo interrogatur. † Jurare autem de credulitate est, dicere
veritatem, secundum quod potest scire jurari, juxta rei naturam, cujus ve-
ritas quandoque scitur per visum, quandoque per tactum, & sic per aliquē
14 sensum corporis, ad Cyn. *in d. l. 2. num. 5.* † Hinc est, quod cùm juramen-
tum testis sit de veritate, & ita jurans dicere veritatem, cùm ei defertur ju-
ram. debet deponere per aliquem ex sensibus corporis. Alexand. *consil.* 74.
n. 7. *lib.* 6. *consil.* 166. *n.* 6. *&* 16. *lib.* 6. Mari. Anguisolus *cons.* 88. *n.* 3. *& consil.* 74
15 *num.* 7. *vol.* 1. Paris. *consil.* 107. *nu.* 66. *lib.* 1. † & si non deponeret per aliquem
16 ex dictis sensibus corporis nequaquam probaret, Loffred. *cons.* 28. *lib.* 9. †
Quid autem & quotuplex sit credulitas, consulendus est Socin. *in d. cum in*
17 *causa, num.* 24. ubi id latè tradit ac discutit. † Hinc constat malefacere No-
tarios, qui in extractibus extendunt, quod jurat quis de calumnia & de ve-
ritate dicenda, & idem etiam scribunt in actis, cùm aliud sit jurare de calu-
mnia, & aliud jurare de veritate, ex præmissis. In civitate Tiburtina patria
mea, cujus laudes præterire nollem; illius scilicet nobilem & antiquam o-
riginem; aëris salubritatem; terræ fœcunditatem omnis generis frugum;
fluminis utilitatem, ac specimen; situs omnis amœnitatem; & villarum
magnam copiam à Priscis Romanis, & Tiburtibus extructarum, nisi pro-
lixius extra propositum viderer, & veritatis narratio fidem rebus ma-
gnis detraheret, adest statutum, *lib.* 2. *capit.* 4. ubi mandatur per liti-
gantes jurari de calum. ac etiam de veritate, & sic utrumque requiritur
juramentum.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT. IX.

Iuramentum calumniæ quoties sit præstandum.

SVMMARIA.

1. Iuramentum calumniæ bis præstari non potest, videlicet ab eadem persona, n. 2. & in eadem instantia, num. 4. 3. Persona si mutatur, juratur iterum de calumnia, & num. 12. 5. Instantia mutata, iterum juratur de calumnia, & num. 13. 6. Iuramentum calumniæ, quod semel tantùm præstetur, intelligitur in iis, quæ emergunt post litem contestatam. 7. Iuratur hodie de calumnia tantum, post litem contestatam. 8. Iuramentum calumniæ, quod semel tantùm præstetur, procedit de jure novissimo introducto à Iustiniano; 9. Iurabatur de calumnia pluries de jure antiquo, & num. 14. 10. Iuramentum calumniæ semel tantum præstatur, etiam si mutetur judex. Aut juratum esset de calumnia, non instante parte adversa, quæ postea peteret jurari, n. 11. 14. Iuramentum calumniæ præstandum est cuilibet personæ petenti, si ex adverso sunt plures litigantes. Et sic pluries præstatur. 15. Etiam quando quis movet contra aliquem plures quæstiones, pluries jurat de calumnia, nu. 16. Et iteratur in cumulatione actionum, vel earum mutatione n. 17. 18. Iuramentum calumniæ an iteratur; quando post litem contestatam emersisset aliqua nova causa suspicionis calumniæ. 19. Procurator, & hæredes, ac alii, repræsentantes alias personas, tenentur jurare de calumnia etiam si persona repræsentata juraſſet. 20. Iuramentum calumniæ an bis præstetur in comparationibus literarum. 21. Iuramentum calumniæ si est nulliter præstitum, præstatur iterum validè. Non tamen istud juramentum secundum sanat actus nullos interjectos, & quare. numer. 22. 23. Iuramentum calumniæ iterum præstatur per illum, qui postea melius noscere veritatem dicetur. 24. Iuramentum de veritate potest peti in quocunq; actu particulari.

IUramentum de quo agitur, bis præstandum non est, sed semel duntaxat præstari potest, *glos. in cap. in appellationis, §. finali, in verbo, post, & in verbo, malitiæ, de juramento calumniæ, in sexto, & in capitul. literas tuas, §. nos autem, in verbo, juramento recepto, de restitutione spoliatorum in cap. ultra tertiam, in verbo, juramento, in princip. de testibus, & in l. si quis ex argentariis, §. exigitur autem, in verbo, calumniæ. ff. de eden. in l. jusjurandum & ad pecunias. §. qui jusjurandum, in verbo, exigitur, vers. sed hoc corrigitur, & in l. si non fuerit, ff. de jurejur. in l. comparationes, §. omnes autem, in verbo, ab his, in fin. C. de fide instrum. Cyn. in l. 2. n. 4. in princ. & in fin. & Bart. num. 9. in fin. C. de jurejur. propt. calum. Speculat. in tit. de juram. calum. §. 1. num. 7. & 8. vers. & hoc præstatur, & num. 9. vers. item hoc semel, & n. 11. vers. item præstatur hoc juramentum, & §. 3. num. 8. in fin.* Bart. *in d. §. qui jusjurandum. um.* 10, Alberic. *in l. libellorum, §. 1. nu. 11. ff. de accusat.* Marian. Socin. *in rub. num. 10. & 14. & in cap. literas, num. 12. & 13. & in c. inhærentes, num. 17. & in c. cùm in causa, num. 25. extra, de juramento calumniæ.* † Quam principalem conclusionem multipliciter declarandam puto, & primò, quod procedat in eadem persona, Speculat. *d.* §. 3. *nu. 2. in fin.* ubi dicta per ipsum nota, Marian. Socin. *in d. c. cùm in caus. num. 27. in princip.* † quia si mutatur persona, de bet-

Digitized by Google

bet iterum jurari de calumnia, Socin. *d.n.27.* ubi dat pro regula, quod quoties mutatur persona, per quam judicium agitatur, iteratur juramentum calumniæ. Hinc fit, quod quamvis una persona jurasset, alia, quæ in judicio eodem comparet, debet etiam jurare, ut dicam de hærede, successore,
4 procuratore, & aliis *infrà cap.15.& 16.* † Secundò declara principalem conclusionem, ut procedat in eadem instantia. Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de juram. calumn. §.2. numer.14. in verbo, §. penultimo, vers. non obstat*, Socin.
5 *in d. cap. cùm in causa, numer.27. versic. 5. limitatur.* † quia mutata instantia iterum juratur, ut dicam infrà *cap.19. in 22. declarat.* † Tertiò declara principalem conclusionem, ut procedat in iis, quæ emergunt post litem contestatam. Bart. *in d.§. quis jusjurandum, n.10.* quæ declaratio videtur cessare de jure
7 à Justiniano introducto, quia juratur hodie tantùm post litem contestatam de calumnia, ut dixi suprà *cap.1.* & dicam latius infrà *in seq. cap.10.* Quartò
8 † declara principalem conclusionem, ut procedat de jure novissimo à Ju-
9 stiniano introducto, ut proximè dixi. † quia de jure antiquo pluries jurabatur de calumnia, *ad glos. in Authent. in isto juramento, in verbo, juretur. C. de jure jur. propt. calumn.* Socin. *in d. rubr. de juramento calumniæ. numer.17.* Bart. *in d.§. quis jusjurandum, num.10.* ubi dicit dictum jus antiquum non esse correctum ante litem contestatam, & dixi latius *supra cap.1.& 3.* & dicam alibi spar-
10 sim. † Ampliatur principalis conclusio etiam si mutatus sit judex, quia si mutatur judex, non mutatur instantia, sive mutetur judex per remotionem, sive per mortem, Bart. *in d.l. 2.n.16.* Marian. Socin. *in d. cap. cùm in*
11 *causa, num.29.* † Secundò ampliatur principalis conclusio, etiam si non petente parte adversa præstaretur, & deinde adversa pars peteret jurari de calumnia, quia isto casu non tenetur iterum jurare, & petitio dicti juramenti retrotrahitur ad diem præstationis factæ, ad quod vide, quæ latè dicam infrà *cap.10.* Stantibus prædictis declarationibus difficilimè posset prædicta principalis conclusio pati aliquas fallentias, sed dictis declarationibus sequestratis, & circumscriptis; dicta conclusio principalis patetetur plures
12 fallentias. † Prima fallentia est, quando mutatur persona, quia tunc, quan-
13 do persona mutatur, iterum juratur, ut dixi suprà *num.3.* † Secunda fallentia est in mutatione instantiæ, quia mutatâ instantiâ debet iterum jurari, ut dixi suprà *num.5.* † Tertia fallentia est de jure antiquo pluries jurabatur, ut dixi suprà *n.9.* † Quarta fallentia est, quando ex adverso litigantes pluri-
14 es sunt; quia tunc est præstandum juramentum calumniæ cuilibet perso-

næ

Digitized by Google

rit petenti. Speculat. *in d. tit. de juram. calumn. d. §. 2. num. 6. in princ.* Marian. Socin. *in d. cap. in pertractandis. num.* 49. De quo dicam infrà *c.* 15. *in declaratione* 32. † Quinta fallentia est, quando quis movet contra aliquem plures quæstiones, quia tunc super qualibet quæstione, illas movens præstet juramentum calumniæ, Ioannes Andr. *in additio. ad Speculat. in d. tit. de juramento calumniæ, §. 2. numer. 6. in litera P. in verbo. contra plures. in princ.* Socin. *in d. cap. cùm in causa, num.* 26. † Sexta fallentia est, quando actio cumulatur, Joan. And. *in addit. ad Speculat. dicto §. 2. numer.* 11. *litera T. in verbo, actionem,* Cyn. *in d. l. 2. numer.* 17. *C. de jurejur. and. propter calumniam,* ubi reprehendit glos. quæ judicio meo malè loquitur, ponendo quod iterum juratur, quando mutatur actio, quæ actio, secundum Cyn. ibi non mutatur, sed cumulatur, & cum dicta glos. videtur descendisse Speculat. *dicto numer.* 11. ubi dicit hoc in mutatione actionis: sed opinio Cyni verior est, quia si actio mutatur, non dicitur iterum jurari, quia in ea actione, quæ secundo loco movetur, nunquam fuit juratum de calumnia. Et quando volumus agere de actionis mutatione, videtur habere locum secunda præmissa fallentia. † Septima fallentia est, quando post juramentum de calumnia præstitum emersisset aliqua nova causa suspicionis calumniæ, quia tunc super quolibet articulo jurabitur iterum, ut voluit Socin. *in dicto cap. cùm in causa. numer.* 26. *vers. tertio limitatur.* sed postquam Socin. *ibi, hoc secundum juramentum,* juramentum calumniæ nominat, subdit quod est juramentum malitiæ quare non rectè poneretur pro fallentia; Ego autem teneo firmissimè non esse juramentum calumniæ, quia non est universale ad totam causam, sed super articulo particulari. ut dixi suprà *capitul. primo, & tertio,* & dicam infrà sparsim, & præsertim *cap.* 15. 18. *& sequen.* † Octava fallentia est in procuratore, qui & ipse tenetur jurare de calumnia, etiam si Dominus jurasset, quamvis repræsentativé sit eadem persona. Idem dici posset de hærede, de successore, & similibus, qui videntur repræsentare eandem personam, quæ prius juraverat, & nihilominus ipsi quoque de calumnia jurare tenentur, etiam si persona repræsentata jurasset; de quibus dicam infrà *cap.* 15. & 16. † Nona fallentia est in comparationibus literarum, in quibus bis juratur, ut per *d. glos. in d. l. comparationes, in dicto §. omnes autem in dicto verbo, ab his.* Sed dicta hallucinata est, gl. nam dictum juramentū in similibus comparationibus dicitur potius juramentum malitiæ, seu veritatis: quia est super articulo particulari, & non generale ad totam causam, ut dixi suprà *cap.* 1. & 3. † Decima

16 17 18 19 20 12

Digitized by Google

ma fallentia est, quando esset nulliter de calumnia juratum, ut quia non in actis, vel non tactis scripturis, quia juramentum nulliter præstitum, iterum est præstandum, ad cumulata per Alphan. *in collectan. numer. 720. super*
22 *l. qui per salutem, ff. de jurejur.* † sed si inter juramentum nulliter præstitum, & aliud de novo validè præstitum, adessent aliqui actus nulli, non convalidantur per dictum juram. de novo validè præstitum, quia juram. calum. præstitum præservat à nullitate incurrenda, & non sanat nullitates jam in-
23 curías, ut dicam infrà *cap. 10. proximè seq. circa fin.* † Undecima fallentia est, quando ille, qui juravit de calumn. post jur. præstitum diceretur melius noscere veritatem; quia tunc cogetur iterum jurare, Panormit. *in c. literas*
24 *num. 11. de juram. calumn.* † In qua materia dicendum est, quod licet post præstitum juramentum calumniæ iterum de calumnia jurandum non sit post litem contestatam, poterit tamen post dictum jurament. calumniæ peti in quocunque actu particulari juramentum de veritate, ut voluit Paul. de Cast. *in l. 1. in fi. C. de jurejur. propt. calumn.*

CAPUT. X.

Juramentum calumniæ in qua parte judicii peti possit, & in qua præstari debeat per debentem jurare.

SUMMARIA.

2. Juramentum calumniæ peti potest in quacunque judicii parte, Rejecta opinione Cyni, nu. 1. & 3. dummodo petatur ante sententiam. numer. 4. & ante conclusionem in causa factam numer. 7. 5. Iuramentum calumniæ dicitur petitum ante sententiam, etiam si petatur in termino citationis ad sententiam. 6. Sententia debet ferri in ultima parte dici. 8. Paria sunt conclusum esse in causa, & sententiam esse latam. 9. Iudex ipse potest exigere juramentum calumniæ in quacunq; judicii parte. Etiam instante parte, num. 10. Aut invitis partibus litigantibus. num. 11. 12. Iuramentum calumniæ exactum à judice invitis litigantibus, an sit pars substantialis judicii? & n. 13. & 15. 14. Renuentes jurare de calumnia, præsumuntur calumniari. 16. Iudex potest exigere juramentum calumniæ, etiam post conclusionem, idque in summariis ex officio num. 17. Etiam ad partis instantiam numer. 18. 19. Iuramentum calumniæ peti debet à judice ante conclusionem secundum Gravatium. 20. Iudex quod possit post conclusum in causa exigere juramentum calumniæ, quomodo intelligatur. 21. Iuramentum calumniæ exigi potest tam à parte, quam à judice, si parti, & judici videbitur. 22. Iuramentum calumniæ, si petatur à parte, est pars substantialis judicii, & si omittatur vitiat processum & sententiam, Secus si petatur à solo judice. 23. Iuramentum calumniæ exigi non poterit ab eo, de cujus perjurio dubitatur. 24. Iuramentum calumniæ præstari debet ante litem contestatam, secundum aliquos. Etiam in instantia appellationis, secundum Speculat. num. 25. Et quidem præstatur super tota causa, secundum Cyn. num. 26 Quæ opinio in quo casu procedere posset, num. 27. Reprobatur infrà nume. 30. 28. Iuramentum ante litem contestatam dicitur juramentum malitiæ. 29. c. fin. in fin. de juram. calumn. in 6. declaratur remissivè. 31. Specular. in titul. de juram. calumn. §. 4. num. 4. in fin. reprobatur, & declaratur quo-

modo

modo posset habere locum dictionis (*Ante*) significatio remissivè 32. Iuramentum calumniæ in quo casu præstetur ante contestationem litis, ex mente aliquorum. 33. Iuramentum calumniæ præstandum est, facta litis contestatione, & num. 34. sive lis sit contestata verè, vel fictè. num. 35. Et præstari potest in quacunque judicii parte, num 36. 37. Non est de substantia judicii, ut statim post litem contestatam præstetur juramentum calumniæ, & num. 38. & 39. 40. Lis dicitur incipere à litis contestatione. 41. Iura dicentia jurandum esse de calumnia in principio litis, & in principio, in continenti intelliguntur, si petatur. 42. Non vitiatur processus, si diu post litem contestatam præstetur juramentum calumniæ. 43. Iuramentum calumniæ præstari poterit etiam nemine petente, neque parte, neque judice. Et si præstetur nemine petente, non erit pars substantialis judicii. num. 44. quod declaratur numer. 45. & 46. 46. Juramentum calumniæ habet annexam conditionem quatenus petatur. 47. Juramentum calumniæ præstandum est ante sententiam, & ante conclusionem in causa, & non post. Idque intelligitur procedere in ordinariis judiciis, non verò summariis. num. 48. Nisi quando judex illud ex officio exigit num. 49. 50. Conclusio causæ ligat manus parti, & non judici, & n. 63. Ideoque terminus datus parti non concludit judici in eo, quod potest etiam contradicentibus partibus facere. num. 51. 52. Juramentum calumniæ si ante petitum fuerit, & non præstitum, sed præstetur post conclusum in causa, an ob id annulletur processus? & num. 53. 54. & seq. 55. Juramentum calumniæ respicit præterita, & futura, secundum Speculat. & Iohannem Andr. Respicit tantum præsentia, & futura, secundum Cyn. & glos. numer. 56. 57. Juramento calumniæ petito, & non præstito, processus, & sententia, sunt nulla ipso jure. 58. Juramentum calumniæ petitum & præstitum præservat à nullitate incurrenda. 59. Opinio Speculat. & Ioan. Andr. declaratur multipliciter. 60. Decisio 108. Capell. Tholos. declaratur, & discutitur, & num. 62. & seq. & suprà num. 20. 61. Mora videtur remissa per interpellationem subsequentem. 62 Iuramentum calumniæ si petatur, est pars substantialis judicii. 65. Curt. in l. 2. §. quod si actor, num. 5. C. de jurejur. propt. calum. declaratur. 66. Quæstio an juramentum calumniæ respiciat præterita, & ad ea extendatur, non est ut Soto, placuit, modici præjudicii, sed magni.

Ista rubrica habet duas partes, alteram tangentem illum qui petit jurari; alteram tangentem illum, qui jurare tenetur, & in qua judicii parte uterque ipsorum id explicare debeat? Et quantùm attinet ad primam rubricæ partem, dicitur, quod etsi Cyn. *in l. 2. numer. 10. C. de jurejur. propt. calumn.* dixerit, quod juramentum calumniæ, si non fuit a principio litis petitum, non potest in alia parte peti; sed quod benè potest judex ex officio illud præstari facere. † Alii, & certè melius voluerunt exigi posse hoc juramentum calumniæ in quacunque judicii parte, & hujus sententiæ fuerunt glos. *in dicta l. 2. §. sed quia veremur, in verbo, sancimus. vers. sed nunquid.* Alberic. *in dicta l. 2. num. 4.* ubi disputat varias in hoc articulo opiniones, Gravat. ad Vestr. *lib. 5. c. 2. num. 14.* quæ glos. opinio est communiter approbata, teste Gravat. *ubi suprà.* † Rejecta igitur opinione Cyn. constituenda est, secundum prædictam approbatam glos. opinionem, firma conclusio, quod istud juramentum peti & exigi possit in quacunque judicii parte. † quæ conclusio ita firmata recipit aliquas declarationes; quarum prima est, ut procedat dummodo tale juramentum petatur ante sententiam. Speculat. *in titul. de juramento calumniæ, §. 2. numer. 4. vers. hoc tamen puto.* Alexand. *in l.*

Digitized by Google

qui bona. §. si alieno nomine, num. 14. *ff. de dam. infect.* † Dicetur autem petitum
5 ante ſententiam, etiam ſi ſit petitum in termino citationis ad ſententiam. Rota *in una Bononien. Attentatorum die Lunæ,* 24. *Octobris* 1588. *verſ. neque obſtat. coram Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domino Cardinale Mantica, tunc dictæ Rotæ Audi-*
6 *tore, in manuſcriptis.* † Ubi redditur hujus dicti ratio, & eſt, quod in ultima
7 parte diei debet ſententia ferri. † Secunda declaratio eſt, ut procedat principalis regula, dummodo tale juramentum petatur ante concluſionem in cauſa. Addent. ad Mattheſil. *ſingul.* 65. *verſi. & adde quod*; & colligitur ex
8 Gravat. *d. num.* 14. † Cùm paria ſint concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam
9 eſſe latam, Andr. Gaill. *in tract. de pace publ. c.* 20. *num.* 26. † Dicta concluſio ampliatur, ut procedat nedum, quando pars tale juramentum petit, ſed etiam quando à judice petitur, qui ſimiliter illud petere poteſt in quacunque judicii parte, Maranta in Speculo, *parte* 6. *in* 2. *judicii part. actu* 1. *tit. de juram. calumn. num.* 3. Cotta in Memoral. *in verbo, juramentum calumniæ, in princip.*
10 † Idque intelligi debet, quando judex facit inſtante parte, quia tunc reputatur factum partis illud judicis factum, *l. ſi ob cauſam, C. de evict.* & ſic erit pars
11 ſubſtantialis judicii tale juramentum. † Et non ſolùm judex poteſt exigere juramentum calumniæ inſtante parte, verum etiam invitis litigantibus, Roland. *conſil.* 71. *n.* 33. *volu.* 1. Bald. *in d. l.* 2. §. *ſed quia veremur num.* 1. *C. de jurejur. propt. calumn.* †
12 In quo articulo dubitari contingit, an hujuſmodi juramentum calumniæ exactum à judice, invitis litigantibus ſit pars ſubſtantialis judicii, & ſi non præſtetur reddat proceſſum & ſententiam nullam? & per ea, quæ dixi ſuprà *c.* 7. *& infrà hoc eodem, & c.* 12. videtur dicendum non eſſe partem ſubſtantialem judicii, & ſic omitti poſſe, & non præſtari per partes non obſtante juſſu judicis. Unde ſequeretur maximum abſurdũ, quod poſſent partes inire occultè pactum de non jurando, & ſic effugere juramentum calu. ſub prætextu, quod ſic petitum per judicem à partib. invitis, non ſit pars ſub-
13 ſtantialis judicii. † Pro reſolutione breviter dici poſſet, quod dum dico ex allegatis ibi jurib. in iſto *c. & c.* 7. 12. quod dum juramentum calumniæ petitur per judicem à partibus, non ſit pars ſubſtantialis judicii; poteſt intelligi, ut procedat dum petitur à partibus non invitis; dum autem Roland. & Bald. locis præcitatis volunt judicem poſſe petere hoc juramentum etiam invitis litigantibus, procedat, quando utraq; pars eſt renuens jurare, & tunc ſit pars
14 ſubſtantialis. † quia renuentes jurare de calumnia, præſumuntur calumniari, ſecundum Barbatiam *conſil.* 49. *n.* 7. & dicam infrà *c.* 21. *n.* 2. *in* 2. *effectu.* † Vel dic ſecundò, & melius, quod dum Bald. & Rolanu. ubi ſuprà, dicunt, poſ-

ſe

Digitized by Google

se per judicem exigi hoc juramentum calumniæ, etiam invitis litigantibus, non concludunt ex hoc, quod tale iuramentum calumnię sit propriè juramentum calumniæ, & pars substantialis judicii; sed dicetur impropriè juramentum calumniæ, & non erit pars substantialis; & illa potentia iudicis in exigendo hujusmodi juramento etiam invitis partibus litigantibus nō respicit effectum, ut eo modo fiat pars substantialis judicii, sed modo respicit tantùm effectum, ut ad id invitos cogere possit, etiam remota appellatione, & quod alias ipsos litigantes non audiat, & à limine judicii repellat, ut dicam infrà *c.* 12. *paulo ante fin.* & *c.* 14. *prope princip.* † Et non solùm judex 16
petere poterit hoc juramentum in quacunque parte judicii, & ante conclusionem in causa, sed etiam post conclusum in causa, Ias. *in l. jusjurand. & ad pecunias. §. qui jusjurandum, num.* 3. *ff. de jurejur* Addent. ad Matthæsil. *singul.* 64. *in verſic. & hoc juramentum & in singular.* 65. *verſic. & ad quod*, Roland. *d. consil.* 71. *numer.* 33. Maranta. *d. actu* 1. *numer.* 3. Capella Tholos. *decisio.* 108. † 17
Et post conclusum in causa, judex petere & exigere ex officio potest in causis summariis Roland. *d. consil.* 71. *num.* 34. † Et petere non solum poterit tale 18
juramentum post conclusum in causa in summariis ex officio, sed etiam ad partis instantiam, Roland. *d. num.* 33. *Addit. ad decis.* 108. *Capella Tholos.* † 19
Gravatius verò tenet contra, in *d. num.* 14. dum vult, quod in quacunq; judicii parte, judex potest tale juramētum petere & exigere, dummodo præstetur ante conclusionem in causa factam, & sic videtur tenere, quod neque judex possit post conclusionem in causa tale juramentum exigere, quia si debet quandocunque judici videbitur præstari sub hac conditione, dummodo præstetur ante conclusionem in causa, necessariò sequitur, quod ante dictam conclusionem petatur, & præsertim cùm ipsemet Gravat. ibi dicat in quacunque parte judicii exigi posse; unde clarè colligitur ipsum tenere, non posse peti tale juramentum post conclusum in causa, quia post conclusionem nulla ulterius remanet judici pars, ut dicā infrà. † In qua quę- 20
stione sic distinguendum puto pro nunc breviter, quia ad Roland. & Capell. Tholosanam respondebo infra latiùs, quod d. Capella, & Roland. loquuntur in casu, quo juramentum calumniæ petitur ex officio, & non instante parte, quo casu non est pars substantialis iudicii; & si aliter loquerentur, non credo posse salvari eorum opinionem, Gravatii verò opinio, & aliorum tenentium non posse iudicem posit conclusum in causa petere & exigere iuramentum calumniæ intelligitur, quando agitur de iuramento calu-

Digitized by Google

calumniæ proprio, quod est pars substantialis judicii, dum scilicet per judicem petitur præstari ad partis instantiam, ut dixi suprà hoc eodem *cap. & c.* 21 7. & pro nunc sufficiant hæc. † Ex quibus clarè constat dictum juramentū exigi posse tam à parte, quàm à judice, si parti, & judici videbitur expedi- 22 re, Socin. *in cap. in pertractandis, numer. 52. de juramento calumniæ.* † Si petatur à parte, est de substantia judicii, & isto casu si omittatur vitiat processum, & sententiam: secus autem si petatur, & exigatur à judice nulla partium instante, quia tunc non vitiaretur processus & sententia, quoniam isto casu non est pars substantialis judicii, ut posui suprà *c. 7. & hoc eodem cap. & dicam* 23 *infrà.* † Sed nunquid istud juramentum peti, & exigi poterit ab eo, de cujus perjurio dubitatur? Et Soc. non debere exigi, tradit in *c. cùm in causa, n.* 6. *in fi.* Panorm. *in c. inhærentes, num.* 10. *& in c. cæterum, num.* 4. *in fi. de jur. cal.* 24 & de hoc vide latius infrà *c.* 15. *in* 16. *declar.* † Deveniendo nunc ad secundam rubricæ partem, ubi quæritur, in qua judicii parte præstari debeat hoc jur. per debentem jurare? & quidem circa hoc sciendum est duas fuisse principaliores opiniones: Prima fuit opinio tenentium istud jur. præstandum esse ante litem contest. & præsertim super aliqua exceptione in iis, quæ ante litem contestatam emergunt, cujus opinionis fuerunt Cyn. *in d. l. 2. n.* 3. *vers. unde ante*, quem etiam refert Panormit. *in c. inhærentes num. 4. de juram. calumn.* ubi circa istud eum vide. Speculat. *in tit. de juram. calumn. §. 1. num. 4. vers. item in exceptionibus, glos. in l. 1. in verbo, quicquam, & in authent. hoc sacramentum. C. de jurejur. propt. calumn.* Bart. *in l. iusiurandum, & ad pecunias, §. qui iusiurandum, num.* 10. *ff. de iureiur.* Marant. *in speculo, parte 6. in 2. parte iudicii, in* 25 *tit. de iuramento, actu 1. nu. 5.* † quam opinionem dicit procedere etiam in in- 26 stantia appellationis Specul. *d. §. 1. num. 4.* † Imò plus addit Cyn. *in d. l. 2. nu. 9.* quod scilicet ante litem contestatam præstetur hoc juramentum calum. super tota causa, & quod si objiceretur ab aliquo non esse præstandum tale juramentum, intelligi debet non esse præstandum à parte invita: subdit tamen, quod tenetur jurare etiam post litem contestatam ille, qui ante litem 27 contestatam juraverat, ut præmittitur. quam Cyni opinionem non credo veram, & poterat fortasse procedere de jure antiquo, ad tradita per Socin. 28 *in d. cap. inhærentes num.* 15. *&* 16. sed non de jure novissimo & Authent. † & tale juramentum ante litem contestatam dicitur juramentum malitiæ, non autem calumniæ, ut dixi suprà *cap.* 1. & voluit Speculat. *in d. §. 4. nu.* 5. *& 7. ac seq.* Cyn. *in auth. hoc ius nostrum, post medium*, ubi dicit ita tenere Canoni-

Digitized by Google

stras, & Petr. nescire differentiam inter hæc duo iuramenta, Socin. *in rubr. num. 14. & in d. ca. inhærentes, num. 15. & 16. de juram. calum.* † Nec obstat, *c. final. in fin. de juram. calumn. in 6.* in quo habetur, quod in quacunque parte iudicii iuramentum calumniæ exigi potest, & ante & post litem contestatam, quia respondetur, ut posui suprà *c. 1.* † Et si admitteretur opinio Cyn. *in d. l. 2. vs. 9.* quod exigi possit hoc iuramentum ante litem contestatam, & eo sic præstito, quod possit exigi etiam post litem contestatam, iuratur bis in eadem causa, & instantia, quod utique concedendum non est per ea, quę posui suprà *c. 9. n. 1.* † Dictus insuper Speculat. *d. s. 4. n. 4 in fin.* tradit, quod in specie iuratur de calumnia ante litem contestatam, quando contestatio litis necessaria non est; quæ opinio Speculat. in dicto casu particulari (eius pace dictum sit) insulsa videtur, ex quo, si contestatio litis non est necessaria, non potest dici hoc juramentum præstari ante contestationem litis, quia illa dictio, [Ante] denotat contestationem subsequuturam, de cuius dictionis significatione vide, quæ subtiliter tradit Fænut, *de momento tempor. c. 10. num. 11. & seq.* Nisi salvari eius opinionem dicamus, & quod procedat dum litis contestatio de iure necessaria non erat, de facto autem fuit contestata lis. † Alium quoque casum ex aliorum sententia pro notabili tradit Socin. *in d. cap. inhærentes, num. 18.* in quo de calumnia iuratur ante litis contestationem quando scilicet ante litem contestatam constituitur procurator, & in constitutione talis procuratoris Dominus iurat de calumnia; & declarat Socin. id procedere, quando post litem contestatam petitum non esset iuramentum de calumnia. Ex qua declaratione liquet vanam esse declarationem prædictam, cùm si non petatur, non sit necessarium iuramentum calumniæ. † Secunda opinio fuit aliorum tenentium tale iuramentum præstandum esse facta contestatione litis, & eam tradit glos. *in d. l. 2. §. fin. autem abfuerint, in verbo, licentiam. in princip. C. de jurejur. propter calumniam*, & ibid Cyn. *num. 3. vers. dico quod demus*, Maranta *in speculo. part. 6. in 2. judicii parte in titul. de juramento, actu 1. num. 1.* Speculat. *in tit. de juram calum. num. 2.* text. *in d. l. 2. circa medium, & ibi glos. in verbo, narrationem* Bald. *ibid. num. 2.* Paul. de Castro, *nu. 3.* Andr. Gaill. *practic. observat. lib. 1. observat. 85. num. 1.* Marian. Socin. *in d. rubr. de juramento calumniæ num. 14. & in dicto cap. inhærentes, num. 15.* ubi dicit hanc esse regulam *& in cap. cùm in causa num. 49. vers. secunda causa, & in cap. cùm causam, num. 4. vers. 8. noto. eod. tit.* Bart. *in d. l. 2. num. 3. & 17. C. de jurejur. propter calumniam.* Panormitan. *in dicto capitul. inhærentes, num. 4. & in cap.*

29 30 31 32 33

Digitized by Google

cùm in causa. n.13.& 14. de juramento calumniæ. Quomodo autem fiat litis contestatio, ponam infrà *cap.15.* ubi de tertio veniente, vel vocato ad causam loquar, *in declarat.14.* † Quæ secunda opinio est amplectenda pro firma no-
34 stra conclusione, & regula. † quam tamen declarandam puto, ut procedat,
35 sive lis sit contestata verè, vel fictè per contumaciam tum nominantis Dominum in judicio, tum etiam nominati, dum ageretur secundum formam capit. quoniam, §. quod si, ut lite non contestata, ex Socin. *in dicto cap. in hærentes, n.17.* ubi dat rationem, quia tunc habetur pro confesso, facit Specu-
36 lat. *in rubr. de juramento calumniæ, num.4. in princip.* † Et post litem contestatam præstari potest in quacunque judicii parte, Paul. de Castr. *in dicta l.2.n.3.* Lallus *super constitut. Regni, in rubr. de processu judicis, numer.2.* Ioannes de Arno-
37 no *in sua practic. judiciar. capitul.40.* † quia non est de substantia judicii, ut statim lite contestata & in princ. ipso litis in continenti præstetur. Paul. de Castr. *in dicta l.2.nu.3.* Socin. *dicto n.17.* maximè de jure canonico, per *c.1. de*
38 *juramento calumniæ.* † Nec obstat text. *in dicta l.2.§.& §.1. sed prædictum sacramentum, C. de jurejur. propt. calumniam:* Ioan. de Arnono *dicto cap.40.* Marian. Socin. *dicta rubr. de juramento calumniæ, numer.12. & 14.* ubi videtur in principio litis
39 jurandum. † Imò quod videatur jurandum in principio in continenti, juxta glos. *in d. §. sed prædictum sacramentum, in verbo, in primordio, & in capitulo in aplationis causa, §.1. de juramento calumniæ in sexto,* & glos. final. *in capitulo ex literis, in verbo, dubitatio hujus, de jurejurando,* & Socin. *in dicto capitulo inhærentes, ex-*
40 *tra eodem titulo,* Speculat. *in titul. de juramento calumniæ, in princip.* † Et lis dicatur incipere à contestatione litis. Socin. sen. *consil.244. num.12. in principio volum.* Ruin. *consil.150. num.20. lib.5.* Barbat. *consil.12. num.2. lib.3.* Maranta
41 *in speculo in 5. part. princip. num.64.* † quia intelliguntur dicta jura; si tale juramentum petatur; ut dixi suprà *capitul.7.* & sic istud juramentum præstandum erit in principio litis, & in principio in continenti, si in principio, & in
42 principio in continenti petatur. † Nec vitiatur processus, si diu post litem contestatam juretur. Specul. *in dicto tit. §.1. num.10. in fi.* Quod declarandum duoo, ut procedat, dummodo inter petitionem & præstationem alii a-
43 ctus non intercesserint. † Non tamen semper est necesse exspectare, quod tale juramentum petatur à parte adversa, quia præstari poterit nemine petente, neque petente judice, neq; petente parte adversa. ut voluit Socin. *in d. c. inhærentes, 1. n.8. & in c. in pertractandis, nu.53. de juram. calum.* Ubi quamvis dicat, se de hoc valdè dubitare, tamen asserit esse cautelam, ut præstetur hoc

jura-

Digitized by Google

juramentum etiam nemine petente; ne occultè pars adversa petiisset tale juramentum, & ipse jurans nesciret, & hanc cautelam dicit se elicuisse ex Matthesil. † Sed notandum est, quod dum tale juramentum præstatur ne- 44
mine petente, non erit pars substantialis judicii; Quandocunque autem petitio partis adversæ subsequeretur, retrotrahitur dicta petitio ad tempus juramenti prestiti, vel juramentum trahitur ad tempus factæ petitionis, & sic dicta petitio facit dictum juramentum esse partem substantialem judicii; Et quod juramentum trahatur ad tempus petitionis, non autem quod petitio retrotrahatur, puto veriorem opinionem. Nec tenebitur sic jurans iterū post petitionem jurare; nam sufficit illa prima juramenti præstatio de calumnia, ex post facto per supervenientem petitionem, facta pars substantialis judicii; & cum † ante petitionem talis juramenti calumniæ præstatio non 45
fit pars substantialis, ex jam dictis, remanet simplex juramentum super tota causa, & omnibus emergentibus, & observandum est, ac si esset juramentum *calumniæ*; juramentum enim, quod sine salutis æternæ interitu servari potest, est servandum. Gerhardus *singular.* 98. *num.* 3. Laudens. *consil.* 26. *n.* 5. & *consil.* 51. *num.* 7. Deci. *consil.* 655. *n.* 13. Socin. *reg.* 206. Rotu Genuen. *de mercatura decis.* 108. *num.* 5. Neque mirum est quod ante petitionem non sit pars 46
substantialis, & post petitionem fiat pars substantialis; nam ejus juramētum habet annexam conditionem, quatenus à parte petatur; quoniam faciens actum obligat se legibus, de illo actu loquentibus, Cephalus 393. *num.* 170. *lib.* 3. unde jurando de calumnia submisit se juribus de dicto juramento loquentibus, quæ jura cum intelligantur sub conditione, quatenus a parte petatur, ut dixi suprà *c.* 7. ex consuetudine interpretativa legis & illorum juriū, ita etiam debet ejus juramentum intelligi, & similiter si nulla pars petat jurari & utraque pars de calumnia juret, non dicetur tale juramentū pars substantialis, quia petitum non fuit, ut dixi. † Et sicut superius in principio *hujus c.* dixi, petendum esse hoc juramentum ante sententiam, & ante conclusi- 47
nem in causa, & non post; sic etiam dico circa præstationem, quod scilicet sit præstandum ante sententiam, & conclusionem in causa, glos. final. *in fin. in d. c. ex literis*, quæ glos. est communiter approbata, teste Curt. *in l. admonendi, num.* 75. *ff. de jurejur.* sequitur Gravat. ad Vestr. *d. cap.* 2. *numer.* 14. *circa medium*, Roland. *d. consil.* 71. *num.* 32. Paris. *in additio. ad Bart. in l.* 1. *in verbo, in omnibus, litera A, ubi refert id ex Alex. C. de jurejur. propt. calum.* Anton. Franc. *in annotationibus, ad Panormit. in c. inhærentes, numer* 4. *in verbo, vitiatur, de juram. calum.* † Istud autem, quod post conclusum in causa non possit

Digitized by Google

præstari hoc juramentum, procedit in judiciis plenariis, & non in summariis, quia in similibus summariis etiam ad instantiam partis post conclusum in causa præstari poterit hoc juramentum. Roland. *d. consil.* 71. *num.* 33. Cappell. Tholos. *decis.* 108. & ibi Additio. vide quæ dicam super hoc infrà c. 19.
49 *num.* 6. *& seq.* † Præterea post conclusum etiam in causa præstari hoc juramentum poterit, dum illud judex ex officio petit exigitque ad Bald. *in l.* 1.
50 *num.* 8. *in fin. C. de jurejur. propter calumn.* † Conclusio enim in causa ligat manus parti, & non judici, cujus officium non conquiescit post conclusionem in causa factam, Gaill. *practica. observat. lib.* 1. *observat.* 107. *num.* 7. ubi dicit ita intelligi debere illam reg. quod paria sint conclusum esse in causa, &
51 sententiam esse latam, de qua suprà *num.* 9. † Et terminus datus parti non concludit judici in eo, quod potest etiam contradicentibus partibus face-
52 re, ut est exigere hoc juramentum, Bald. *in d. l. sed quia vere nur, num.* 1. † Et licet prius esset petitum, & non præstitum hoc juramentum, si præstetur post conclusum in causa, non ob id processus retrofactus erit nullus se-
53 cundum Roland. *dicto consil.* 71. *num.* 34. Capella Tholos. *dicta decis.* 108. † Subdere hic libet quæstionem, quam de facto oriri vidi sæpe in tribunali Illustriss. Domini Auditoris Cameræ, quæ talis est; Titius agit contra Sejum vigore instrumenti vallati obligatione Camerali pro contentis in dicto instrumento, vel via ordinaria pro aliis rebus contentis in monitorio, si excedit lis summam scutorum viginti, si verò non excedit dictam summam, pro rebus contentis in summaria petitione, juxta facultates dicti Illustriss. Domini Auditoris; Sejus comparet, & petit de calumnia jurari, quam petitionem non attendens Titius, procedit ad ulteriora, producit jura, testes examinat, aliaque facit, quæ præsupponit necessaria ad obtinendum in causa, non præstito juramento calumniæ petito, & post omnia completa vult jurare de calumnia; ponamus, si agitur ordinariè post conclusum in causa, vel sententiam latam, paria enim sunt, ut dixi; Et si agitur exequutivè post mandatum relaxatum, & post juramentum sic per eum præstitum, instat pro executione sententiæ, seu mandati obtenti. Sejus excipit de nullitate sententiæ & mandati, & ideò non esse exequenda. Titius replicat non esse
54 nulla, quia juravit de calumnia. † pro Titio facit *d. decis.* 108. *Capell. Tholos. & consil.* 71. *num.* 34. *Rolandi*, in quibus habetur quod etiam post conclusum in causa, potest de calum. juram. præstari, petente judice ex officio, & quamvis per prius esset à Sejo petitum, & per Titium non præstitum, non ex hoc dice-

Digitized by Google

dicetur processus retrofactus nullus. † facit etiam pro eodem Titio, quod 55
Juram. calum. respicit præterita & futura, ex Speculat. *in tit. de juram. calum. §. 1. num. 11. in prine.* Ioan. Andr. *in d. tit. in additi. in §. juram. calum. num. 1. in verbo, in isto* & secundum alios, quos pro secunda opinione ab eo ibi relata, tradit Panormit. *in cap. inhærentes, num. 10. de juram. calum.* & per ea quæ dixi suprà *cap. 5.* præsertim in fin. & dicam infrà *cap. 14. num. 166.* & sententiam D. Anton. relatam per Panormit *in ca. cùm in causa num. 19. de juramento calumniæ,* & sic retrotrahitur ad processum retrofactum. † Pro Sejo facit, quia jura- 56
mentum calumniæ non respicit præterita, sed præsentia tantùm & futura, Cyn. *in dicta l. secunda. num. 11. vers. dico, quod debet,* facit glos. *in cap. ultra tertiam in verbo, juramento, in princip. extra de testibus.* †. facit etiam pro eodem Se- 57
jo, quod ex quo petiit jurari de calumnia, & Titius non juravit, processus, & sententia, seu decretum sunt nulla, & nulla ipso jure, per ea quæ tradidi suprà *cap. 7.* Et pro utraque parte faciunt plura, quæ brevitatis gratia omitto, & præsertim etiam, quia solvuntur ex iis, quæ dicam in resolutione dubii *hujus,* quæ est, quod sententia & decretum sunt nulla, & sunt nulla ipso jure, & ideò non exequenda. † quia juramentum calumniæ si petatur a par- 58
te & præstetur, præservat à nullitate incurrenda, & prout nullitas est in fieri, & non sanat nullitatem jam incursam ipso jure, & prout nullitas est in facto esse. † Ad dictum Speculat. *in d. num. 11.* & cum Ioan. Andr. *in loco suprà ultimo citato* dico quod procedere possent, quando tale juramentum præstare- 59
tur, & non esset petitum, quo casu non est de substantia judicii, ut suprà dixi; & si dicere velimus, quod procedat in juramento petito, dico quod nõ procedit in juramento petito à parte, sed quando juramentum est petitum ex officio à judice, quia tunc non est de substantia judicii, ut dixi suprà *num.* 20. Et quando etiam intelligere velimus, quod procedat in juramento petito ab ipsamet parte, dico, quod non procedet, quando inter petitionem dicti juramenti factam à Sejo, & præstationem ejusdem juramenti à Titio factam interessissent aliqui actus ipso jure nulli; qui actus ipso jure nulli non sanantur per subsequens juramentum, sed procedet, quando inter petitionem, & præstationem juramenti non essent aliqui actus nulli ipso jure; Vel postremò dicere possumus, & quidem melius, quod juramentum calumniæ respicit præterita etiam, quoad effectum duntaxat comprehendendi in se omnia capitula expressa suprà *c. 2.* & quoad extensionem illorũ etiam ad præterita, & quod ea in præteritis etiam observaverit, non autem

Digitized by Google

quoad effectum sanandi nullitates, ut dixi. Alias sequeretur maximum absurdum, inter alia, quod scilicet quilibet posset defatigare adversarios litigantes impensis, & differre juramentum ad extremam judicii partem, & sic protrahere in longum juramentum calumnię, quod neque per statutum fi-
60 eri potest, ut dicam infrà c. 13. † Ad decisio. 108. Cappell. Tholos. dicitur, quod videtur sibi ipsi non constare, in principio enim videtur tractare de juramento à parte petito, & sic de juramento, quod est pars substantialis, in fine autem de juramento petito à judice, quod non est pars substantialis, ut dixi suprà in præsenti c. & c. 7 & sic mutat terminos. Præterea quando etiam loqueretur in juramento à parte petito, cùm innuere videatur, quod post conclusum in causa fuerit iterum petitum, si talis petitio post conclusum fuit à parte facta, prout fieri non posse credo, ex jam dictis, per talem novam petitionem videtur remissa mora incursa per præcedentem petitio-
61 nem, † per interpellationem siquidem subsequentem videtur remissa mora præcedens. Alexand. *consil. 75. num. 7. libr. 7.* Ruin. *consil. 110. num. 4. lib. 1.*
62 Aymo, *cons. 106. n. 3.* Cephal. *cons. 221. n. 18. lib. 2.* † Ultimo ad eandem *decisio.* 108. & *cons. 71.* Roland. dicitur quod si in eis loquuntur de juramento petito à parte ante conclusum in causa, non subsistunt, ex quo si petatur tale juramentum, est pars substantialis judicii, & omissum vitiat processum & sententiam ipso jure; Et si intelligunt de juramento præstito ad partis petitionem
63 factam post conclusum in causa, videntur vana, ex quo † conclusio causæ ligat manus partis, judici autem relinquit liberas habenas, ut dixi suprà, & tradit latè Gail. *Pract. observat. lib. primo. observat. 107. & 107.* ubi habes multa de conclusione. Et nullatenus pars post conclusum petere potest de ca-
64 lumnia jurari. si verò dicta jura loquuntur de judicis petitione post conclusum in causa, tunc certè dicent verum, quod petere potest judex post conclusum in causa jurari de calumnia, ex prædictis; sed quod præstatio juram. ad talem judicis petitionem faciat, ut processus retrofactus post partis petitionem, & non præstationem non sit nullus, credo vera non esse, ex quo juramentum præstitum ad petitionem judicis non est pars substantialis judi-
65 cii, sed præstitum ad petitionem partis, ut suprà *hoc eodem c. & c. 7.* dixi. Nec prædictis obstat Curt. *in d.l. 2. §. quod si actor, n. 5. C. de jurejur. propter calum.* cujus repitio est in 1. volum. tractatuum. Ubi ipse dicit, post conclusum in causa posse purgari moram; Nam quamvis posset purgari mora, non ex hoc va-
66 lidatur processus retrofactus, ut dicam infrà c. 14. † Et dum tetigi suprà, an

jura-

Digitized by Google

juramentum calumniæ extendatur ad præterita, non est quæstio modici præjudicii, ut placuit Panormit. *inc. inhærentes.* & Socin. *in d. c. cùm in causa.* Nam quando inter petitionem juramenti, & illius præstationem interceſſerunt actus nulli ipſo jure, eſt quæſtio magni præjudicii; & eorum opinio procedere poſſet, quando inter petitionem & præſtationem talis juramenti non interceſſerunt aliqui actus nulli. Nec Panormit. ratio ibi reddita, quod ex quo lex mandat jurari poſt litem conteſtatam non extenditur ad præterita, ubi eum videas ſuper hoc, mihi ſatisfacit; quia dico extendi ad præterita, hoc eſt, ad ea, quæ poſt litis conteſtationem præceſſerunt juramenti præſtationem; multa enim poſt litis conteſtationem præcedere poſſent noſtrum juramentum & in hoc à Panormit. diſſentio, & ſto pro ſecundo dicto ibi ab eo relato. Et quamvis ipſe Panormitan. ibi dicat, prout etiã alii dixerunt, quod verba textus *in dicta l. ſecunda, in verbo, Moviſſe* debeant intelligi, & interpretari, id eſt *movere* id non probo, cùm nullo jure corroboretur,; & Imperator non ſolùm voluerit proſpicere in futurum, verum etiã in præteritum, in iis, quæ præceſſerunt jur. calum. poſt litem tamen conteſtatam aliàs una pars judicii poſſet eſſe calũnioſa, & alia non calumnioſa. Præſertim etiam moveor ad hoc ex verbis Imperatoris, ibi: dum vult jurari de calumnia, ut iudicium ſine ſuſpicione procedat; quod verbum *Judicium* debet intelligi perfectum & integrum judicium, & in omnibus partibus ejus ſubſtantialibus & integralibus; ut ſunt litis conteſtatio & alii termini ſubſtantiales, alioquin non diceretur judicium, ſed pars judicii.

CAPUT. XI.

Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum, an concedi debeat debenti de calumnia jurare?

SUMMARIA.

1. Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum non debet concedi juraturo de calumn. Rejecta opinione Bartoli affirmantis, num. 2. 3. & 4. quæ tamen procedere poſſet, ut num. 5. & 6. 7. Terminus eſt indulgendus ad deliberandum, quando ſupervenisſet cauſa, propter quam veroſimiliter poſſet dubitare juraturus. Aut is qui jurare tenebatur reſpondiſſet libello, & deinde juramentum peteretur ab ejus hærede, vel procuratore, num. 8. & conceditur reo, quando procurator litem eſt conteſtatus, nu. 9. 10. Terminus prædictus an concedi debeat procuratori, eſt judici arbitrarium, ſecundum Socin. & num. 11. Quod tamen limitatur primò, in Procuratore in rem ſuam, & quare num. 13. 14. Procurator in rem ſuam dicitur principalis. 15. Opinio Socin. præmiſſa, limitatur ſecundò, in procuratore actoris, qui libellum porrexit, & in procuratore rei, qui libello reſpondit, & ſic litem conteſtati ſunt. Tertiò limitatur in procuratore, qui non allegat, & ſaltim ſummarie probat cauſam, ob quam judex concedere debeat talem terminum. num. 16. 17. Judex debet judicare ex his quæ acta ſunt in judicio. 18. Procuratori petenti terminum conſulendum Dominum, quando concedi debeat, ſi moni-

monitus sit respondere positionibus. Et quomodo, num. 20. 19. Argumentum à contrario sensu, validum est in doctrinis Doctorum. 21. Positionum copia an sit concedenda reo petenti, & quando. 22. Procuratori quando concedi non debeat terminus ad deliberandum super juramento calumniæ.

1 DUæ † fuerunt opiniones circa hanc rubricam; altera affirmativa, quæ
2 est Bar. *in l. jusjurandum & ad pecunias. §. 1. num. 4. ff. de jurejur.* † Altera fuit negativa, contra Bart. secuta à Socino *reg. 208.* Ad quam consentunt Speculat. *in tit. de juram. calum. §. 1. num. 12. vers. 4. quia de illo, & §. 5. nu. 11. vers. ergò de calumnia.* glos. *in cap. cùm causam, in verbo, per procuratorem, vers. sed cùm juramentum calumniæ, de juramento calumniæ,* Cyn. *in l. 2. num. 8.* & ibidem Alberic. *num. 3.* licet contrariam sententiam ipse probet, & ibi dat rationem suæ opinionis; dicit tamen Modernos sui temporis ita tenuisse, & contra sua opinionem, *C. eod. tit.* Marian. Socin. *in d.c. cùm causam, num. 8. vers. primo casu,* ubi id latè discutit. Panormit. *in cap. literas, num. 10. vers. quarta quia, de juram. calum. & in d. cap. cùm causam, num. 6. vers. primo casu.* † & rationem red-
3 dunt Socin. *d. num. 8. in fin.* & Panormit. *d. vers. primo casu,* quæ est, quod jurare debens satis dicitur habuisse terminum ad deliberandum super juramento de calumnia præstando, quando actor porrexit libellum, & reus illi re-
4 spondit, & sic litem sunt contestati † Quæ negativa opinio tanquam ab omnibus sequuta tenenda est, & constituenda est regula, quod jurare debenti, non sit indulgendus terminus ad deliberandum super juramento calu-
5 mniæ præstando, non obstante doctrina Bartoli in loco præcitato. † Quæ doctrina fortè salvari posset, quod procedat in iuramento calumniæ non proprio, & universaliter in tota câusa præstito, sed in iuramento calumniæ improprio, & particulari super quolibet articulo, & emergenti particulari, ut videtur innuere Socin. *in d.c. cùm causam, d. num. 8.* quod potius dicitur jura-
6 mentum malitiæ, seu veritatis, ut dixi suprà *cap. 1.* † Vel quod procedat de iure antiquo, per quod pluries iurabatur, ut idemmet Bar. tradit *in d. l. jus-*
7 *jurand. & ad pecunias, §. 1. numer. 10.* & dixi suprà *cap. 9. numer. 9. & alibi sparsim.* † Fallit tamen dicta principalis regula, & conclusio Primo, quando supervenisset causa, propter quam verosimiliter iurare debens dubitare posset, quia isto casu ei esset indulgendus terminus, & concedenda dilatio ad deliberandum super iuramento calumniæ præstando, Barthol. Socin. *in d. regula 208. in 2. fallentia,* Marian. Socin. *in d. cap. cùm causam, d. num. 8. ante fin.* Panormit. *ibid. num. 6. d. vers. primo casu,* ubi dant exemplum de hærede, qui re-

spon-

Digitized by Google

spondit libello, & postea in arca paterna reperit instrumentum, per quod redditur perplexus, & dubitans ad jurandum. † Secundo fallit dicta regula & conclusio, quando ille, qui tenebatur de calumnia jurare, respondisset libello, & deinde iuramentum peteretur praestari ab eius hærede, vel procuratore, Barthol. Socin. *d. reg.* 208. *in 1. fallentia.* facit Marian. Socin. *d. nu.* 8. Panormit. *in d. cap. cùm causam, d. vers. primo casu.* † Tertio fallit dicta principalis regula, & conclusio, quando procurator respondisset libello, & litem contestatus esset, quia isto casu reo est indulgendus terminus, & danda dilatio predicta, Marian. Socin. *in d. capit. cum causam, dicto n.* 8. *ante fin.* † An sit concedendus talis terminus procuratori? est arbitrarium judici, ut post varia hinc inde deducta concludit Socin. *in d. cap. cùm causam, num.* 9. *in fin.* qui judex considerare poterit, an calumniosè petatur dilatio, & perpendere causam allegatam, vel subsistentem, secundum quam causam poterit concedere vel denegare talem terminum & dilationem, ut voluit Socin. *dicto nu.* 9. *in fin.* † Hæc tamen opinio Socin. videtur relinquere judicibus nimis liberas habenas concedendi talem dilationem & terminum procuratoribus, quia non omnes judices sancti sunt, ut cum justitia, & æquitate quærant alterum non lædere, jus suum unicuique tribuere, atque invigilare, ne similes terminos & dilationes concedant ansas præbendo iniquis litigantibus protrahendi judicia: Sunt etiam aliqui procuratores ita astuti, ut pro habendis similibus dilationibus, seu terminis merita causæ judicibus obnubilent, & cum quadam hypocrisi, sub prætextu quod non sint sufficienter instructi, & ideò velint melius à dominis certiorari, ne falsum jurent, extorquent à judicibus similes terminos & dilationes. † Quare hanc Socin. opinionem pluries limitandam puto, & Primo puto, limitandam in procuratore in rem suam: † quia sicut principali non conceditur talis dilatio & terminus, ut Socin. videtur concludere *in d. cùm causam d. num.* 8. & Panormit. *d. nu.* 6. & supra constituimus regulam & conclusionem; Ita videtur dicendum concedi non debere tali procuratori in rem suam, cùm † talis procurator dicatur principalis, ad Socin. *in c. in pertractandis, num.* 25. *de jur. calum.* maximè autem quoad utiles actiones. † Secundo puto limitandam prædictam opinionem Socin. in procuratore actoris, qui procurator libellum porrexisset; & in procuratore rei, qui procurator libello respondisset, & sic litem contestatus esset procurator, sive actoris, sive rei, ut de reo tetigi suprà *num.* 9. quia ille ante libelli oblationem, & iste ante responsionem debebat cogitare, & delibera-

8 9 10 11 12 13 14 15

Digitized by Google

berare ſuper oblatione,& reſponſione præmiſſis reſpectivè& conſequenter
16 ſuper jur. cal.deſuper præſtando. † Tertio puto limitandam præfatam opinionem Socini , ut locum non habeat in procuratore , qui cauſam legitimam non allegavit,& in actis ſaltem ſummariè eam non probavit, propter quam judex moveri debeat ad talem dilationem , & terminum concedendum,ſi ex cauſa allegata & probata,ut præmittitur,conjiciat dilationem, & terminum calumniosè non peti, concedere poterit ; ſi autem nihil probaverit ſaltim ſummariè , ut dixi ,de cauſa in actis non puto concedendam dilationem. † Judex enim debet judicare ex iis , quæ in judicio acta ſunt,
17 text.*in l.illicitas, §. veritas , ff. de offic.præſid.* & ſecundum actitata , & probata, Dec. *in l.bonorum quidem,n.*43. *C.qui admitti.* Dia.*reg.*377,Et facit Decian.*conſ.*
18 50.*lib.*3.Natta.*conſ.*276.*num.*3. † Solent Doctores in tractanda præſenti materia, immiſcere materiam poſitionum latiſſimè ; ego autem prædicta, quę videntur extra materiam noſtri juramenti,pro nunc omitto, proponens nõ omnia quæ Doctores tradunt in materia poſitionum in iſtis locis,ſed aliqua non omninò ſpernenda commodiori loco me tractaturum, infrà, videlicet c.14.& dico duntaxat , quod ſi procurator ſit monitus à judice reſpondere poſitionibus , & ipſe petat dilationem ad conſulendum Dominum ſuum, dilatio eſt danda ; ſi ea quæ continentur in articulis, non concernant id , ad quod conſtitutus eſt procurator, ut per Veſtr. *in pract.lib.*5.*c.*14.*n.*11. Unde ſi articuli concernant id, ad quod conſtitutus eſt procurator , non dabitur
19 petita dilatio,arguendo à contrario ſenſu.† Quod argumentum à contrario ſenſu validum eſt etiam in doctrinis Doctorum, ut innuere videtur Joa. de Garronibus *in Auth. ex teſtamento, num.*10.*ante fin. in verſ. ex quibus concludo, C. de ſecund.nupt.* quę repetitio habetur in tract. *de ſecundis nuptiis , fol. mihi* 39. Et
20 Vivius dicit hanc communem *lib.*1.*opinio.*71.*nu.*10. † Dicit inſuper Lallus *ſuper conſtit. Regni,lib.*2.*rub.de proceſſu judicis,nu.*21.*fol.mihi* 602.quod procurator à judice monitus reſpondere poſitionibus , ſi petat terminum ad conſulendum Dominum,conceduntur ei induciæ;cum diſtinctione tamen, quod aut id quod ponitur,pertinet ad negocium principale,& tunc conceduntur inducię , ſed reſarcitis expenſis , quæ ob id fiunt ; ſed ſi eſt novus articulus, qui prævideri non potuit , non reficiet expenſas , & ratio redditur per Lallum d. *numer.*21. Ex quibus intelligi datur non diſſimilem conſiderationem habendam in concedenda dilatione , ſeu termino ad deliberandum
21 ſuper noſtro juramento. Præterea † ſicut poſitionum copia conceditur re-

ante-

Digitized by Google

antequam respondeat positionibus. ut Vestr. *in practic. d.c.* 14. *num.* 9. Curt. Junior. *in l.* 2. *C. de eden.* ubi dicit id servari de consuetudine; & fallit hæc conclusio, quando positiones dependent ex facto proprio respondere debentis positionibus, Gravat. *in addit. ad Vestr. ubi suprà proximè, litera Pl. in verbo, & properea, num.* 33. Alexand. *in d. l.* 2. *numer.* 4. *vers. quia etiam secundò fallit*, & ibid. Dec. *num.* 22. Ripa, *num.* 10. *vers. eâdem quoq; ratione*, Curt. Junior. *testans de communi, d. numer.* 11. *C. de eden.* † sic etiam potest concludi non esse 22
dandam dilationem procuratori in hoc juramento nostro, dum petitur juramentum hoc super facto proprio; præsertim cùm à procuratore petitur juramentum calumniæ in animam ipsius propriam, super capitulis sub juram. calum. comprehensis, & ad procuratorem spectantibus, prout cogi posse, dicam infrà *cap.* 16. quo ultimo casu nullo modo concedi debet terminus seu dilatio ad deliberandum super hoc nostro juramento præstando.

CAPUT. XII.

Iuramentum calumniæ, an per partes litigantes remitti possit?

SUMMARIA.

1 Doctores confundunt hos duos terminos, omittere juramentum calumniæ, & remittere juramentum calumniæ. 2 Omittere & remittere juramentum calumniæ quid sit? 3 Iuramenti calum. dupliciter solet remitti, tacitè & expresse. Quando tacitè n. 4. Quando expresse n. 6. 5 Deferens quod prius jurare teneatur, intelligitur, si petatur. 7 Iuramentum calumniæ tacitè omitti, seu remitti an possit? Quod affirmatur n. 8. Etiam parte præsente. n. 9. Nec ideo processus vitiatur, n. 10. Vel sententia n. 11. 12 Iuramentum calumniæ expresse remitti nequit. Alioquin processus esset nullus, n. 13. Et sententia n. 14. 15 Juram calum. cur expresse non possit remitti, & num. 16. & 17. 18. Taciti & expressi quod eadem sit vis, quomodo procedat in juramento calumniæ. 19. Pactum tacitum de non jurando de calumnia, quomodo possit intelligi. 20 Juramentum calumniæ statutarium, si tacitè omittatur, & à parte non petatur, an sit necessariò præstandum? & nu. 31. 21. Statutum est interpretandum, ut aliquid addat juri communi. 22 Statutum nihil operaretur, si reciperet interpretationem quod jur. calum. intelligatur, si petatur à parte. 23. Juramentum calumniæ requisitum pro forma à statuto omnino præstandum est. 24. Forma Statuti est servanda aliàs illa, quæ geruntur, sunt nullius momenti. 25. Statutum requireret pro forma, quando in hoc juramento conciperet verba per prius, aut posterius. Vel quando illud requirit per ablativum absolutum, vel post. num. 26. 27. Ablativi absoluti resolvuntur in conditionem. 28. Conditio inducit formam. 29. Juramentum calumniæ non est de substantia judicii. si petatur à judice. Aliud in requisito per statutum. 30 Juramentum calumniæ statutarium, si judex potest exigere, illud debet exigere ante conclusum in causa, ut sit pars substantialis judicii. 32. Juramentum calumniæ si altera tantum pars expresse remittat, poterit non obstante tali pacto exigi. Et si utraque pars expresse remitteret, non obstante tali remissione poterit judex illud exigere. num. 33. 34. Juramentum calum. nec de partium consensu potest remitti. Imò ne à judice quidem consentientibus partibus num. 36. Quod extenditur ad juramentum advocati. num. 37.

Digitized by Google

35. Pactum privatorum jus publicum non potest immutare. 38. Consensus partium excusat à pœnis recusantis jurare de calumnia. 39. Socin. doctrina in c. cæterum. nu. 10. de jurem. calum. discutitur.

1 ALiqui † juris interpretes, dum hanc materiam discutiunt, confundunt hos duos terminos; videlicet omittere juram. calum. & remittere juramentum calum. & illis indifferenter utuntur; tamen mihi videtur magna inter illos differentia: † Nam dicendo simpliciter, [omitto
2 juramentum calumniæ] est dicere, omitto juramentum calumniæ per me præstandum, & sic refertur ad actum explicandum per illum, qui omittit; Remittere autem juramentum calumniæ est, juramentum calumniæ præstandum non exigere, & illius actus explicationem per alium fiendam adversario condonare, & sic refertur ad actum per alium explicandum; quæ differentia rectè intuenti non levis videri poterit, sed quia ferè omnes Doctores utuntur verbo isto [Remittere] ego eodem termino, ut magis frequenti, utar, & circa hoc sciendum est, † quod dictum juramentum dupli-
3 citer remitti adversario litiganti potest, tacitè scilicet, vel expressè. † Et ta-
4 citè quidem dicetur remitti, seu potius, ut proprio verbo Socini utar, quãdo utraque pars litigans illud omittit & non requirit, ut Marian. Socin. *in c. cæterum numer. 12. de juram. calumn.* Alex. *in l. de pupillo, §. qui opus, numer. 2. ff. de nov. oper. nunciat.* Nam quando una pars omitteret, alia verò instaret præstari, non diceretur omissum, sed deberet præstari alias renuens præstare incideret pœnas recusantis jurare, exprimendas infrà *cap. 14. & 21.* nisi ex causa legitima excusaretur, ut Socin. *d. num. 12.* sed hæc declaratio Socini ponit unum casum tantùm, videlicet; quando utraque pars illud omittit, adest tamen alius casus, in quo tacitè remissum, seu omissum dicetur, quando scilicet Titius, exempli gratia postulat à Sejo adversario præstari illud juramentum, Sejus jurat, sed non instat per Titium similiter jurari de calumnia, quo casu dicetur pro parte Seji tacitè omissum,
5 seu remissum juramentum calumniæ. † Nec obstant ea, quę dixi suprà *cap. 7. num. 33.* quod deferens ipse prius jurare teneatur, quia id intelligitur, si petatur à parte adversa, ut dixi *d. cap. 7. num. 34.* & colligitur ex Socino *dicto nu. 12.* ubi vult, quod renuens illud præstare incidat in pœnas recusantis jurare, quod utiq; non debet intelligi de illa persona, quæ jurare petit, sed de illa persona, per quam petitur præstari juramentum calumniæ; & si ab eo non peteretur jurari non poterit dici, quod ipse renuat jurare. Et sic liquet ex prædictis dupliciter posse remitti, quando scilicet utraque pars illud non petit,

Digitized by Google

petit, & quando altera pars tantum petit, altera vero non. † Expressè autem dicitur remitti, quando per conventionem & pactum expressum id sit, quod accidere dupliciter solet, ut suprà dictum est de tacita remissione, quando scilicet utraque pars illud adinvicem alteri parti remittit, & quando una pars tantum alteri parti remittit: & intelligo de expressa remissione, sive illa fiat palam, sive occulte. † His præmissis dico, tanti æstimatum antiquitus fuisse hoc nostrum juramentum, in C. & Authen. tractatum, quod aliqui non levis nominis authores tenuerunt, tacitè omitti, seu remitti non posse, ut tradit Marian. Soc. *in cap. Imperatorum, num. 3. de juram. calum.* Cujus sententiæ fuit Azo. referente glos. *in l. 2. in verbo, remitti, vers. sed Azo. dicit C. de jurejur. propter calum.* quem alii pauci secuti sunt; sed explosa d. sententia unanimiter cæteri omnes Doctores tradiderunt: † quod hoc nostrũ juramentum tacitè remitti (non utar ulterius verbo omittere, tanquam minus usitato, licet omittere; dicendum duxerit Anton. Franc. *in addit. ad Panormit. in c. significasti, num. 8. in verbo. sibi juraret, de calum.* sed verbo remittere tanquam magis frequentato) possit. Hujus sententiæ repetitur fuisse glos. *in Clement. sæpe, §. citationem verò, in fin. in verbo, non excludit, de verb. significat. & in l. Iusjurandum & ad pecunias, §. qui jusjurandum, in verbo, exigatur, in primo notabili, in princ. ff. de jurejur. & in d. l. 2. in d. verbo, remitti, text. in c. 1. §. propter omissum, ubi glos. 1. de juram, calum. in 6.* Alberic. *in d. l. 2. num. 26. vers. quærit. glos. & ibid. Bald. num. 6.* ubi dicit id tenere omnes, & ibi loquitur per verbum [omittere] Dec. *in c. juravit, num. 25. de probationibus, & in l. expressa nocent, 155. num. 3. ff. de reg. juris,* Franciscus Curt. *in l. edita, num. 76. C. de eden.* Ferrat. *caut. 12. num. 2.* Addent ad Matthesil. *singular. 64. incip. nota aliam cautelam. vers. tacitè autem.* Maranta. *in speculo, par. 6. in secunda judicii parte, actu primo. num. 2. in titul. de juramento,* Vestr. *in practic. libro tertio, capitul. 2. numer. 3.* Ubi Gravat. *in addit. litera F. in verbo, & si pars, num. 11.* And. Gaill. *practic. observat. lib. 1. observat. 101. num. 4.* Ioan de Arnono *in practic. judiciaria, capitul. 40.* Vant. *in tractat. de nullitat. in titul. de nullit. ex defect. process. num. 21.* Menoch. *de arbitr. judic. libr. 1. quæst. 20. numer. 5.* Mantua *consil. 143. numer. 56.* Barbat. *concl. 49. numer. 7. volum. 3.* Afflict. *decisio. 283. numer. 7. in fin.* Crot. *consil. 399. numer. 58. libr. 3.* Vivius *lib. 1. opin. 258. num. 5.* Landfranc. *in c. quoniam contra, in princip. de probat.* Marian. Socin. *in cap. inhærentes, num. 18. in fin. & in cap. in pertractandis, num. 29. in fin. & in cap. cæterum, num. 10. de juram. calum.* ubi ex aliorum sententia tradit cautelam decipiendi adversarium, dicendo expressè dicto adversario

sario in actis. [Ego tibi remitto juramentum calumniæ.] Et quod sic processus caderet, sed ipse improbat hanc cautelam, imò potius modum ligandi animas litigantium, & ducendi ad infernale baratrum. Idem dicit *in c. Imperatorum, numer. 3. eod. tit.* ubi asserit, quod licet antiquitus aliqui dubitaverint, an istud juramentum tacitè remitti posset; hodie tamen est expeditum, quod scilicet remitti possit, Bartol. *in dicta l. 2. §. sed quia veremur, numer. 2.* Zacharias *in Annotationibus ad Panormitan. in d. c. inhærentes. numer. 4. in verbo, vitiatur, de juram. calum.* Alexand. *in dicto §. qui opus, d. numer. 2.*

9 † Et tacitè remitti potest etiam parte præsente, ad Panormitan. *in capitul. ceterum, numer. 8. in princip. de juram. calum.* Socin. *in dicto capit. in pertractan-*

10 *dis, dicto numer. 29.* Atque † sic tacitè remisso hoc juramento non vitiabitur processus, Socin. *in cap. cùm causam, numer. 4. vers. octavo noto, de juram. calum.* Andr. Gaill. *in tract. de pace publica, libr. 1. capit. 11. numer. 10.*

11 † Sententiaque valebit, Lallus *in constitut. regni Sicilia, libr. 2. rubric. de processu judicis, num. 1. glos. in d. l. 2. in dicto verbo, remitti, in princip.* ubi dicit isto

12 casu esse appellandum, ideò eam vide. † Expresse autem nequaquam hoc juramentum remitti potest, glos. *in dicto §. qui jusjurandum, in verbo, exigatur, vers. nec obstat, & in l. 1. §. in verb. sententia valebit post medium, ff. de feriis, & in l. de pupillo. §. qui opus, in verbo, exigatur, & ibidem glos. alla marginal. ff. de nov. oper. nunciat. & in dicto capitul. 1. in verbo tacitè, de juram. calum. in sexto glos. fin. circa medium. in l. Pactum inter hæredem, ff. pactis* Marian. Socin. *in dicto capitul. ceterum, numer. 10. text. in dicta l. 2. §. sed quia veremur.* Bald. *in ead. l. 2. numer. 6.* ubi intelligi debet de expressa remissione, *& in d. §. sed quia veremur, in princip.* ubi dat rationem, quę est, quia est introductum ob utilitatem publicam, Alberic. *in d. l. 2. numer. 26.* Dec. *in d. capitul. juravit. d. numer. 25. & in d. l. expressa, num. 3.* Francis. Curt. *in d. l. ea. numer. 76.* Crot. *d. consil. 399. n. 58.* Arnonus *d. cap. 40.* Gaill. *d. observat. 101. nu. 4.* ubi dat eandem rationem, quam suprà reddit Bald. idem voluerunt Bart. Socin. *nr. 209. in 3. fallentia.* Pet. Vanderan. *in pract. lib. 3. c. 2. vers. enim vero,* Maranta in Speculo. *d. 2. par. judicii, d. num. 2. in tit. de juramento,* Gravat. ad Vestr *in d. verbo, & si pars non. 11.* Matthesil. *d. singul. 64. vers. quod juramentum,* Marsil. *singul. 251*

13 Panormit. *in c. cùm in causa. num. 20. de juram. calum.* † Et si expressè remitteretur, esset nullus processus, *glos. 1. circa medium, in d. cap. 1. §. propter omissum,*

14 *de juram. calumn. in 6.* † Et esset nulla sententia, Lallus *in d. rubr. de processu judi-*

Digitized by Google

judicis, n. 1. † Ratio autem cur expressè non possit remitti hoc juramentum, 15
est, quia concernit non solùm utilitatem partis, sed etiam utilitatem publicam, ut ex Bald. *in l. sed quia veremur*, & Gaill. *d. observa.* 101. *nu.* 4. proximè dixi, & tradidi etiam *c.* 3. *& 4. suprà*. Et respicit etiam commoditatem judicis, ne scilicet frustrà defatigetur, & in infinitū lites multiplicentur. † ultra quod 16
talis expressa remissio contineret turpe pactum, & ideò improbatur, ut per Socin. *in d. c. cæterum, num.* 11. in quo cap. idem Socin. reddit præmissas & alias quam plures rationes, cur expressè remitti nequeat istud juramentum. † sed 17
principalis & potior ratio, cur improbetur remissio expressa nostri juramenti & non tacita, est, quia in expressa remissione lex suspicata est contra litigantes, dum expressè fit remissio, quod non fecit, dum tacita remissio fit, sicut habetur *in d. l.* 2. §. *sed quia veremur*. † Nec refert, quod taciti & expressi ea- 18
dem sit vis, & par virtus ad Alciat. *consil.* 81. *nu.* 3. *tom.* 2. *lib.* 6. quia hæc regula non habet locum in casu nostro, cùm lex in expressa remissione suspicata sit, quod in tacita non fecit, ut dixi, & sic non militat eadem ratio in utroq; casu. Et ad prædictum regulam respondet etiam Socin. *in d. c. cæterum. num.* 10.
† Et ad hoc propositum cogitandum, ac perpendendum duco id, quod Al- 19
beric. *in d. l.* 2. *num.* 26. *vers. sed an* dicit, nec pacto tacito partium posse induci, ut non juretur de calumnia; & quid sibi dictus Albericus velit, & an intelligat quod pactum sit expressum extrajudicialiter, judicialiter autē tacitum, quod subsequitur illi extrajudiciali expresso; vel quod dictum pactum tacitum oriatur ex natura causę, quod esse non potest, quia in omnibus causis de calumnia juratur, ut dicam infrà *cap.* 19. exceptis causis exprimendis, infrà *cap.* 20. Et si intelligeret pactum tacitum de non jurando adesse in causis exprimendis, *d. c.* 20. ejus opinio falsa esset, dum dicit tali pacto tacito ex natura causę orto non posse remitti, exploderetur enim ejus opinio, per ea quæ adducentur *d. c.* 20. vel quod intelligat tacitum pactum esse, cùm non petitur jurari de calumnia, & sic tacitè remittitur, seu omittitur; quo casu etiam ejus opinio non posset substineri, cùm tacitè omitti seu remitti possit per ea, quæ suprà latè tradidi. Et hæc de juram. calum. in judiciis requisito de jure communi dicta sint. Remanet videre, quid dicendum sit de juramento requisito ex forma statutorum de calumnia, in quo difficultas aliqua reperitur; an tacitè remitti possit? † Nam Menoch. *de arbitr. ju-* 20
dic. d. q. 20. *nu.* 6. *& 7.* dicit, quod si tacitè omittatur, & à parte non petatur, non est necessario præstandum, & quod statutum requirens jurari de calumnia,

Digitized by Google

nia, interpretatur, si petatur à parte, ut dixi suprà *capitul. 7.* & ex his elicitur, quod si non petatur, tacitè remitti possit. quæ Menoch. opinio (salva tanti viri pace) mihi non videtur vera : † quia statutum ita est interpretandum,
21 ut aliquid addat juri communi, & frustratorium non sit nihil operando. Aymo
22 *consil. 201. num. 13.* Cassad. *decisio. 3. nu. 16. de locat.* Sed † si istud juramentum calumniæ à jure municipali mandatum tacitè omitti seu remitti posset, & reciperet interpretationem dictum statutum, quod locum sibi vendicaret, si peteretur à parte tale juramentum, & tunc tantùm præstari deberet, dictum statutum esset frustratorium, & nihil adderet juri communi,
23 quod eandem recipit interpretationem, ut dixi suprà *cap. 7.* † Eoque minus vera esset opinio Menoch. loco præcitato, quando statutum cogeret prætisè litigantes ad tale juramentum, & illud pro forma judiciali traderet, quia tunc etiam si pars non peteret jurari, esset præstandum, & omitti nec remitti tacitè posset; Rota *in una Romana pecuniaria, die Veneris. 4. Jun. 1593. coram R. P. D. Orano*, ubi loquitur in statuto Urbis, & dicit actum vitiari ipso jure.
24 † Forma enim statuti servanda est, alias illa, quæ geruntur nullius momenti sunt. Tiraquellus *in l. si unquam. super verbo, revertatur, n. 67. C. de revocan. don.* Rota
25 *ubi suprà proximè, coram R. P. D. Orano.* † Præsertim, aut requireret statutum hoc juramentum pro forma, quando statutum conciperet verba per prius, aut posterius, & mandaret hoc juramentum præstari, antequam aliquis actus fieret, vel postquam aliquis actus esset factus. Statutum enim mandans aliquid fieri per prius, aut posterius inducit formam. Caputaquens. *decisio.*
26 *175. num. 3. parte 2. in verbo, litera.* † Idem dicendum puto, quando statutum requireret juramentum calumniæ, per ablativum absolutum, vel post ablativum absolutum, ut exempli gratia habetur in statuto Tiburtino, de quo memini suprà *cap. octavo, in fin. in statutis, libro secundo, cap. quarto*, in quo habentur hæc verba; [Præstito juramento calumniæ, & de veritate dicenda ab utraque parte detur per ipsam curiam utrique parti decem dierum terminus ad probandum.] Et prout habetur in eodem statutorum libro. 2. capit. 15. ubi requiritur hoc juramentum post ablativum absolutum; sub his verbis, videlicet; [Statuimus quod facta litis contestatione in quacunque causa civili, si curia mandet partibus, ut jurent de calumnia, & veritate dicenda super ipsa causa, si reus jurare recusset, habeatur pro confesso, & tan-
27 quã confessus condemnetur; si verò actor jurare recusaverit, reus ab instantia judicii absolvatur.) In quibus locis † dicti ablativi absoluti resolvũtur in conditionem, Bartol. *in l. unica, in princip. C. quando non petent. part. pet. accresc.*

Dec.

Digitized by Google

Dec. *consil.* 466. *nu.* 18. Cephal. *consil.* 156. *num.* 4. *lib.* 2. Crot. *cons.* 49. *num.* 24. *lib.* 1. Roland. *consil.* 82. *num.* 4. *libro.* 1. Guid. Pap. *decisio.* 15. *n.* 2. Capic *decis.* 182. *num.* 17. Afflict. *decis.* 188. *numero quinto* Caputaq. *decis.* 111. *n.* 3. *in verbo, citatio, parte* 1. † Conditio autem inducit formam, secundum Cephal. 28
consil. 441. *num.* 89. *libr.* 3. † Suprà *cap.* 7. *num.* 11. dixi non esse de substantia 29
judicii juramentum calumniæ, si à judice petitur, idemque firmavi *cap.* 10 *num.* 22. unde oriri posset dubitatio, an hoc juramentum calumniæ mandatum per statutum Tiburtinum, *d. cap.* 15. quod exigi potest per judicem à partibus litigantibus, sit pars substantialis judicii? ad quod dicendum puto, quod superius in locis præcitatis dixi, quod si juramentum calumniæ petitur à judice, non sit pars substantialis: quia dicitur pars substantialis judicii duntaxat, quando à parte petitur, ut d. *cap.* 7. *num.* 10. tradidi, ex consuetudine interpretativa juris communis de hoc juramento loquentis, quam consuetudinem interpretativam, de qua in suprà *dd. cc.* 7 & 10. non reperio in statutis, quare cessante tali consuetudine interpretativa *talium* statutorum, non video quid obstet, quin si exigatur per judicem, vigore dictorum statutorum, possit & debeat dici pars substantialis judicii, quamvis a judice petatur in casu dictorum statutorum? † Major etiam 30
dubitatio oriri posset ex prædicto statuto, *d. cap.* 15. An juramentum calumniæ, quod vigore *d. cap.* 15. judex petere potest, petere possit etiam post conclusum in causa, cùm conclusio causæ non liget manus judici, sed partibus; ut dixi suprà *cap.* 10.? Cui dubitationi dupliciter respondeo: Primò, quod per statutum præcedens *cap.* 4. dicitur, quod jurato de calumnia, detur 10. dierum terminus utrique parti ad probandum: si igitur post dictum juramentum fieri poterunt probationes, non poterit dici in causa conclusum. Secundò, ad hoc, ut dici possit pars substantialis judicii, debet adhuc judicium durare, sed quoad partes nullum ulterius judicium durat post conclusum in causa. Ex quibus concludendum duco, quod vigore talium statutorum, si judex exigere velit hoc nostrum juramentum, illud exigere debet à partibus ante conclusionem, immò ante terminum ad probandum præfixum, ad hoc, ut pars substantialis judicii dici possit. † Et Me- 31
noch. relata opinio locum habere posset, quando statutum mandaret juramentum de calumnia præstari, si ex adverso petatur, ut ipse. *n d. q.* 20. *in fin.* dicit adesse statutum Brixiæ. Et in istis terminis statuti Brixiæ, quando statutum requirit juramentum calumniæ, sub ista conditione, si peta-

Digitized by Google

tur, dubitandum non eſt, quod pręſtandum non erat, ſi non petebatur, & ſic tacitè remitti poterat. † Hic ſubnectendam duco quæſtionẽ, una pars
32 tantum litigans alteri parti adverſæ juramentum calumniæ expreſsè remiſit, deinde non obſtante tali remiſſione, pars quæ remiſſionem fecit inſtat in actis, ut præſtetur tale juramentum, non obſtante remiſſione à ſe facta, dubitatur an pars quę remiſſionem fecit, poſſit inſtare pro dicti juramenti præſtatione? & dicitur poſſe ex Marian. Socin. *in d. cæterum. n.* 10. † Præterea, ſi utraque pars adinvicem expreſſe remitteret iſtud juramentum, non
33 obſtante tali remiſſione poterit judex cogere partem utramque ad jurandum de calumnia. Socin. *d. cap. cæterum. d. n.* 10. Et poterit etiam dicere partibus, [ſi vos non juratis, ego vos non audiam, quia ſi ferrem ſententiam nõ teneret] Marian. Socin. *in c. cùm in cauſa, n.* 15. *de juram. calum.* Bartol. Socin.
34 *reg.* 209. *in* 3. *fallentia*, & dicam *infrà c.* 14. *n.* 63. † quia noſtrum hoc juramentum, neque de partium conſenſu remitti poteſt, ut eſt gloſ. *in l. quas prohibet,*
35 *in verbo, patiatur, ff. de poſtul. in d. §.* 1. *in verbo, ſententia valebit, ff. de feriis.* Pactum ſiquidem privatorum jus publicum immutare non poteſt. *l. teſtamenti factio, & ibi gloſ.* 1. *ff. de teſtam. cap. ſi diligenti, juncta gloſ. ibid. in verbo. privatorum, de*
36 *foro compet.* Andr. Gaill. *practic. obſerva. lib.* 1. *obſerva.* 40. *num.* 8. † neque ſtante tali conſenſu partium, poteſt judex remittere hoc juramẽtum, cùm ſit pars ſubſtantialis judicii, ut dixi ſuprà *hoc c. n.* 6. & 12. nec talem ordinem judiciarium immutare, Socin. *in d. c. cæterum. n.* 11. & expreſſe remitti nequit, ut
37 dixi ſuprà *hoc eod. c.* † quod extenditur etiam ad juramentum advocati, per text. *in d. l.* 2. §. *ſed quia veremur, in fin.* de quo dic ut habetur infrà *c.* 15. *in de-*
38 *clarat.* 33. † & talis conſenſus partium excuſat quidem à pœnis, quas actor & reus incurreret non jurando, prout tradam infrà *c.* 14. ſed nõ facit, quod judex ſine tali juramento poſſit in cauſa procedere, quia ſi procederet ad
39 ulteriora, proceſſus eſſet nullus, Socin. *d. reg.* 209. *in* 3. *fall.* † idemque Maria. Soc. *in d. c. cæterum* voluit *ſub d. n.* 10. quod ſi partes perſiſterent in hujuſmodi expreſſa remiſſione ad invicem facta, & judex ſe non intromitteret, non vitiaretur proceſſus, quæ doctrina quorſum tendat, non dignoſcitur: cùm ſive hoc juramentum petitum præſtetur, vel non præſtetur, vel remiſſum ſit adinvicem expreſſe, ſi judex ulterius ſe non intromittat, non poſſit dici quod proceſſus reddatur nullus, vel non reddatur, ex quo nullus proceſſus ulterius formatur; niſi velimus dicere, quod Socin. non loquitur, quando juramentum fuit à principio petitum, ſed quando non fuit à principio

peti-

Digitized by Google

petitum, si ante petitionem dicti jur. erat formatus aliquis processus qui processus ante petitionem prædictam formatus, certe nullus non esset.

CAPUT. XIII.

Juramentum calumniæ, an tolli possit lege, seu statuto, consuetudine, atque Principis rescripto?

SUMMARIA.

1 Juramentum calumniæ non potest tolli lege aut statuto. Nec consuetudine, num. 4. 6. & 7. Et processus factus hoc juramento petito & non præstito esset ipso jure nullus nu. 2. Imò ne differri quidem potest à statuto num. 3. 5. Consuetudo juri contraria non est attendenda. 8. Consuetudinem allegans illam probare tenetur. 9. Juramentum calumniæ si tolleretur à consuetudine, debet ab allegante probari, & quidem cum assignatione rationis. Eáque consuetudo procedit de jure civili, non autem Pontificio, numer. 10. 11. Consuetudo sicut potest tollere, sic & differre juramentum calumniæ. Similiter potest Lex & statutum num. 12. 13. Consuetudo non inducitur per actus coactos, sed consensu. 14. Consuetudo non probatur per testes deponentes de actibus voluntariis, & non necessariis. Et in eà quæ sit contra jus, requiritur lapsus quadraginta annorum, notitia majoris partis populi, & actuum frequentia, num. 15. 16. Juramentum calumniæ, si est inductum jure naturali primævo, non potest tolli rescripto Principis. Si verò jure positivo, potest, num. 17. Et quibus clausulis in rescripto sit opus. numer. 18. 19. 20. 21. 23. 26. & 27. 22. Nullitates omnes quamvis essent sublatæ, non intelligeretur sublatum hoc juramentum. 24. Princeps non potest tollere juramentum calumniæ, quoad genus, sed quoad formam. 25. Inferior nullus à principe, potest talia substantialia tollere.

SUprà dictum fuit in *cap. 3. num. 10.* aliquos tenuisse, hoc nostrum juramentum esse inductum jure naturali & divino; aliquos verò jure positivo, ut in *d. cap. 3. n. 2.* ex cujus quæstionis decisione pendet tota quæstio præsentis *cap. 13.* quia si jure naturali proprio & primævo, & jure divino inductum esset, in claris versaremur quod tolli non posset: si verò esset inductum jure positivo, dubio procul tolli posset lege, statuto, consuetudine, & rescripto principali, ut dixi *in d. c. 3.* † Veniendo igitur ad propositam quæstionem, juxta ordinem rubricæ dico, quod lege, aut statuto mandari non potest, ut non præstetur nostrum juramentum calumniæ, & si id mandarent, essent nulla, secundum Marian. Soc. *in c. cæterum, n. 8. de juram. calum.* ubi loquitur de lege, Ferrar. *cast. 12. num. 2. in princip.* Cotta *in memorial. in verbo, juramentum calumniæ.* Andr. Gaill. *pract. observation. lib. 1. observat. 8. num. 3.* Rota Mantua relata per Surdum *decis. 18.* Zacharias *in annotationib. ad Panormit. in cap. significasti, numer. 8. in verbo, sibi juraret, de foro competenti, & ibid. ultima annotatio.* † Et processus in causa factus, si petereretur hoc juramentum, & non præstaretur, esset ipso jure nullus, non obstante tali statuto, Matthesil. *singul. 65. incipien. nota quod statutum, Addent.* 1

Digitized by Google

ad singul. 64. ejusdem Matthesil. Moderni annotantes *in pragmat. regni Siciliæ, incip. si reus exceptiones litis ingressum*, ubi latè sub *num.* 3. Et † non solùm non
3 potest statutum tollere hoc juramentum, sed neque differre, ut per dictos Annotant. *in dicta pragmat. & si reus exceptiones litis ingressum dicto numer. tertio.* Intellige tamen quod differre non possit sine redditione rationis, & secundum jus canonicum, & quod de jure civili possit differre, ut infrà di-
4 cam, dum agam de consuetudine. † Consuetudine quoque aliqua induci non potest, ut non præstetur hoc juramentum, glos. ordinaria magna *in l.* 1. *in verbo, veritatem, C. de jurejur. propt. calum.* Socin. *in c. in pertractandis, nu.* 44. *vers. sed Iacobus Butr. & in d. c. ceterum. num.* 4. & 5. *& latius num.* 6. *de juramento calumniæ.* Cotta *in memorial. in d. verbo, juramentum calumniæ prope princ.* Roman. *singul.* 428. *incip. tu habes in lege, & ibid. addentes*, Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de juram. calum. §.* 2. *num.* 3. *litera H. in verbo, sed quia veremur.*, Tiraquell. *in tractat. de præscript. §.* 1. *glos.* 8. *rub. creditur ei, pag. mihi* 100 Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 4. *in princ.* Andr. Gaill. *pract. observat. lib.* 1. *observat.* 85. *num.* 3. & 5. referens opinionem Socin. & aliorum, Socin. *consil.* 59. Surdus *dicta decis.* 18. Panormit. *in c. ceterum. num.* 3. *de juram. calum.* ubi etiam annotatio Zachariæ, *& sub num.* 4. idem firmat Panormitan. intrepidè asseverans, quod non valet consuetudo differens hoc nostrum juramentum ad calculum sententiæ, & ibid. *num.* 9. & idem tradit Zacharias *in annotationibus ad eund. Panormit. in c. significasti. num.* 8. *in*
5 *verbo, juraret, de foro compet.* & ibidem in ultima annotatione. † Consuetudo enim juri contraria non est attendenda, *c. series tui, de testibus*, & consuetudo contra jus dicitur, quę expresso juri repugnat, ut esset in casu, non autem quæ Doctorum placitis contradicit, *l. contra legem, ubi glos. ff. de legibus, l. non dubium ubi Doct. C. eod. tit.* Rota. *in una Farfen. villæ Caprolæ, die* 12. *Febr.*
6 1593. *coram R. P. D. Pegna; in manuscriptis.* † Contrarium autem, videlicet quod talis consuetudo subsistat, videtur tenere d. Gaill. *d. observ.* 85. *nu.* 5. causa evitandi perjurii; maximè autem, si consuetudo excedit hominum
7 memoriam, ut idem Gaill. *in d. observ.* 85. *num.* 6. † quam opinionem Gaill. non veram existimo; quia non potest dici inducta consuetudo, nisi per actus positivè factos, & sic non potest dici inducta consuetudo non jurandi de calum. ex quo non juratur, sed debet dici, quod consuetudo inducta fuit litigandi & procedendi in causa ad ulteriora, petito, non tamen præstito juramento calumniæ, & sic consisteret consuetudo in actibus positivis,

Digitized by Google

tivis, & tunc operæ precium est probare omnia requisita ad inducendam consuetudinem, ad quam materiam vide Rocum de Curte *in tractat. de consuetudine*, Anton. Scappon. *de jure non scripto*, & scribentes in titul. *extra de consuetud. & ff. de legibus, à leg.* 31. *inclusivè usque ad fin. titul.* quoniam etiam est contra communem omnium opinionem per me relatam, suprà *num.* 4. † Et si tenere velimus dictam opinionem Gaill. limitanda esset, Primò, ut 8
allegans talem consuetudinem inductam per actus positivos, ut dixi suprà, teneatur illam probare, cùm sit quid facti, facta autem non præsumuntur, sed probari debent, Socin. Junior. *consil.* 88. *num.* 6. *& consil.* 101. *n.* 27. *volum.* 1. Roland. *consil.* 26. *num.* 14. *consil.* 32. *n.* 17. *lib.* 4. Simon de Prætis, *consil.* 68. *num.* 13. Alciat. *in argumento, in* 3. *partem præsumpt. num.* 6. † Se- 9
cundò limitanda esset, quod allegans talem consuetudinem, teneatur probare talis consuetudinis inductæ rationem, videlicet, quod tacito populi consensu inducta sit ad eviranda perjuria, quia aliàs esset contra rationem talis consuetudo, ad Panormit. *in d. capit. caterum num.* 9. *in fin.* & ad tradita per Gaill. *d. observat.* 85. *in fin.* post Socin. ab eo relatum *in d. cap. caterum. num.* 8. qui d. num. 8. dicit, quod in dubio talis consuetudo non teneret. † Tertiò limitanda esset, ut procederet de jure civili, per quod talis 10
consuetudo induci potest, non autem de jure canonico, per quod nequit talis consuetudo induci, secundum Alberic. *in l.* 2. *num.* 26. *vers. sed an. C. de jurejur. propter calum.* † An autem possit de consuetudine differri hoc jura- 11
mentum? Socin. tangit *in d. c. caterum. d. num.* 9. referens se ad dicta per ipsum *in cap.* 1. *eod. tit. in* 5. *principali articulo. vers. secundo declaratur*, ubi nihil dicit, in quo articulo dicendum videtur, quod si non potest tollere, ita neque differre possit, cùm militet eadem ratio in sublatione, quæ in dilatione, habita ratione de parte ad partem, sicut de toto ad totum, & ista fuit opinio Panorm. *in d. c. caterum. num.* 4. *ut supr. retuli num.* 4. sed tu dic, quod sicut potest tollere, ita pari modo differre potest, cum limitationibus tamen præmissis. † Et si id potest induci per consuetudinem cum præmissis limitationibus, induci poterit etiam lege vel statuto, cum præmissis duabus ultimis limitationibus: pari enim passu ambulant lex sive statutum; & consuetudo; illa enim constituunt jus scriptum, *§. constat autem. Instit. de jure nat. gent. & civil. l. de quibus, ff. de legib.* Ista verò constituit jus non scriptum, *d. l. de quibus, & §. item sine scriptis, Instit. de jure natural. gentium & civili* Scapp. ubi suprà, & quod lex remittere possit, est glos. *in l. jusjurandum & ad*

Digitized by Google

13 pecunias. §. qui jusjurandum, in verbo, exigatur. ff. de jurejur. † Et ad majorem præmissorum declarationem sciendum est, quod consuetudo non inducitur per actus coactos, sed requiritur expressus vel tacitus populi consensus; Alexand. *consil.* 196. *n.* 14. *lib.* 2. Roland. *consil.* 13. *n.* 12. *lib.* 4. ubi alios citat. Paris. *consil.* 27. *nu.* 37. *lib.* 1. Natta *consil.* 106. *n.* 12. *lib.* 1. *Pedemont. decis.* 14 99. *n.* 7. † Et quod, si consuetudo probari vult per testes, non probatur per testes deponentes de actibus voluntariis, & non necessariis, Ancharan. *cons.* 128. *num.* 6. *in fin. & num. seq.* Alexand. *consil.* 6. *num.* 1. *lib.* 5. Natta *consil.* 600. *n.* 18 *l.* 3. Rota *in una Parmen. status, d.* 8. *Martii* 1577. *coram R. P. D. Robusterio,* 15 *in manuscriptis.* † Et quod ad probandam consuetudinem, quę sit contra jus, requiritur lapsus quadraginta annorum, notitia majoris partis populi, & actuum frequentia, Paris. *cons.* 10. *n.* 16. *lib.* 4. Rolan. *d. cons.* 13. *n.* 12. Natta *cons.* 309. *n.* 16. *lib.* 2. Nonius consil. 48. *n.* 16. quæ omnia probanda essent in 16 probanda consuetudine, non jurandi de calumnia in judiciis. Nec Principis rescripto tolli potest hoc nostrum juramentum, si est inductum jure naturali proprio & primęvo, quod omnibus animantibus commune est; aut jure divino; quia naturalia sunt immutabilia, & juri divino homo non 17 derogat, ut dixi supra *c.* 3. † Si vero est inductum jure positivo, ut dixi *d. c.* 3. *n.* 1. utiq; Princeps illud tollere posset per ejus rescriptum, ut dixi *d. c.* 3. & ita intelligi debent Doct. asserentes hoc jur. tolli posse rescripto Principis scilicet, si est inductum jure positivo, prout tolli posse asseveravit Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de juramento calumniæ,* §. 2. *nu.* 3. *litera K. vers. item tenet. Accurs. glos. in d. l.* 2. §. *sed quia veremur, vers. item à Prin.* & Panormit. 18 *in c. cæterum. numer.* 10. *de juramento calumniæ.* † Et princeps, quando id tollit rescripto, debet in ipso rescripto apponere clausulam, [Non obstante tali lege,] ut Socin. *in d. cap. cæterum num.* 9. Curt. *in d. l.* 2. *numer.* 21. Socin. *cons.* 59. *prædicto* & sic constat, legē de hoc nostro juramento loquētem 19 indigere speciali Principis rescripto. † Et si Princeps expresse illud non tolleret, non intelligeretur tollere, quamvis in rescripto causa esset commissa summariè, & de plano, & sine strepitu & figura judicii, Soc. *in d. c. cæ-*20 *terum. d. num.* 9. † quamvis Alberic. *in d. l.* 2. *num.* 25. videatur sentire, quod sufficiat in rescripto ponere clausulam, [Non obstante quacunque lege]. Et refert se ad dicta per eum *in l. quoties C. de precibus Imperatori offerendis,* ubi id sentit generaliter in omni dispositione legali, & ante Alberic. videtur

tur idem ſenſiſſe Bartol. *in d.l.2.§.ſed quia veremur, in fin.* ubi vult, quod ſimpliciter Princeps poſſit tollere, ponendo in reſcripto clauſulam, [Non obſtante lege], & ſic per generalem derogationem, licet Anton. Franc. *in annotat. ad Panormit. in c. ſignificaſti, num. 8. in verb. ſibi juraret, de foro compet.* ſentiat. Bart. ibi tenere, quod princeps poſſit remittere, addendo in reſcripto clauſulam ſpecificam, [Non obſtante *d. l.2.* † ſed tu dic, opinionem Socin. & Curt, poſſe procedere, quando Princeps expreſſe non aufert juram. calumn. unde revocari poſſet in dubium, an cenſeretur derogatum illi legi ſpeciali de juram. calum. loquenti: opinionem verò Alberici procedere poſſe, dum Princeps expreſſè tollit juramentum calumniæ, unde non poteſt in dubium reſricari ejus voluntas, an per generalem clauſulam voluerit derogare. † nec dictum juramentum intelligeretur ſublatū, quamvis omnes nullitates ſublatæ eſſent, Put. *deciſ. in una Paduana injuriarum, 26. Februarii. 1546. lib. 20.* † neque etiam ſi Princeps apponeret in reſcripto clauſulam, quod procederetur manu Regia, & nullis terminis ſervatis Bart. *in extravag. Ad reprimendā, in verſ. & ſig. n. 11. & verſ. item an de cal. per tex. in clem. ſæpe de verborum ſignificat.* vide quæ dicam infrà *c. 19.* † Poteſt etiā dici, quod Princeps non poteſt tollere in totum juramentum calumnię in genere, & facere quod nunquam juretur, cùm quoad genus inductum ſit de jure divino, ſed bene, quod poſſit tollere juramentum calumnię quoad formam, quæ forma jure divino inducta nullibi reperitur, ſed eſt inducta jure poſitivo; & ideò dictam formam Princeps aliquibus remittit, quia in eis ceſſant cauſæ, propter quas dictum juram. calum. inductum fuit. Ad hæc vide, quę dixi ſuprà *c. 3.* ubi latè habes hanc materiam. Inferior autem à Principe nullus poteſt talia ſubſtantialia judicii tollere; Panorm. *in d. c. ceterum in fin.* ubi annotantes & per Socin. *d. n. 9.* † Panormit. etiam tradit *in c. literas. nu. 3. de juramento calumniæ*, quod ſi Princeps remittit cauſam cum clauſula [ut eam cognoſcat, ſecundum veritatem & equitatem] tunc cenſetur remiſſum juramentum calumniæ, licet non alię ſolemnitates ordinis judiciarii. † Et quod non cenſeatur remiſſum juramentum calumniæ, etiam ſi in reſcripto adſit clauſula [ſummariè de plano, & ſine ſtrepitu & figura judicii,] habes infrà *cap. 1. num. 4. & 5.*

21 22 23 24 25

CAP-

Digitized by Google

CAPUT. XIV.

Iuramentum calumniæ præstandum est à quocunque actore, & à quocunque reo, & quid agendum sit, si aliquis ipsorum renuat præstare tale iuramentum.

SVMMARIA.

1 Actor omnis, & reus omnis tenetur de calum. iurare, Etiamsi esset clericus, n. 18. 2. Actor recusans de calumnia iurare, cadit ab actione, & tota causa: Non tamen ipso iure. num. 3. Sed per iudicis sententiam. num. 4. 5. Processum & sententiam ipso iure nullas esse ob calum. iurare non præstitum, quomodo intelligatur. 6. Actor fit reus, & reus fit actor aliquando. 7. Actor nolens iurare super exceptione opposita, cadit à iure exceptionis solùm. Idem est in replicationibus, num. 8. 9. Iuramentum præstandum super exceptionibus, & replicationibus, est iuramentum malitiæ vel veritatis. 10. Appellari an possit à sententia, per quam pronunciant actorem cecidisse à causa. & num. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. 17. Text. in c. cæterum de iur. calum. explicatur. 19. Reus recusans de calumnia iurare, habetur pro confesso. Concurrentibus qualitatibus duabus numer. 36. & 37. Quod locum habet etiam in criminalibus, numer. 20. In omnibus exceptionibus peremptoriis num. 32. Non verò in dilatoriis inhabitantibus personam actoris num. 33. Habetur quoque pro confesso in replicis num. 22. In causa spirituali, num. 23. 21. Actor reus effectus, debet iterum iurare super tali exceptione, aliàs super ea habetur pro confesso. 24. Reus recusans iurare habetur pro confesso non ipso iure, sed per sententiam iudicis num. 25. Quæ sententia non est interlocutoria, sed declaratoria diffinitiva. nu. 26. 27. Apellare an liceat à sententia lata contra reum, per quam habetur pro confesso & num. 28. & 29. 30. Recusans omnis de calumnia iurare, perdit causam, Tenetur injuriarum alteri parti. num. 31. 34. Actori recusanti de calumnia iurare, poterit iudex denegare audientiam. Et quid de reo. num. 35. 38. Recusans iurare ad hoc, ut incidat in pœnas recusantis, opus est, ut sine iusta causa recuset. 39. Sententia declaratoria super iuramento calumniæ potest peti, & obtineri in eadem instantia sine novo processu. 40. Citatio partis an requiratur in hac declaratione? & num. 41. 42. Pœna imposita non iurantibus, non transit ad hæredes, si actor, seu reus principalis moriatur ante sententiam declaratoriam. 43. Sententia quæ fertur contra recusantem iurare de calum. qualis debeat esse. 44. Sententia condemnatoria datur in confessum post litem contestatam. Secus autem ante litem contestatam. 45. Instantia si per culpam iudicis pereat ante sententiam declaratoriam, quomodo parti succuratur? Et quid si ille qui recusavit iurare, incipiat de novo agere? num. 49. 50. 51. 52. & 53. 46. Instantia an pereat de iure canonico? & n. 47. & 48. 54. Sententiâ lata super negotio principali, potest nihilominus agi vel excipi de recusatione præstationis iuramenti calum. & num. 57. 55. Sententia nulla non est sententia. Nec illum operatur effectum. numer. 56. 58. Pars adversa dicere non potest, se non esse contentam pœnis recusantibus iurare impositis, sed velle, ut præcisè cogatur ad respondendum. 59. Causa omnis legitima, excusat recusantem iurare ab incursu pœnæ impositæ recusantibus. Quæ causæ enumerantur ex ordine. num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. & 68. 67. Dolus suus, & fraus nemini patrocinari debet. 69. Confessio rei facta super petitione qualificata censetur facta cum qualitate petitionis. 70. Causa, ob quam iurare non vult, debet allegari, & in actis probari, saltim summariè. 71. Actor & reus debet esse monitus à iudice, & non à nuncio ad iurandum de calumnia ad hoc, ut cadat à iure. 72. Positionibus monitus respondere, si non respondeat, habetur pro confesso. Idem si respondisset imperfectè. num. 73. 74. Positionibus jussus respondere, ut habeatur pro confesso quæ concurrere debeant. 75. Causæ justæ excusandi non respondentem positionibus sunt omnes illæ, propter quas monitus non tenetur respondere. 76 Positionibus criminosis quis non cogitur respon-

dere

Digitized by Google

dere, Nisi dum judex ex officio ponit & interrogat. n. 77. Aut positio concernit pecuniarium commodi tantum n. 78. Vel interrogatus locupletaretur cum aliena jactura, n. 79. Aut esset causa criminalis, n. 80. Vel denique si quando crimen, de quo in positione agitur, est notorium. 82. Positio detegens turpitudinem, dicitur criminosa. 83. Positionibus captiosis respondere non tenetur monitus. Et quando dicantur captiosæ, num. 84. & 85. Et quomodo eis sit respondendum n. 86. 87. 88. 90. 92. & 94. 89. Actio extinguitur solutione ejus, quod debetur. 90. Responsio facta per clausulam (Non credit ut ponitur) non est bona, ubi viget statutum, quod positionibus simpliciter respondeatur. Valet tamen, quando positio esset implicata n. 91. 93. positio quando est captiosa, reclamandum est judici, qui eam reformet. 95. Responsio facta positioni sub conditione, non valet, & respondens cogi potest ad respondendum præcise. 96. positionibus incertis non tenetur respondere monitus. 97. Positiones fieri non debent sub disjunctiva. 98. Positionibus generalibus, monitus non tenetur respondere. Uti nec positionibus non habentibus tempus expressum, num. 99. Nec positionibus obscuris, num. 100. Aut impossibilibus, num. 101. Vel impertinentibus, n. 102. 103. Positionibus impertinentibus respondendum est de stylo. 104. Positio seu articulus dum dubitatur, an sit pertinens vel impertinens, est admittenda cum clausula (Salvo jure impertinentium, & non admittendorum.) Quæ clausula efficit, ut positiones & articuli non admittendi habeantur pro non admissis num. 105. Et dicta testis, & omnia inde sequuta rejiciuntur. num. 106. 107. Positiones, & articulos impertinentes potest judex rejicere etiam post factas probationes. Melius tamen faceret, si prius discuteret, an sint admittendi, vel non, num. 108. 109 Positiones, articuli, & capitula videntur inter se differre. Tamen hodie confunduntur. num. 110. 111. Positionibus juris civilis, seu municipalis non tenetur monitus respondere, & nu. 115. 112 Positio juris dicitur etiam si contineat illa verba (solemniter & legitimè) Positionibus fundatis in consuetudine an teneatur monitus respondere. & num. 114. 115. Consuetudo est altera lex. 116. Positionibus non tenetur monitus respondere, in casibus, in quibus juramentum litis decisivum recusare potest. Uti nec positionibus productis post lapsum termini ad probandum, num. 117. 118 Positiones facere potest judex non solùm post lapsum terminum ad probandum, sed etiam post conclusum in causa, etiam ad fundandam intentionem partis. 119. Conclusio in causa nunquam fit quoad judicem. 120 Positionibus superfluis non tenetur monitus respondere. Nec positionib. conceptis non dispositivè, sed interrogativè. num. 121. Nisi hæ fiant ante litem contestatam. nu. 122. Positionibus non comprehensis, nec intellectis sub juram. non tenetur monitus respondere. Nec illis quibus semel responsum fuit. num. 124. 125. Glos. in l. 2. §. quod observari in verbo, existimat, in fin. C. de jurejur. propt. calum. declaratur. 126. Positionibus requirentibus alium, qui respondeat quam respondentem, non tenetur monitus respondere. Uti nec positionibus contrariis. nu. 127. 128. Positionibus contrariis respondens, est perjurus. 122. Positionibus aliàs decisis per juram. non tenetur monitus respondere. Nec illis utrum respondens bona, vel mala fide possideat. num. 130. 131. positionibus continentibus factum alienum an sit respondendum? & n. 132. 133. positionibus negativis respondendum an sit? & num. 134. 135. 136. 137. 138. 139. & 141. 140. positiones negativæ quando admittuntur, ibi & contra præsumptionem juris & de jure remittuntur. 142. positionum negativarum præsumitur ignorantia in dubio. 143. positioni alternativæ non tenetur monitus respondere. Nisi quando talis alternatio oritur ex contractu. num. 144. 145. positionibus datis per modum exceptionis non tenetur monitus respondere. Nec illis, quæ continent aliquid existens in animo responsuri. num. 146. Aut concernentibus bonum jus, quando responsurus habet autorem obligatum de evictione. num. 147. Nec positionibus multiplicibus. nu. 148. positio si est multiplex, potest responsurus instare ut ponens melius explicet factum. & distinctè, vel eam valet dividere ipsemet. 150. positionem multiplicem potest judex dividere. 151. positionibus detegentibus turpitudinem respondentis, non tenetur monitus respondere. puta positioni detegenti perjurium respondentis. num. 152. Vel continenti excommunicationem. num. 153. 154. Testis interrogatus de proprio vitio, per quod à testimonio repelleretur, an debeat respondere, remissivè. 155. positionibus continentibus objectivam materiam, an & quando sit respondendum. & num. 156. 157. positionibus aliàs indebitis, non tenetur monitus re-

Digitized by Google

ſpondere. 158. Confeſſio facta, quæ reſultat ex recuſationib. juram. calum. alii non præjudicat, etiam ſtantib. ſtatuis, quod unus teneatur, pro alio. 159. Proceſſus non dicitur invalidus, nec nulla ſententia, ſi petita intimatio præſtiti juram. calum. ſit omiſſa. & nu. 160. & 161. 162. Sententia nõ eſt nulla, ſi A. intendit aliquid probare per teſtes, & ad id citat B. adverſarium, qui B. proteſtatur, non examinari aliquos teſtes, niſi jurato de calum. Deinde A. determinat probare per inſtrumenta, & non jurato de calum. procedit ad ſententiam, & nu. 64. 163 Dictio (Niſi) eſt limitativa, & inducit permiſſionem in caſu ſequenti. 164. Cauſa limitata gignit limitatum effectum. 165. Contumacia procuratoris, tutoris & ſyndici, an noceat domino, pupillo, vel Eccleſiæ. 166. Contumacia in non jurando de calumnia purgari poteſt. 167 Pœne legales per deſiſtentiam evitantur. 168. Mora in non jurando de calumnia, poteſt purgari uſque ad ſententiam diffinitivam. Etiam poſt concluſionem. & n. 169. 170. 171. & 172. 173. Moræ purgatio admittitur etiam in pœnalib. 174. Moræ & illius purgationis materia eſt difficilis, & valdè intricata. 175. Moræ purgatio admittitur, cum aliqua difficultas intercedit. Aut adeſt aliqua ambiguitas juris. nu. 176. Vel quando objicitur aliqua exceptio. nu. 177. Aut infrà modicum tempus. n. 178. Quando jus partis eſt illeſum, & non aliàs n. 179. Vel quando actor tractat, de conſervanda actione, non autem de novo jure quærendum. n. 180. 181 Morę purgatio non debet admitti poſt menſes, & annos. 172 Gaill. pract. obſ. lib. 1. obſer. 86 declaratur. 173. Condemnatus ob jur. calum. non præſtitum debet victori condemnari in expenſis. 184 Victus victori in expenſis condemnari debet etiam in criminalibus. Etiam ſi victor id non petat. n. 185 Aut victus eſſet hæres n. 186. Excuſatur tamen ex juſta cauſa. n. 187 Niſi expenſæ ſunt promiſſæ in inſtrumento. n. 188 Vel cum adeſt ſtatutum. Quod victus victori in expenſis condemnetur. n. 189 190 Victus quando juſta de cauſa excuſari debet, id procedit in reo, & nunquam in actore. Etiam ſi ſuccederet in jus alterius. 192. Pœnę impoſitæ recuſantib. jurare de calumnia an habeant locum in tertio veniente, & admiſſo, aut vocato ad cauſam. 193 Tempus datum ad Probandum alicui, an currat infrà tempus datum ad jurandum de calum. 194 Solemnitates requirentes preſentiam proximorum, & judicis decretum in contractib. & quaſi contractib. in judicio & extra, mulierum & minorum, per reformationes Tiburis, an habeant locum in jur. calum. & litis conteſtatione? 195 Decretum judicis in contractibus minorum & mulierum poteſt omni tempore interponi, præterquam diebus feſtivis de præcepto Eccleſiæ ſervandis per dictas reformationes Tiburis. 196 Decretum in contractib. minorum maſculorum, & etiam mulierum, requiſitum per reformationes Tiburis, debet eſſe judicis ordinarii & ſedialis, & ſi interponatur à Vicario Epiſcopi, contractus ſunt nulli.

1 MUltæ perſonæ, quas *in ſequ. cap. 15. & capit. 16.* enumerabo, hoc juramentum calumnię præſtare debent, multæ poſſunt: † ſed regulariter omnis actor, omniſq; reus de calum. jurare debet, Bar. *in l. 2. §. 1. num. 2. 10. C. de jurejur. propt. calum.* Panorm. *in cap. inhærentes, nume. 4. in fin. de juramento calumniæ*, Joannes de Lignano *in tractat. de duello, in ſeptimo membro, numer. 8. in fin. pag. 111. colum. 3.* Petr. Vanderan. *in ſua pract. judiciali. lib. 3. cap. 2. verſicul. de calumnia, in princip.* Marſil. *ſing. 251. incip. juramentum calumniæ* Maranta *in ſuo ſpeculo, parte 6. in 2. judicii parte, in titul. de juramento, actu*
2 *1. nume. 1.* † Et ſi actor recuſat præſtare tale juramentum, nullatenus ei licet ad litem venire, & cadit ab inſtituta actione, & tota cauſa, Maranta *in d. par. 6. in d. actu primo*, Speculat. *in titul. de juramento calumniæ, §. 5. in princip.* Petr. Vanderan. *ubi ſupra lib. 3. capit. 2.* Marian. Soçin. *in d. capit. cùm in cauſa*

Digitized by Google

*sa, num.*30.35.& 36. *de juramento calumniæ, text. in l. si non fuerit, ff. de jurejuran. & in cap. fin. & ibi glos.* 1. *& fin. glos. in cap. Imperatorum, in verbo, decidant, & glos.* 1. *in notab. fin. extra eod. tit. & in c. excommunicamus, in verbo, jurare de hæreticis, text. in Auth. principales personæ, §. si quis autem, &* Bald. *in d. l.* 2. *in §. quod si actor, in princ.* & Alberic. *d. l.* 2. *num.* 29. *C. de jurejur. propter calumniam.* Panormitan. *in d. cap. cùm causam, num.* 2. † Cadit autem actor recusans jurare 3
à jure suo & instituta actione non ipso jure, juxta opinionem aliquorum, quos refert Socin. *in d. cap. cùm in causa, num.* 35. *&* 36. ita voluit glos. *in d. l.* 2. *d. §. quod si actor, in verbo, cadat, & in eod. §. Bald. num.* 1. Andr. Gaill. *pract. observat. lib.* 1. *observat.* 86. *nu.* 1. Et hanc opinionem, quod non cadat ipso jure actor, tenuit Socin. quamvis invitus in eam sit tractus, in *d. num.* 36. *vers. sed adverte, quia reperio,* ubi de communi testatur, † sed per judicis sen- 4
tentiam, Specul. *in tit. de jur. calum. §.* 5. *in princ.* Socin. *in d. vers. sed adverte quia reperio.* ubi refert se ad dicta per ipsum *in tit. de constitut.* Bald. *in d. l.* 2. *§. quod si actor, num.* 1. Panormit. *in c. cùm causam, num.* 26. *de jurejur. calum.* licet *in c. cùm in causa, num.* 11. *eod. tit.* videatur titubare an requiratur, & ad quid requiratur dicta sententia, ubi eum vide. Et ibi annotat. *in litera D. in verbo, requiritur sententia.* † Nec obstat. huic conclusioni id, quod dixi superiùs 5
sa. 7. *numer.* 13. *&* 14. quod si petatur juramentum calumniæ & non præstetur, processus & sententia sunt nulla ipso jure: nam dicta conclusio, quod processus & sententia sunt nulla ipso jure, intelligenda est de sententia diffinitiva, lata super negocio principali, id autem quod hic dico, quod renuens jurare de calum. si est actor cadit à causa & instituta actione non ipso jure, sed sit necessaria judicis sententia, intelligendum est circa sententiam non super negocio principali latam & diffinitivã, sed de declaratoria diffinitiva lata in pœnam contumaciæ non jurantis, de qua dicam infrà in hoc c. ubi loquar etiam de interlocutoria eventuali ex Gail. *practica. observa. d. observat.* 86. *n.* 1. *&* 2. Et quod dico de actore, dico etiam de reo. Et quamvis Bald. *in d. §. quod observari. d. numer.* 1. dicat sententiam latam per judicem, in favorem actoris recusantis jurare, valere & tenere, ejus sententia inficiatur *supra c.* 7. *n.* 16 † quia aliquando mutãtur personæ, & 6
actor de actore fit reus, & vice versa reus de reo fit actor excipiendo Spec. *in tit. de juram. calum. §.* 2. *n.* 12. Francis. Curt. *in l. & quæ à divo. n.* 8. *C. de eden.* & sic utraque persona mutatur, † debet super tali exceptione jurare de 7

Digitized by Google

calumnia, & ſuper tota controverſia dictæ exceptionis,& ſi non jurat non cadit à tota cauſa; ſed actor habetur pro confeſſo ſuper tali exceptione duntaxat,Socin. *in d. c. cùm in cauſa, num.* 30.ubi loquitur de reo,*& num.* 31. ubi loquitur de actore, *& d.nu.* 30. dat rationem hujus dicti: quæ eſt,quia
8 idem juris eſt de parte quoad partem,quæ de toto quoad totum.† Et prædicta procedũt nedum in exceptionibus,verum etiam in replicationibus
9 ad exceptiones, ut Socin. *d. numer.* 31.† Ego tamen credo hoc eſſe potius juramentum malitiæ vel veritatis, non autem calumnię, quia non eſt generale, & ſuper tota cauſa, ſed ſuper particulari exceptione, ſeu replicatione,& non eſt novum judicium à primo, ſed idem: nam ſi eſſet novum judicium,deberet,de novo lis conteſtari. vide ea, quæ dicam infrà *c.* 19. *in*
10 *declarat.* 25. Et † à dicta judicis ſententia licet appellare, Speculat. *in d. §. 5. in princip.* ubi vide Joan. Andr. *in Addit. in verbo, juſſus,gloſ. in d. l.* 2. §. *ſin. autem ſi reus, in verbo, confeſſo, C.de jurejur. propt. calu.* & cum gloſ. ibi deſcendit Alberic. *num.* 29. Curt. *in ead.l.* 2. §. *quod obſervari. num.* 12. *&* 13. ubi dicit hanc communem ſententiam,cujus repetitio eſt *in* 1. *volum. tract. diverſo-*
11 *rum* † Contrarium autem, videlicet, quod appellare non liceat, & quod appellatione ceſſante judex poſſit cogere partes ad jurandum de calum.
12 eſt text.expreſſus *in d. c. caterum.* † quas duas contrarias opiniones conciliando dicendum eſt, primam opinionem, quod ſcilicet à dicta ſententia appellari poſſit,procedere ad effectum devolutivum, non autem ad effectum ſuſpenſivum. Secundam verò opinionem,quod non liceat appellare,procedere ad effectum ſuſpenſivum, non autem ad effectum devolutivum; nec dicatur iſtam conciliationem in nihilo deſervire; quia ſi actor cadit ab actione per ſententiam, & actor appellat nihil ſuſpendere poſſet dicta ſententia, cùm actor, qui ſententiam contra ſe reportavit nihil exequi poſſit: reus ſimiliter nihil exequi poteſt, quia ipſe nihil ab actore petebat,ſed actor ab ipſo; & ſic videtur fruſtratoriè dici,quod actori non licet appellare ad effectum ſuſpenſivum, ſed quoad effectum devolutivum. Cui objectioni reſpondeo, quod reus poſſet exequi contra actorem ſententiam quoad expenſas, & inſuper adſunt actiones negatoriæ, & judicia communia,familiæ erciſcundæ,& ſimilia,in quibus reo ſententiam favorabilem reportãti,competit etiam alia executio ſuper negotio principali,ultra executionem expenſarum, quas executiones non ſu-
13 ſpenderet appellatio actoris. † Vel ſecundò dicta opinio prima procedit quan-

Digitized by Google

quãdo judex cognoscit super negocio principali absolvendõ per diffinitivam sententiam reum, sicut si actor nihil probasset juxta tradita per glos. fin. *in c. fin. de jur. calum.* secunda verò opinio procedat, quando pronunciat actorem cecidisse à causa ob non præstitum juram. † Vel tertiò dic, 14
quod prima opinio procedit, quando judex per declaratoriã diffinitivam, de qua dixi suprà, & infrà dicam ex Gaill. *d. observa.* 86. pronunciat actorem cecidisse à causa ob non præstitum juram. calum. secunda verò opinio cùm pronunciat teneri præstare juramentum calumniæ per interlocuutoriam eventualem, de qua suprà, & dicam etiam infrà ex Gaill. ubi suprà proxime. † Vel quartò dic secundum Socin. qui *in c. cùm in causa. num.* 15
41. *circa medium, de juramento calumniæ*, discussis variis Doctorum opinionibus dicit, quod aut renuens jurare nullam causam allegavit tempore recusationis, nec tempore appellationis, & non debet admitti ad appellandum; quia ista appellatio esset interposita ab homine, & non a lege, & ideò non debet admitti. Et si tempore recusationis expressit aliquam causam, tunc subdistinguit: quod aut causa erat frivola, & idem erat dicendum: aut expressit dubiam causam, & tunc licet appellare. Aut tempore recusationis nullam expressit causam, & tunc si exprimit tempore appellationis, talis appellatio similiter non admittitur, quia satis est ipsum sine causa recusasse. Aut judex allegata causa recusationis pronunciavit contra recusantem jurare, eo quod sine causa recusaret jurare, & tunc à tali sententia declaratoria poterit appellari; quia est sententia hominis, & non sententia juris, & judex fortè malè declaravit, ut Panormit. *in d. ca. cum in causa, num.* 18. ubi suam opinionem recitat super hoc articulo. Vel
† quintò & ultimò dic, quod prima opinio procedit, quando desuper sen- 16
tentiatur. secunda verò opinio, quando adhuc sententiatum non est super juramento, nec habitus reus pro confesso, sed cogitur ad jurandum de facto, cùm judex habeat in hoc remedia juris, & facti. † Et in istis terminis lo- 17
qui videtur text. *in dicto ca. caterum.* & ibi sub num. secundo, in princi. colligitur ex Panormitan. nisi allegat justam causam, ob quam nolit jurare ille, qui cogitur, ut Panormitan. ibidem. Licet aliqui cavillando dictum text. dicant, ipsum locum habere, quando cessat appellatio, non autem quando est appellatum; & sic inducunt illum textum ad probandũ, quod possit appellari, in illis verbis text. [*Appellatione cessante*] qui intellectus violat graviter textum, & illius communem intellectum hucusque ten-

Digitized by Google

tum. Quæ autem ſit magis recipienda ex dictis quinque declarationibus vix diſcerni poteſt, ideò quælibet tenẽda; nec eſſet diſſonum eas omnes tenere ſimul, quæ ſimul compati poſſunt uno, & eodem tempore declara-
18 tiones ex prædictis. † Quæ de actore dicuntur, habent locum etiam in clerico conveniente reum pro cauſa propria ipſius clerici, vel ſuæ Eccleſiæ,
19 coram judice laico, Socin. *in d. cap. cum in cauſa, n.* 16. *circa medium.* Reus autem detrectans præſtare hoc juramentum, habetur pro cõfeſſo in illis quæ continentur in narratione ſeu petitione; & quæruntur ab ipſo reo, text. *in d. l.* 2. §. *fin autem reus, & ibi gloſ. in verbo, pro confeſſo, & in verbo narratione, juncta gloſ. in cap. Imperatorum, in verbo, decidant, & gloſ. fin. in cap. fin. de jur. cal.* Pet. Vanderan. *in d. verſ. de calumnia, in fin.* Maranta. *in d. tit. de juram. actu.* 1. *num.* 6. Socin. *d. reg.* 209. Speculat. *in d. tit. de jur. cal.* §. 5. *in princip.* Mattheſil. *ſing.* 65. *verſ. hoc tamen limitatur* Bald. *in d.* §. *quod ſi actor, in princ.* Addent. ad Mattheſil. *d. verſ. hoc tamen limitatur*, Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *numer.* 3. *C. de jurejur. propt. calum.* Marian. Socin. *in d. c. cum in cauſa, num.* 31. 35. *&* 36. Cotta in memorialibus, *in verbo, juram. calum. in princ.* Bart. *in d. l.* 2. §. *quod ſi actor, in princ.*
20 Panormit. *in d. cap. cum in cauſa, numer.* 2. *in princ.* † Et iſthęc concluſio, quod reus detrectans jurare habeatur pro confeſſo, ampliatur ut procedat etiã in criminalibus, Speculat. *in d. tit. de juram. calum.* §. 5. *n.* 8. *&* 9. Sequitur Bald.
21 *in d. tit. apud Speculat. poſt medium.* † Ampliatur ſecundò, ut locum habeat in eo etiam, qui prius erat actor, ſed poſtea reo excipiente eſt effectus reus, quia ſuper tali exceptione debet iterum jurare de calum. & ſi non jurat, cadit à tota exceptionis oppoſitæ controverſia, & non à tota cauſa, ut ſuprà
22 dixi de actore, *hoc eod. cap. n.* 7. *& ſeq.* † Ampliatur tertiò, ut locum habeat e-
23 tiam in replicationibus, ut dixi ſuprà *hoc eodem cap. num.* 8. Quartò ampliatur, ut locum ſibi vendicet etiam pro cauſa ſpirituali, in qua reus detrectans jurare, habetur pro confeſſo, ut dicam infrà *cap.* 19. *in* 8. *declarat.* quoad ſui tamen præjudicium, non autem, quod actor acquirat titulum, aut aliquod jus in cauſa ſpirituali & beneficiali, niſi legitimè ponens de titulo
24 probet ut dicam *infrà d.* 8. *declarat.* † Et habetur reus pro confeſſo non ipſo jure, ut ſuprà dixi de actore, Gaill. *d. obſervat.* 86. *d. num.* 1. Bart. *in d.* §. *quod ſi actor. in princip.* Marian Socin. *in d. c. cum in cauſa, d. nu.* 36. *verſ. ſed adverte,*
25 *quia reperio* † ſed per judicis ſententiam, Socin. ubi ſuprà proximè, Specul.
26 *d.* §. 5. *nu.* 1. *gloſ. fin. in d. c. fin.* † quę judicis ſententia non eſt interlocutoria, ſed declaratoria definitiva, per ea quæ *d. obſer.* 86. *n.* 1. *&* 2. tradit Gaill. ut

infrà

Digitized by Google

infrà dicam, & hoc locum habet tum in actore, tum in reo. † atque à dicta sententia appellari poterit, glos. *in d. verbo, pro confesso*, quam probat ibidem Bart. *in §. quod si actor, num. 2. C. de jurejur. propt. calum.* Speculat. *d. §. 5. num. 1.* ubi vide Joan. de Andr. *in verbo, jussus*, Curt. *in d. l. 2. §. quod si actor, num. 12. & 13.* † In Contrarium, quod scilicet judex appellatione postposita, seu cessante, possit cogere ad jurandum, est text. *in d. c. cæterum.* † quas duas contrarias opiniones concilia, ut suprà *hoc eod. cap. num. 12. & seq.* † In summa dic, quod omnis recusans jurare de calumnia, perdit causam, Marsil. *d. sing. 251. incip. juramentum calumniæ, Authen. principales personæ §. quod si actor, C. de jurejur. propter calum.* Intellige tamen, quod perdat causam quoad illam instantiam duntaxat, non autem quoad alias instantias. † Et tenetur injuriarum alteri parti, Spec. *dicto §. 5. n. 2.* & dicam infrà *c. 21.* † habetur autem reus renuens jurare de calumnia pro confesso, non solùm in negocio principali, verum etiam in omnib. exceptionibus peremptoriis, Panormit. *in d. capit. cum in causa, numer. 15.* & Marian. Socin. *in dicto num. 31.* † Non habetur tamen pro confesso in exceptionibus dilatoriis & inhabilitantibus personam, ut quando actor esset excommunicatus, bannitus, & similis; sed istas exceptiones potest quandocunque opponere etiam postrem judicatam, ut Socin. *dict. num. 31.* ubi id intelligit de exceptionibus dilatoriis, quę redderent processum retro nullum. † Ulterius si actor renuat de calūnia jurare judex poterit ei denegare audientiam, Socin. *dicto capit. cum in causa, nu. 47.* † Et contra reum nolentem jurare poterit uti remediis per ipsum Socin. proditis, *in tit. de dolo, & contumacia, ut Soc. ibidem.* † Verum ut talis pœna imposita actori & reo non volenti juramentum nostrum præstare locum habeat, duæ qualitates concurrere debent. Prima qualitas est, ut causa qua jurari petitur, sit talis, in qua deferri possit juramentum calumnię, Socin. *in d. cap. cum in causa, n. 46. vers. 20. quæro.* † secunda qualitas est, ut talis sit causa, in qua vera confessio noceret confitenti, ad Panormit. *in d. cap. cum in causa, num. 14.* Socin. *d. num. 46. vers. secundo igitur.* † Nota etiam quod ad hoc ut detrectans jurare, incidat in prædictam pœnam, debet sine justa causa recusasse, aliàs secus esset, ut Socin. *d. c. cum in causa, num. 4. vers. noto quæro, & n. 32. Infra hoc eod. c. n. 60. & seq.* ponam aliquas causas, propter quas excusantur recusantes jurare à tali juramẽto. † Quæri solet juxta prædicta, an actor & reus possit petere, & obtinere sententiam super tali juramento calumniæ in eadem instantia, & absq; novo processu? & dicitur posse

27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39

se, secundum Panorm. *in c. cùm in causa. num. 22. vers. quæro num quid de juram. calum.* Alberic. *in d. l. 2. num. 29. C. de jurejur. propt. calum.* Socin. *in d. c. cùm in*
40 *causa, num. 37. vers. sexto quæro. & num. 40. vers. duodecimo quæro. in fin.* † Nec in tali declar. quod renuens jurare inciderit in præmissas pœnas, requiritur partis adversæ citatio, prout Soc. *in d. n. 37. vers. septimo quæro*, ubi refert se ad dicta per eum *in titul. de citatione, & in titul. de confessis*; vide quæ ad hoc
41 sentit Panormi. *in eod. c. cùm in causa num. 12.* † quam opinionem Socini non sequor, nam in omnibus actibus præjudicialibus requiritur partis adversæ citatio, & in specie quod requiratur citatio, in declaratoria pœnæ, in quam quis ipso etiam jure inciderit, ad Gabriel. *l. 1. in tit. de citatione. ampliat. 37. num. 164.* & licet idem Gabriel. *ibid. sub nume. 165.* tradiderit multas auctoritates pro contraria opinione, & quod in tali declaratoria non requiratur citatio, tandem concordando prædicta dicit, quod non requiritur citatio ad casum ipso jure in pœnam, sed quod benè requiritur ad declaratoriam
42 casus, & quod in talem pœnam quis inciderit. † Hic quæri posset non ab re, si actor sive reus recusat jurare de calum. & ante sententiam declaratoriam, de quâ suprà tractavi, decedit, an pœna imposita non jurantib. transeat ad hæredes? & quod non transeat concludunt Bart. *in d. l. 2. §. quod si actor, in fin.* Socin. *in d. cap. cùm in causa, num. 36. in princ.* Paul. de Castr. *in d. l. 2. §. quod si actor, num. 2.* Andr. Gaill. *d. observat. 86. num. 6. & 7.* Panormi. *in c. cùm in causa. num. 26. de juramento calumniæ*, ubi dicit quod veritate inspecta hæc pœna transeat ad hæredes, cum statim sit pœna commissa, licet declaratoria requiratur, sicut nec transire ad hæredes pœnam contumacis in respondendo positionibus habiti pro confesso, si is ante sententiam mo-
43 riatur, tradit Lanfranc. *in c. 6. nu. 15. in sua pract.* † Sententiam, quę ferri debet contra recusantem præstare hoc juramentum, ponit Socin. *in d. c. cùm in causa, vers. 10. quæro*, Gaill. *d. observat. 86. num. 1. in fin.* Et respectu actoris est, quod debet dari privativa sui juris, & absolutoria rei à petitione actoris, ac si jus non foveret: & respectu rei est, quod judex condemnabit eum virtute fictæ confessionis† quia lite contestata datur sentẽtia
44 condemnatoria in confessum, quam vis secus ante litem contestatam ut
45 ibidem Socin. † Cęterum quid erit dicendum, si judex requisitus nolit talem sententiam ferre contra non volentem jurare, & pereat instantia judicii utrum pars, quæ instabat ut juraretur, habeat aliquam actionem? Et quid si ille, qui recusavit jurare, incipiat de novo agere, an possit contra

eum

Digitized by Google

eam excipi, quod ceciderit, vel cadere debuerit à causa, lite ac jure suo, & sic non debeat audiri? Quæstio est ardua, & valdè intricata, ut Socin *d. c. cum in causa, num.* 42. ubi ad longum, recitatis aliorum opinionibus id discutit, ex mente aliquorum *in vers. primum quando*, adhuc subdit, quod duo circa prædicta sunt examinanda, primum quando nulla est lata sententia: secundum, quando est lata sententia, in causa principali, secundum justitiam causæ, non autem secundum istam pœnam recusationis jur. calum. Primo casu dicit, quod potest quandocunque agi, & excipi, maximè de jure canonico. † Per illud enim instantia non perit, ut Socin. *ibidem*, ac e- 46
tiam Panormit. *numer.* 24. & Diaz *reg.* 338. Vant. *in tractat. nullitat. in tit. de nullit. ex defect. jurisdict. num.* 126. Gravat. ad Vestr. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. ubi de communi. † quæ ratio Socini vera non videtur, & improbatur per ea 47
quæ tradit Roman *consil.* 174. *& consil.* 200. per pulchras rationes, & præsertim *d. consil.* 200. *sub num.* 11. *& 12.* dicit nullibi in jure canonico reperiri cautum, quod instantia non terminetur triennali meta, † ut de jure civili 48
statutum est. per text. *in l. properandum*; *C. de judiciis*, Sicut Romanus ubi suprà etiam tradit. Quam sententiam Romani, quod scilicet in jure canonico nullibi reperiatur cautum quod instantia triennio non pereat, est fortè vera, videlicet, quod expresse cautum non reperiatur: Nec ei obstabit, *c. venerabilis, de judic.* quia d. c. patitur plures intellectus, ut videre est apud Panormit. ibi in princip. & lex quæ habet varios intellectus, non potest induci ad decisionem causarum, Jas. *in l. admonendi, num.* 67. *& seq. ff. de jurejur. and.* Bellon. *consil.* 51. *num.* 6. militat tamen contra Roman. communis opinio, de qua Gravat. ubi suprà. † Firmant verò Panormit. *in d. c.* 49
cum in causa, num. 24. & Socin d. *num.* 42. id non procedere de jure civili etiam post peremptam instantiam, videlicet, quod possit quandocunque agi & excipi. † secundo casu dicit Socin. ubi supra, quod si fuit petitum, 50
vel exceptum, ut procederetur secundum istam pœnam, & hoc non obstante judex sententiavit secundum justitiam causæ principalis, non debet audiri amplius in alia instantia, ex quo illa petitio & exceptio fuit reprobata, sive sit reprobata expressè, sive tacitè; & quod non potest ulterius agi vel excipi, nisi appellatum sit, quando hæc petitio, & exceptio ordinatur ad eundem finem & variatur judicium de plenario ad plenarium, & sic obstabit prima sententia † si verò non fuisset oppositum in pri- 51
mo judicio; distinguit, quod aut venit per viam exceptionis, & non audi-

Digitized by Google

tur,quia antè debuit opponere: aut venit per viam actionis,& tunc auditur, quia agit ex alia causa, & Socin. *in dicto nu.* 42. *vers. circa secundum membrum* tunc,quando non fuit oppositum in primo judicio, non auditur postea per viam exceptionis, subdistinguit; quod aut nemo agit,& tunc clarum est,quod non potest excipi: aut actor agit fortè pro executione sententiæ,quam pro se reportavit,& tunc excipi poterit hoc modo,videlicet; [Dico quod tu non es audiendus, quia debes cadere a causa,quia noluisti jurare, & sic peto per judicem te condemnandum, cum de hoc delicto, & contumacia constet per acta notoriè.] quem excipiendi modum ponit etiam Panormitan. *in dicto capit. cùm in causa, n.* 25. *vers. quod secundum.* Aut reus id intentat per viam actionis, & debet audiri,si non fuit aliàs exceptum in primo judicio. Distinguit etiam, quod aut sententia lata super negocio principali fuit executioni demandata, & tunc nescit, quomodo possit reus agere ad dictam pœnam, cum per solutionem ejus quod debetur, extincta sit omnis actio actoris,& sic ab actione non valet cadere;aut sententia non est executioni demandata; & tunc reus debet audiri, si intentat per viam actionis, si verò pro reo, qui ratione non præstiti juramenti debebat haberi pro confesso, lata sit sententia absolutoria, dubitari potest,an actor post dictam absolutoriam latam super negocio principali, agere contra reum ratione non præstiti juramenti possit, ut habeatur pro confesso; & nihilominus Socin. *in d. num.* 42. *in fin.* inclinat in opinionem, quod reus non obstante tali absolutione obtenta,possit haberi pro confesso, ex quo ipse noluit jurare, & sic contra reum est præsumptio calumniæ, & similiter præsumitur,quod per calumniam sit absolutus. Hæc est materia ardua ex se, & magis ardua & intricata redditur ibi à Socin. ubi eum latè videre poteris, ac etiam Panormitan. *in dicto cap. cum in causa,n. vigesimo tertio & sequen.* & unum tantum dico,quod dum prædicti tractant post sententiam latam super negocio principali, egrediuntur fines quæstionis ab ipsis propositæ, & à me tactę suprà *hoc eodem capit. numer.* 45. quæ est circa peremptionem instantiæ,& novam actionem intentatam,& non circa ea, quæ aguntur post latam sententiam; nam si sententia est lata,& in termi-
52 no,non potest dici perempta instantia. † Et circa hanc materiam breviter dicendum puto,rejectis superfluis subtilitatibus,quod si actor jurare nolit, cadit à jure suo,& reus renuens jurare habetur pro confesso,& hæc habentur per judicis sententiam,ut suprà dixi, & sic patet,quod non secuta sententen-

Digitized by Google

tentia ſuper tali recuſatione juramenti, & caſu in pœnas ſuprà expreſſas & exprimendas etiam *infrà c.* 21. non oritur actio. (circumſcripta pro nunc illa ventilata quęſtione, an ex ſententia oriatur actio, ſeu exceptio pro illo qui inſtitit de calumnia jurari.) perempta itaque inſtantia, nullam poteſt dici remanere actionem ſeu exceptionem ſuper incurſu pœnarum prędictarum, ob non præſtitum juramentum calumniæ. Et idem dico ſi non eſſet perempta inſtantia, ſed ab actore derelicta, & ceſſa una cum actione priori intentata, & convolatum eſſet ad novam inſtantiam & actionem. Et ſic habemus breviter expeditam quæſtionem poſitam, ſupra *numer.* 45. † Judex tamen, qui requiſitus noluit procedere, ad ſimilem de- 53
claracionem, malè facit non miniſtrando juſtitiam parti petenti ſuper dicta declaratione caſus in præfatas pœnas ob juramentum calumniæ petitum, & neſcio quomodo in foro conſcientię tutus eſſe poſſit, & quod non teneatur parti prædictæ petenti ad reſtitutionem damnorum & intereſſe in foro poli, & in fori fori etiam in ſyndicatu ob non miniſtratam juſtitiam, & dico de ſyndicatu intelligendo de officialibus, qui tenentur ſtare ſyndicatui; aliqui enim non tenentur ſtare. † & ad ea, quæ Socin. tetigit, an 54
de præmiſſis, quod ſcilicet actor ab actione ceciderit, vel quod reus pro confeſſo haberi debuerit, agi vel excipi poſſit poſt ſententiam latam non ſuper tali recuſatione juramenti, ſed ſuper negocio principali & juſtitia cauſæ, breviter dicendum duco; quod juramentum calumniæ ſi petatur à parte præſtari, eſt pars ſubſtantialis judicii, & ordo illius, ut dixi ſuprà *cap.* 7. quę remittere judex non poteſt, etiam de conſenſu partium, ut dixi ſupra *cap.* 12. *num.* 32. & nihil in tali juramento habet agere judex, & ſi omittatur, proceſſus & ſententia ſunt ipſo jure nulla, ut dixi *d. cap.* 7. quibus ſtantibus, ſi judex ad ulteriora proceſſerit, rejecta tacitè ſeu expreſsè hujuſmodi petitione juramenti calumniæ, ſeu exceptione, quod actor ab actione ceciderit, vel reus habendus ſit pro confeſſo proceſſus & ſententia ſunt nulla ipſo jure, per prędicta, & ſic non obſtabit dicta ſententia, neq; aliqua rejectio tacita ſeu expreſſa judicis ſuper petitione talis juramenti & condemnatione in pœnas recuſanti jurare impoſitas volenti agere, ſeu excipere in alia inſtantia ſuper non præſtito juramento calumniæ, & condemnatione propterea fienda, licet Socin. aliter ſenſiſſe videatur. † quia 55
ſententia nulla non eſt ſententia, *l.* 4. *ſ. condemnatum. ff. de re judicata.* † Et 56
nullum operatur effectū. Rol. *conſ.* 39. *n.* 13. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 216. *n.* 12. Socin.

cin. *consil.* 18 *n.* 20. *lib.* 1. † post sententiam igitur prædictam latam super negocio principali & justitia causæ, puto illæsum jus remanere: tum per viam actionis, tum per viam exceptionis dicendi & excipiendi, quod actor cecidit à jure, & reus debet haberi pro confesso & petenti sic condemnari, si causa sit commissa per viam appellationis, sive per viam nullitatis tam conjunctim, quam divisim, & tam principaliter, quam incidenter; nec obstabit si oppositum sit in judicio, & judex non obstante tali exceptione processerit ad ulteriora, & sic videatur rejecisse tacitè talem exceptionem; & à dicta rejectione non sit appellatum, & sic videatur talem rejectionem fecisse transitum in judicatum; nam si juramentum calumniæ sit petitum & non præstitum, omnes actus facti ab eo, qui non juravit, vel à judice, sive expressi, sive taciti, contra petentem tale juramentum sunt ipso jure nulli, ut dixi. Et sic non obstat aliqua res judicata, & quod non sit appellatum, quibus addo, quod cum ex actis constet de delicto & contumacia non jurantis notoriè, ut colligitur ex modo excipiendi posito suprà *num.* 51. *ex Panormitan. & Socin.* constat de notoria injustitia judicis non condemnantis non jurantem, & sic ob istam notoriam injustitiam nullum transitum potest facere in judicatum aliqua judicis rejectio tacita seu expressa, etiam si appellatum non sit. hæc est mea sententia, quam credo veram ex præmissis: reliquas subtilitates potius scholasticas quàm forenses, & quæ ad mille non accidunt annos, vide per te apud eundem Socin. *d. n.*

58 42. Aliquando † evenire solet, quod judex pronunciat actorem cecidisse à causa, vel reum habitum pro confesso ob juramentum ex adverso petitum & non præstitum; pars verò adversa dicit, se non esse contentam, ut pronuncietur actorem cecidisse à jure suo, vel reum haberi pro confesso, & sic pœnis non esse contentum impositis recusantibus jurare de calum. sed instat cogi præcisè ad præstandum hoc juramentum; quod facere non potest ex Specul. *in tit. de juramento calumniæ, d.* §. 5 *num.* 6. *in fin.* quem refert, & sequitur Panormit. *in d. c. cum in causa, num.* 18. *in fin.* Socin. *in d. num.* 40. *vers. tertio decimo,* vide ad prædicta quæ latè traduntur infrà *cap.* 16. *num.* 135. 136. 137. & 140. Notandum tamen est, quod non semper actor re-

59 nuens jurare de calumnia cadit à jure suo, & reus habetur pro confesso. † nam excusatur quilibet ipsorum ex omni causa legitima, per quam quis potest recusare juramentum præstare. Socin. *in d. capit. cum in causa, numer.* 32. & 48. *& in capit. cæterum, de juramento calumniæ,* quæ causæ plures sunt.

Pri-

Digitized by Google

Prima † causa legitima est ratione judicis, cum is fortè esset, coram quo 60
non cogeretur jurare renuens, quamvis coram omni judice sit de calumnia jurandum. Socin. *in d. cap. cum in causa, numer. 49. in princip.* Id autem, quod dicitur coram omni judice jurandum, intelligitur de judice, qui competens sit, & coram quo præstari possit hoc nostrum juramentum. † 61
Secunda causa legitima est, cum ab aliquo exigeretur juramentum hoc præstari eo tempore, quo illud non teneretur præstare, Socin. *in d. cap. cum in causa, dicto num. 49. vers. secunda causa legitima.* ubi, judicio meo, frustra posuit distinctionem, quando petitur præstari ante vel post litem contestatam, quia dixi superius *cap. 1. & cap. 10.* quod præstatur tantùm post litem contestatam & non ante, ex communissima Doctorum opinione, & apertissimi juris decisione. † Tertiam causam ponit Socin. *in dicto cap. cùm in caus-* 62
sa, num. 50. quæ est, quando causa quæ agitur, est talis, in qua aliquis jurare non teneatur; de causis, in quibus necessarium non sit juramentum calumniæ, tractabo infra *cap. 20.* sed quia ibi Socin. dicit in hujusmodi causa cogendum jurare, si judici id expedire videbitur; isto casu limitandum secundum eum, est hoc dictum. Nec omitto, quod quamvis non adesset ista limitatio, mihi videtur à Soc. nulliter posita dicta causa, ex quo cum non sit necessarium juramentum in similibus causis, non eget excusatione ille, qui non jurat. † Quarta causa est, quando ambæ partes expresso 63
pacto vel tacito concordarent de non iterando, quia contumacia unius partis conpensatur cum alterius contumacia. Mar. Socin. *in d. c. cum in causa num. 51.* Panormit. *ibidem n. 20.* & hîc cogita, quid intelligendum sit per pactum tacitum, ut perpendendo Alber. tradidi supra *c. 12. n. 19.* & isto casu poterit judex dicere partibus, [si vos non juratis, ego vos non audiam, quia si ferrem sententiam non teneret] Socin. *d. num. 51.* Bart. Socin. *reg. 209. in 3. fallentia*, ut dixi suprà *num. 32. cap. 12.* quæ opinio intelligenda videtur, ut procedat ad effugiendam pœnam impositam nolentibus jurare, non autem ad validandum processum nullum, quia quoad hîc validandum credo non sufficere, quod unius contumacia cum alterius contumacia compensetur. † Quinta causa legitima est, si quis vovisset aut ju- 64
rasset non jurare, Socin. *in d. c. cum in causa, nu. 52.* sed quia de hoc dicam infrà *cap. 15. in declarat 2. & 3.* pro nunc desuper non firmo aliquid; & si ibi dicam, quod tenetur jurare, non obstante quod voverit aut juraverit non jurare, evanesceret ista causa, si verò ibi dicerem non posse cogi, esset

Digitized by Google

hæc causa legitima ad excusandum à pœna statuta nolentibus jurare, sed non ad validandum processum nullum, ut proximè dixi de quarta causa.

65 † Sexta causa legitima est, cum quis non dolo, vel malitia omittit jurare de calumnia, sed potius ob incuriam, & aliquam inadvertentiam vel adversarii malitiam, utpote quando adversarius in loco non consueto tale juramentum petiisset excipiendo, ad quod altera pars non advertisset, Socin *in d. cap. cum in causa, n.* 23. sed quia superiùs dixi *c.* 7. nullam judicii partem inconsuetam ad id petendum dici posse; ideò super hoc non poterit multum se fundare ille, qui non juravit. † & quatenus excusare velimus hanc sextam causam, & quod sit legitima, intelligendum id esse duco quoad excusandum à pœna imposita non jurantib. non autem à nullitate pro-

66 cessus. † Septima causa legitima excusandi spectat ad reum, & est, quando actor aliquid dolosè peteret, quia isto casu contumacia rei compensatur

67 cum dolo actoris, Socin. *in d. cap. cum in causa, nu.* 32. † Et dolus suus & fraus nemini patrocinium debent impertiri, *c. quæ fraternitatis, §. fin. de cleric. non*

68 *reſiden.* † Causa octava excusandi eundem reum, est, quando sumus in casu, in quo vera ejus confessio non præjudicaret, & rei qualitas id exigeret, veluti quando actor tale quid petiisset, & expressisset in sua narratione, & petitione, propter quod reus esset absolvendus, exempli gratia (ut utar exemplo, glos. infrascriptę. Tu agis contra me, quod per metum, qui caderet in constantem virum, confessus sum accepisse à te mutuo centum; ex hoc enim quod tu dicis per metum me confessum fuisse, sum absolvendus, glos. *in d. l.* 2. *§. fin. autem reus, in verbo, rei qualitas.* Socin. *in d. ca. cum*

69 *in causa, num.* 32. & Panormit. *nu.* 14. *in fin.* † Censeor enim me confessum

70 cum qualitate dictæ narrationis & petitionis, *d. gl. in d. verbo, rei qualitas.* † Et ille, qui non vult jurare, debet allegare causam, ob quam non vult jurare, innuit Socin. *in d. capitul. cum in causa, numer.* 36. *versicul. advertе tamen quia Dominus meus, in fin.* Ego autem credo non solum esse necesse allegare causam, sed etiam illam probare, saltim summariè in actis, aliàs quod non sufficiat allegatio nolenti jurare, nec ad effugiendas pœnas

71 impositas non jurantibus, neque ad effugiendam nullitatem processus, & sententiæ. † Cæterum ad hoc, ut quis cadat à causa, si est actor; vel habeatur pro confesso, si est reus, requiritur de necessitate, ut sit monitus à judice, & non sufficit quod sit monitus à nuncio ad jurandum de calumnia, ita voluit Curt. *in d. l.* 2. *§. quod si actor num.* 1. 2. *& 3. C. de jur. jurand. propter calumniam*, & dicit sic tenere Bart. post Andr. de Batulo *in l. locorum, C. de o-*

nm

Digitized by Google

mni agro deſerto, lib. 11. ſubdens eodem num. 2. aliquos inſulſe falſum iſtud dictum Bartol. aperto ore dixiſſe, & quod malè locuti ſunt. quam Curt. opinionem limitandum puto, quando in loco non adeſſet ſtylus ſeu conſuetudo, quę eſt altera lex, & ſæpenumero interpres legis in contrarium, videlicet, quod ſufficeret per nuncium moneri ad jurandum, præcedente tamen monitionem nuncii decreto judicis, quia dictum juramentum defertur authore prætore, ut dixi ſuprà *cap.* 6. *in princip.* † prout etiam dicitur 72
de monito reſpondere poſitionibus, qui ſi non reſpondeat, habetur pro confeſſo, Dec. *conſ.* 34. *nu.* 2. Specul. *in tit. de poſitionib.* §. 9. *n.* 4. Mando. *in tract. de monitoriis, q.* 46. Jodoc. *in ſua pract. civili, c.* 154. *n.* 25. Diaz. *reg.* 565. Marant. *in ſpecu. parte*, 6. *in tit. de appellatione, ejus definitio &c. nu.* 358. Pet. Vanderan. *in pract. lib.* 3. *c.* 4. *axiom.* 3. Cepolla *cautela* 50. ubi dat cautelam, ne habeatur pro confeſſo. Vivius *lib.* 2. *opin.* 678. *n.* 19. † Et ſicut habetur 73
pro confeſſo ſi non reſpondeat, ita etiam pro confeſſo habetur ſi reſpondeat, ſed imperfectè; Bellon. *conſ.* 65. *n.* 11. Lallus *ſuper conſtitutionib. regni, lib.* 2. *rub. de proceſſ. judicis. n.* 13. † Verum non habetur pro confeſſo juſſus re- 74
ſpondere poſitionibus, niſi concurrant hęc tria, videlicet, quod ſit præſens in judicio, & ſint ibi lectæ poſitiones: ſecundum, quod ſit juſſus à judice: tertium quod ſine rationabili cauſa recuſet reſpondere: quæ probantur ex Diaz. ubi ſuprà *Donato à Fina, in enbirid. regu. juris, lib.* 3. *in verbo, poſitio, in verſ. poſitionibus* Papien. *in gloſ. in verbo, eidem tranſmiſſarum, in rub. forma excipiendi contra poſitiones,* Addent. ad Pap. *in rub. forma poſit. actor. in gloſ. ponit per ſacramentum calumniæ, num.* 4. *literà C. in verbo, confeſſo.* Ex quibus conſtat debere eſſe monitum à judice, ut habeatur pro confeſſo contumax in reſpondendo poſitionibus: Cauſę † autem juſtę non reſpondendi poſitio- 75
nibus, ſunt omnes illę, propter quas monitus non tenetur reſpondere, quarum aliquas breviſſimè enumerabo ad publicam tyronum utilitatem, cum materia poſitionum frequens ſit in judiciis: † Primò, monitus non 76
tenetur reſpondere poſitionibus criminoſis. Pap. *in forma excipien. contr. poſit. in gloſ. detegentes perjurium. n.* 2. *& ibi Zilet. & Maſſu. in addit. in verbo, poſitioni.* Jodoc. *d. cap.* 154. *numer.* 22. Lanfranc. *dicto. cap.* 6. *num.* 14. Veſtr. *in practic. liber.* 5. *capitul.* 14. *de poſitionibus*, & ibi Gravat. *ſub numer.* 5. *verſicul. idque dum, numer.* 14. Lallus *in dicta rubric. de proceſſu judicis, numer.* 19. Gozadin. *in repetit. l. is apud quem, numer.* 17. *C. de eden.* Speculat. *in titul. de poſitionibus*, §. 7. *numer.* 40. Bartol. *in l. tranſactione. C. de tranſaction.*

Capu-

Digitized by Google

Caputaquenſ. *deciſio.* 327. *ſeu prima, numero* 5. *in verbo, poſitiones, & articuli, parte* 2. Rota *deci.* 749. *n.* 1. *parte* 3. *lib.* 3. *in impreſſis diverſo.* † Sed iſta concluſio pati-
77 tur aliquas limitationes, quarum prima eſt, quod dicta concluſio procedit, quando judex interrogat & facit poſitiones inſtante parte, non autem quando eas facit ex officio, quia dum ponit, & interrogat ex officio, tenetur reus reſpondere poſitioni criminoſę. Pedemont. *deciſ.* 66. *num.* 11. ubi
78 alios citat. † Secundò fallit principalis concluſio, quando poſitio criminoſa concernit tantùm pecuniarium incommodum, Gozad. *d. num.* 17. † Tertiò fallit, quando ſuper quo interrogatur, locupletaretur cum aliena
79 jactura, Gravat. ad Veſtr. *ſub d. num.* 5. *d. verſ. ſed dum. num.* 18. † Quartò
80 fallit in cauſa criminali, in ea enim tenetur reſpondere Purpurat. *in d. l. is*
81 *apud quem. nume.* 13. † Quinto fallit, quando crimen de quo agitur in poſi-
82 tione, conſtaret in actis, quæ notorium faciunt. † & notandum eſt, quod poſitio detegens turpitudinem dicitur criminoſa. Rota *d. deciſ.* 749. *n.* 3. & ſuapte natura talis poſitio eſt criminoſa ad hoc, ut teneatur monitus illi reſpondere licet ponens ad hunc effectum ſe non poſuiſſe aſſerat, ut
83 Rota ubi ſupra *d. num.* 2. † Secundò monitus non tenetur reſpondere poſitionibus captioſis. Jodoc. *d. cap.* 154. *nume.* 17. Papien. *in d. rub. forma ponen. cont. poſition.* Lanfr. *in pract. d. ca.* 6. *num.* 12. Lallus *in d. rub. de proceſſu*
84 *judicis num.* 15. Gravat. ad Veſtr. *d. num.* 19. *in fin.* † quando autem dicatur poſitio captioſa, vide Gravat. *d. num.* 19. Papien. ubi ſupra proximè *in verbo, captioſæ.* † Nec omittendam duco unam ſpeciem poſitionis captio-
85 ſę, quæ à pleriſque pravis hominibus concipi ſolet non ad eruendam veritatem, ſed ad illaqueandum adverſarium ſimplicem, & eſt talis; A. mutuavit B. centum abſque teſtibus amicabiliter, quæ centum B. reſtituit ipſi A. ſimiliter abſque teſtibus; A. movet litem contra B. pro dictis centum, & facit poſitionem, in qua continetur, quod A. actor mutuavit B. reo dicta centum, ſi B. reſpondendo negat poſitionem, peccat, ſecundum aliquos, quem articulum controverſum ſatis prætirire volo brevitati conſulens, ſi fatetur ſe mutuo habuiſſe, ſed reſtituiſſe remanet in damno, quia reſponſio probaret contra reſpondentem de mutuo recepto, quoad reſtitutionem verò ei non crederetur, quia ſuper ea parte reſtitutionis non defertur juramentum Jaſ. *in l. manifeſtæ, num.* 7. *verſ. item adde & num.* 8. *verſ. ego teneo. ff. de jurejur.* Boer. *deciſ.* 339. *num.* 3. *& ſeq.* captioſitas autem hujus poſitionis non oritur ex aliquo verbo captioſo appoſito; ſed ex actu reſpon-

Digitized by Google

ſponſionis, quia ei ſimpliciter reſponderi ſine præjudicio nequit, cum ponens explicet actum mutui, & demat actum reſtitutionis. Cui poſitioni multiplex fieri poterit reſponſio.† Prima reſponſio eſt dicendo. [Si quid 86
mihi B. mutuavit A. reſtitui,] Jaſ. *d. num.* 7. Purpurat. *in d.l. manifeſtæ. n.* 34. *& ſeq.* Alciat. *in l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter. num.* 74. *de verbor. obligat.* Ripa *in l. hæredes, num.* 31. *ff. de vulg. & pupil.* Gravat. *ubi ſuprà num.* 14. Sylva nuptial. *in verbo, monitoriæ, nu.* 53. Maranta *in ſpeculo in* 6. *par. principali, in* 5. *caſu judiciali, num.* 28. Gomez. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 3. Boer. *deciſ.* 339.† Secunda reſpon- 87
ſio eſt dicendo, [Nihil mihi B. mutuavit A. ex quo ipſi A. ſim debitor.] & iſtam reſponſionem reperire licet apud Jaſ. & alios ſuprà relatos.† Ter- 88
tia reſponſio eſt, dicendo, [Nego contenta in poſitione eſſe vera eo modo, quo continentur] Covarruv. *d. ca.* 2. *num.* 3. ubi reddit rationem, quod licitè poſſit id facere, cum actor malitiosè petat, & judicium proſequatur, & ponat tantùm de mutuo, quod non eſt amplius mutuum, ſtante reſtitutione; † & nulla competat actio, quæ per ſolutionem fuit extin- 89
cta, §. 1. *Inſtit. quib. mod. tollit. oblig.* † ſed dicta reſponſio reincidit in eam 90
quæ paſſim fit, & ſcribitur per notarios, [Non credit ut ponitur,] quę forma reſpondendi non eſt bona, ubi ſtatutum viget, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur, Speculat. *in tit. de poſition. §. ſeptimo videndum, nu.* 23. Luc. Pet. *in praxi Capitolin. cap.* 4. *de poſition. num.* 2. *libr.* 2. Licet Papien. *in forma excepr. contr. poſitio. ſuper verbo, primo quod, num.* 6. id non voluerit decidere, ſed cogitandum reliquerit. † ſi tamen poſitio eſſet implicata, in re- 91
ſponſione ei fienda admitteretur talis modus reſpondendi, non obſtante ſtatuto prædicto, Petus *d. cap.* 4. *num.* 20.† Quarta reſponſio poteſt eſſe, di- 92
cendo, [Nego contenta in poſitione, ad effectum & finem, ad quem ponitur, fuiſſe & eſſe vera, & aliquid amplius ex ea cauſa deberi,] & iſthæc eſt tutior reſponſio.† In iſtis terminis dicit reclamandũ eſſe judici, qui eã 93
reformet, Alc. *d. n.* 74.† Quinta reſponſio, ſed in alio caſu poteſt eſſe, vi- 94
delicet A. mutuavit B. centũ, ſolvit B. in una manu vigintiquinque, in alia manu alia 25. & in alia manu pro reſiduo quinquaginta, in ducentis cadis olei, & hoc modo B. reus concipit poſitionẽ: ſed A. actor concipit reſponſionẽ, ut infrà, videlicet, [Premiſſa proteſtatione quod reſponſio ad poſitionẽ partis adverſæ nullo modo dividi poſſit, neq; valeat in parte acceptari, & in parte refelli: ſed in totum prout jacet approbetur, vel prorſus recuſetur, cum intentionis ſuæ non ſit aliter reſpondere, quàm tota reſponſio ſimul cantat, & quatenus integra reſponſio, prout jacet non acceptetur,

Digitized by Google

vult eam haberi pro non facta, irrita & nullius momenti, & ſub hac expreſſa conditione reſpondens, & non aliàs, aliter, nec alio modo dixit primas duas partitas concernentes pecunias eſſe veras; oleum autem recepiſſe, ſed ab adverſario donationis titulo datum non autem ad computum dicti mutui.] quam reſponſionem dicunt quidam Practici neoterici in totum acceptandam eſſe vel reſpuendam, & verum eſt propter illas dictiones reſolutivas dictæ reſponſionis, videlicet, [non aliàs, aliter, nec alio modo.]

95 & propter proteſtationem, & conditionem appoſitam. † ego tamen credo, quod cum in præmiſſa reſponſione ſit facta reſponſio ſub conditione, poterit judex cogere A. ad reſpondendum præcisè, ſub comminatione de habendo ipſum pro confeſſo, quia conditio, ſub qua reſpondet nihil in eſſe ponit. Et quamvis prædicta videantur militare, quando ſit partitum litis deciſivum, habent locum etiam in poſitionibus, quia faciens poſitionem ſub juramento litis deciſivo negare non poteſt, quod faciat poſitio-

96 nem. † Tertiò non tenetur monitus reſpondere poſitionibus incertis. gloſ. *in d. l. 2. §. quod obſervari. in verbo exiſtimat, verſ. ſic ergo nota*, Speculat. *in tit. de poſitionibus, §. 6. num. 17.* Papien. *ubi ſuprà in gloſ. incerta, num. 2.* † Ad quod

97 notandum eſt, quod poſitiones fieri non debent ſub disjunctiva: quia disjunctiva continet incertitudinem, Lallus *in d. rub. de proceſſu judicis, num. 11.*

98 † Quartò, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus generalibus, Speculat. *in d. tit. de poſitionibus, §. 7. videndum, nume. 19.* Papien. *ubi ſuprà in gloſ. generales*, & ibi Maſſu. Jodoc. *in d. cap. 154. num. 16.* Alciat. *in dicta l. 1. §. ſi. quis ſimpliciter, num. 72. verſ. ego puto*, ubi dicit judicem non debere admittere poſitiones ita generales in cauſa mutui, Lallus *ubi ſuprà num. 14.* & iſtæ poſitiones generales ſemper interpretantur contra ponentem, ut per Be-

99 to. *conſ. 160. num. 2. l. 2.* † Quintò, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus non habentibus tempus expreſſum, Mynſing. *cent. 1. obſerv. 29.* Addent. ad Lanfran. *in pract. d. ca. 6. verſ. limitabis iſtud dictum ſcilicet. ſub num. 17.*

100 † Sextò, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus obſcuris, Papien.

101 *ubi ſuprà, in gloſ. obſcura, num. 1.* Jodoc. *d. cap. 154. num. 11.* Septimò, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus impoſſibilibus, Jodoc. *d. cap. 154.*

102 *n. 21.* Papien. *ubi ſuprà in gloſ. impoſſibile.* † Octavò, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus impertinentibus, Jodoc. *ubi ſuprà nu. 10.* Papien. *ubi ſuprà in gloſ. impertinentes*, Lanfranc. *d. c. 6. n. 7.* Mynſing. *cent. 5. obſer. 88. circa medium, in verbo, & non admittendi.* Gravat. *ubi ſuprà in addit. d. capitul. 14. ſub*

103 *numer. 5. in verſicul. idque dum, ſub num. 19.* † ſed quod contrarium ſervetur de

Digitized by Google

de stylo, & quod respondere teneatur voluit Rota *decis. 24. de testibus, in Antiq. & decis. 2. de sequest. possess. in novis.* † quando autem positiones seu 104
articuli dubitatur an sint pertinentes vel impertinentes, sunt à judice admittendæ, ne processus retardetur, & isto casu consueverunt admitti cum clausula [Salvo jure impertinentium & non admittendorum] Gramatic. *decis. 45. numer. 5.* Paris. *consil. 67. num. 14. & 38. & seq. lib. 3.* Natta *cons. 20. num. 5. lib. 1.* Et dicta clausula apposita facit, ut positiones, & articuli non 105
admittendi habeantur pro non admissis Gravat. *in addatio. ubi suprà numer. vigesimo sexto.* † Et si aliquis testis desuper examinaretur in aliqua positio- 106
ne, seu aliquo articulo impertinente, dicta testis & omnia inde secuta rejicerentur, Maranta *in speculo parte 6. sub rub. de position. & articulor. product. actu 5. nu. fin.* † Et positiones, & articulos hujusmodi, si impertinentes sint, 107
judex poterit illos ac illas rejicere, etiam post factas probationes, Stracca *in annota. ad Gravett. cons. 23. n. 2.* † Et neque cum dicta clausula [Salvo ju- 108
re impertinentium, & non admittendorum] admitti debent, si sunt impertinentes, & judex melius faceret prius discutere, an sint admittendæ & admittendi necne. Andr. Gaill. *pract. observat. lib. 1. observat. 81. num. 2.* Gravat. *in addit. in d. c. 14. num. 26.* Stracca *in annotat. d. consil. 23. numer. 1.* Paris. *cons. 97. num. 134. lib. 1. & cons. 67. num. 38. lib. 4.* Roland. *cons. 34. num. 13. lib. 3.* Aymo *d. cons. 23. num. 4.* Menoch. *cons. 2. num. 236. lib. 1.* † Inter 109
positiones & articulos, ac etiam capitula videtur aliqualis differentia, ut conjicitur ex Maranta *in d. speculo parte 6. principali, 4. actu rub. de posit. & c. n. 1. & sequ.* † Hodie autem materia positionum, & articulorum confundi- 110
tur, & consueverunt per eadem verba formari positiones & articuli, videlicèt, dispositivè ponendo. [Item ponit, &c. & quatenus opus sit probare vult, & intendit,] ut per Luc. Petus *in pract. Capitol. lib. 2. cap. 4. de positionib. & ante eum Franc. in cap. fin. de jurejur. an. nrm. 2.* & Gramatic. *cons. 141. numer. 10. in civil.* Ideò insimul tradidi materiam ad utrosque spectantem, maximè autem cum eadem clausula, [Salvo jure impertinentium, & non admittendorum] apponatur tam positionibus meris, quam articulis meris. † Nono non tenetur monitus respondere positionibus juris tum civilis, 111
tum etiam municipalis, Papien. *ubi suprà in glos. potius in jure*, Jodoc. *capit. 154. num. 19.* Bart. *in l. 1. ff. si cert. petat.* Speculat. *in tit. de position. §. 7. videndum n. 29.* Franc. *in c. fin. n. 16. de confess. in 6.* Lanfr. *in d. c. n. 10.* Mynsing. *cent. 5. obs. 88. circa med. vers. quia artic. juris glo. in d. l. 2. in verbo existim. quod obser-*

Digitized by Google

vari, C. de jurejuran. propter calumn. Franciscus Curt. in l. si quis ex fulsis, nu. 29.
112 C. de transactionibus † Et dicentur positiones juris etiam, quando continerent illa verba [Solemniter & legitimè.] Lanfranc. d. capit. 6. num. 10. in
113 fin. † Decimò, non tenetur monitus respondere positionibus in consuetu-
114 dine fundatis, secundum Papien. in dicta glos. potius, num. 3. † Contrarium tamen & verius, quod scilicet teneatur respondere, tradiderunt Lanfranc. d. cap. 6. num. 10. Mynsing. d. observ. 88. circa med. in vers. secus est in positum.
115 Quia † quamvis consuetudo sit altera lex, & dicatur jus non scriptum, ut dixi supra capit. 13. num. 12. ut positioni fundatæ in jure non sit respondendum, ut dixi supra num. 111. ea quæ dixi supra num. 111. intelligi debent de jure scripto, & quod monitus respondere non teneatur respondere positionibus fundatis in jure scripto civili, seu municipali, non autem intel-
116 ligitur de positionibus fundatis in jure non scripto. † Undecimò, non tenetur monitus respondere positionibus, in casibus in quibus juramentum litis decisivum recusare potest, Nevizan. cons. 7. nu. 8. Purpurat. in d. l. ma-
117 nifestæ. num. 22. & citata per eum ibi sub num. 45. † Duodecimò, non tenetur monitus respondere positionibus productis post lapsum termini ad probandum, Papien. in forma excipien. contr. position. vers. 1. numer. 1. Maranta
118 in pract. in 6. parte princ. in 4. actu judiciali, num. 10. Istud tamen fallit, quando judex ex officio faceret positiones, illas enim facere potest judex, nedum post lapsum termini ad probandum, verum etiam post conclusum in causa, secundum Gaill. pract. observat. lib. 1. observat. 107. num. 6. Ubi id ampliat non solùm ad declarationem retroactorum, sed etiam in vim no-
119 væ probationis, & ad fundandam intentionem partis. † quod ad judicem enim nunquam concluditur, ut Gaill. d. observat. 107. nume. 5. & dixi supra
120 cap. 10. num. 50. † Decimotertiò, non tenetur respondere positionibus superfluis. Papien. ubi suprà in glos. in verbo, superfluæ, Lanfranc. d. cap. 6. num.
121 11. Jodoc. d. cap. 154. nu. 9. † Decimoquartò non tenetur monitus respondere positionibus non dispositivè, sed interrogativè conceptis. Vestr. in practic. lib. 5. cap. 14. de position. & ibid. Gravat. in addit. vers. idque dum in litera C. num. 19. Pap. ubi suprà, in glos. detegentes. Specul. in tit. de position. §. 7. num. 20. Maranta in practic. in 6. part. princip. in 4. actu judiciali, numer. 13. Rota decis. 3. num. 1. de sequest. possess. & fruct. in novis, & coram Paleotto decis.
122 396. incip. productis, col. 1. in manuscriptis. † Istud tamen fallit in præparationib. quę ab aliq. vocantur positiones ante litem contestat. sed impropriè, & fiunt

Digitized by Google

fiunt interrogativè, & tamen eis respondendum est, per Rot. *d. decis. 3. de sequest. possess. & fruct.* † Decimoquintò, non tenetur monitus respondere 123
positionon contentis non comprehensis nec intellectis, sub juramento, *glos. in d. §. quod observari, in verb. existimat.* Jodoc. *d. c. 154. num. 6.* † Decimosextò, non tenetur respondere monitus positionibus quibus semel re- 124
sponsum fuit Specul. *d. tit. de position. §. 6. tractandum, numer. 3. vers. non ergò respondere*, Franc. *in c. fi. n. 10. de confess. in 6*, † & licet glos. *in d. verb. existimat. in fi.* videatur tenere, quod sæpius super eodem possint fieri positio- 125
nes, dicendum est quod aut d. glos. procedit in positionibus quæ alias fuerunt negatæ, vel quib. per adversarium non fuit responsum, in quibus casibus etiam adessent aliquę difficultates; aut ipsa gl. falsa est; nam si responsum fuit & confessatum quod ponitur, esse superflua nova positio, & incideret ponens in posita per me suprà *cap. 2. n. 3. & seq.* ubi habetur, quod jurans de calumnia non exiget probationem, nisi quàm pro veritate putabit necessariò exigendam. † Decimoseptimò, non tenetur monitus re- 126
spondere positionibus requirentibus alium, quàm respondentem, qui respondeat Jodoc. *d. cap. 154. num. 12.* † Decimo octavò, non tenetur moni- 127
tus respondere positionibus contrariis, Lanfranc. *d. cap. 6, num. 8. d. gloss. in d. §. quod observari, in verbo, existimat.* † Imò si eis responderet, esset perju- 128
rus, Lallus *in d. rub. de processu judicis, num. 26.* † Decimononò, non tenetur 129
monitus respondere positionibus aliàs decisis per juramentum, Gravat. *in addit. ad Vestr. d. cap. 14. in lit. C. in d. vers. idque dum num. 19.* † Vigesimò, 130
non tenetur respondere monitus positionibus continentibus utrum respondens bona vel mala fide possideat. Gravat. *in addit. d. numer. 19.* † Vi- 131
gesimoprimò, non tenetur monitus respondere positionibus continentibus factum alienum, Papien. *in d. rub. in glos. & in facto alieno, l. fin. in fin. ff. pro suo, l. Marcellus, §. fin. ubi glos. in verbo, de alieno facto, ff. rer. amot. glos. in d. §. quod observari in d. verbo, existimat.* Specul. *in d. tit. de position. §. num. 11.* Gravat. ad Vestr. *d. cap. 14. num. 19. vers. nec super facto*, Perusin. *decis. 8. nu. 15.* Lallus *in d. rub. de processu judicis, num. 17. glos. in cap. 2. in verbo, absque rationabili, circa princip. vers. item si sit de facto alieno, de confessis, in 6.* vide tamen Mynsinger. *cent. 5. obser. 54.* contrarium tradentem cum aliquali tamen moderatione † ad quod sciendum est, quod si tales positiones super alie- 132
no facto fiant, & respondens sciverit; si convincatur de mendacio, poterit contra eum jurari in litem, Gravat. *ad Vestr. d. cap. 4. num. 25.* † Vigesi- 133
mo

Digitized by Google

mo secundò, non tenetur monitus respondere positionibus negativis. Jo doc. *d. cap.* 154. *num.* 15. Gravat. ad Vestr. *d. cap.* 14. *vers. idque dum, nu.* 1. *d. glos. in d. §. quod observari, in d. verbo, existimat vers. item videtur, glos. in c.* 1. *in verbo, negativas, de confessis. in* 6. Speculat. *in tit. de position. §.* 5. *supereſt, n.* 15. *& sequ.* Paleott. *d. decis.* 396. *in vers. item etiam dictum fuit.* Mascar. *de probat.*
134 *conclus.* 1177. *num.* 29. † Contrarium autem videlicet, quod admittendæ sint tales positiones, & eis respondendum, videntur sensisse Papien. ubi suprà, *in glos. ac negativæ, num.* 1. Lanfranc. *in d. c.* 6. *num. glosella marginalis ad glos. in d. verbo, existimat.* Maranta *in Speculo dicta parte* 6. *princip.* 4. *actu, n.* 1. *in*
135 *fin.* † Quas duas contrarias opiniones distinctionum fœdere conciliandas existimo, ut scilicet prima opinio negativa locum habeat, si pars adversa producat, & instet respondere. Secunda verò opinio affirmativa procedat, quando judex ex officio quærit, & hęc colliguntur ex *d. glos. in d. verbo,*
136 *existimat. in fin.* † Vel quod prima opinio procedat in negativis meris, & non coarctatis loco & tempore, Gravat. *in addit. ad Vestr. d. cap.* 14. *num.* 19. *vers. nec insuper,* Paleott. *in d. decis.* 396. *vers. item etiam dictum fuit.* secun-
137 da verò opinio in negativis non meris, nec coarctatis loco & tempore. † Vel quod prima opinio procedat, quando judici videtur justa de causa & æquitate suadente tales positiones minimè admittendas, secunda verò opinio, quando judici ex eadem causa, & æquitate videtur tales positiones admittendas, & hæc colliguntur ex dictis per Specul. *in d. num.* 15. *& ibid num.* 18. Paleott. *decis.* 396. *col.* 2. *in manuscriptis,* & hæc distinctio fuit Franc. Curt. *in tract. de positionib. num.* 36. teste Franc Hercul. *de probat. negat. n* 209.
138 † Et eam reprobat Hercul. ibid. ex ea ratione, quod nihil particulare esset in positionibus negativis, cum & affirmativas rejicere possit judex, *si co-*
139 *g noverit illas impertinentes, & non necessarias.* † Vel distingue cum d. Herculano, ubi suprà, quod aut constat de manifesta iniquitate & calumnia positionum negativarum, quas admitti instatur, & quibus responderi petitur, ut puta si essent improbabiles, & tunc procedat prima opinio negativa, *ex c.* 1. *de confessis, in* 6. *verb. æquit.* arguendo à contrario sensu; aut apparet de manifesta æquitate, & tunc admittantur, ut quando constat negativas esse probabiles: & hoc idem servandum dicit quando essemus in dubio, an admittendæ essent nec ne, & quod tunc favore proba-
140 tionis admitti debeant. † Subdit etiam Herculan. *d. num.* 208. *in fin.* quod quando positiones negativæ admittantur, ibi & contra præsumptionem
141 juris, & de jure admittuntur, ex Dec. *cons.* 64. *n.* 5. † Vel distingue, quod

aut

Digitized by Google

aut debens respondere novit veritatem positionum negativarum, & tunc procedat secunda affirmativa præmissa opinio, ut declarat Spe. *in tit. de position. §. quinto superest, sub num. 17. circa fin. vers. & is contra quem.* prima verò negativa procedat, quando is, quem respondere petitur, ignorat veritatem positionum negativarum: Et isto primo casu cogi potest ad respondendū monitus ex Speculat. ubi suprà proximè Secundo casu præmisso non potest cogi. † In dubio autem præsumeretur dictarum positionum negativarum ignorantia, quę regulariter præsumitur, *l. verius, ff. de probat. & ibi glos. in verbo, obligata,* Cephal. *cons.* 441. *num.* 77. *lib.* 3. † Vigesimotertiò, non tenetur respondere monitus positioni alternativæ Franc. *in cap. fin. num.* 13. *de confess. in* 6. Fallit tamen id, si alternatio proveniret ex contractu. addit, ad Speculat. *in addit magna, vers. non admittitur positio, n.* 16. † Vigesimo quartò, non tenetur monitus respondere positionibus datis per modum exceptionis, Luc. Petus *in practic. Capitol. c.* 4. *nu.* 10. † Vigesimoquintò, non tenetur respondere monitus positionibus, quę continent aliquid existens in animo respondentis, Paul. de Castr. *in l. ponit, num.* 8. *C. de jure deliber.* Maranta *in speculo, parte* 6. *prin. membr.* 7. *n.* 14. † Vigesimosextò non tenetur monitus respondere positionibus concernentibus bonum jus, quando respondens habet autorem obligatum de evictione; nam licet respōsurus sciat bonum jus adversarii, non est compellendus ad respondendum, ne vel negando in perjurium incurrat, vel confitendo sibi paret præjudicium contra autorem Bart. *in l. at qui natura, §. cum me, n.* 5. *ff. de negoc. gest.* Corn. *cons.* 50. *in fi. lib.* 2. Rimin. *cons.* 205. *n.* 14. *lib.* 2. Vigesimoseptimò, non tenetur respondere monitus positionibus multiplicibus. Pedemont. *decis.* 176. *ubi de communi,* † & ipse respondens potest instare, ut ponens melius explicet factum & distinctè; vel ipsemet respondens valet dividere multiplices compositiones Spe. *in tit. de posi. §.* 7. *n.* 21. Papien. *ubi suprà in glos. multiplices.* † Et etiā judex poterit revidere positionem multiplicem, & eam dividere, Spec. *d. §.* 7. *n.* 24 † Vigesimooctavò, non tenetur monitus respondere positionibus detegentibus turpitudinem respondentis, quia turpitudinem suā nemo debet allegare, ex regula vulgata, sumpta ex *l. si creditorib. C. de serv. pign. dat. ma. l. transact. la.* 2. *C. de transact.* quam ponit Alph. *in Collecta. nu.* 364. ubi multa in id cumulat. † prout de positione detegente perjurium respondentis, & quod ei respondere non cogatur monitus, tradit Lall. *d. rub. de proce. jud. n.* 15. † Et de positione continente excommunicationē, tenuit Rota *dec.* 9. *de resc. in Antiqu.* † An autem hoc idem dicendum sit de teste interrogato de proprio

142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154

Digitized by Google

vitio, per quod repelleretur à teſtimonio, prout ſæpe in in terrogatoriis cõtingit fieri, & quod reſpondere debeat, vel non debeat? vide apud Specu. *in tit. de teſte*, §. 6. *n.* 22. Seraphin. *de privileg. juram. in privileg.* 33. *n.* 197. Vivium
155 *lib.* 3. *opin.* 912. Boer. *deciſ.* 245. *n.* 6. *in fin.* † Vigeſimonono, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus objectivam materiam continẽtibus, niſi poſitiones ſint benè ſpecificatæ, & diſpoſitivè conceptæ Rota *deci.* 29. *de teſtibꝰ in antiquioribus*, quod procedit in materia merè objectiva, in qua adverſarius verificata objectione, vel jus non haberet, vel privandus, aut aliàs re-
156 pellendus veniret. † Fallit tamen præmiſſa concluſio in poſitionibus, ſeu articulis licet objectivis, alicujus defectus, qui ſunt de jure dantis; quia pendent ex gratia obtenta, ut quando ageretur ad verificationem gratiæ, & ſi neutri, in qua objectio eſt de jure dantis, ut habetur *in deciſ.* 1. *ubi addit. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. in novis*, & ideo in eis non requiritur exacta ſpe-
157 cificatio, ſicut in merè objectivis, ut ibi dicitur *in verſ. ratio quia.* † Trigeſimò non tenetur monitus reſpondere poſitionibus aliàs indebitis, Lallus *ubi ſuprà num.* 18. Multi alii ſpeciales caſus poterunt reperiri in quibus monitus non tenetur reſpondere poſitionibus; & inſuper alia quamplura dici poſſent utilia pro tyronibus in materia poſitionum; ſed quia meum inſtitutum fuit non magnum librum & refertum mille variis materiis, ſed utilem & reſtrictum ad hanc materiam jur. cal. edere ſtrictè, in his non immoror; & prædicta dixiſſe ſufficiat quo ad hanc materiam, quia anſam nobis præbuit quædam in præmiſſis ſymbolizatio inter juramentum calumniæ, & poſitiones prędictas, & illarum juramentum; ſicut enim renuens jurare de calumnia pro confeſſo habetur, ita & in poſitionibus nolens reſpondere; & ſicut in juramento calumnię nolens jurare ex aliquibus cauſis excuſatur, ſic in nolente reſpondere poſitionibus obſervandum eſt, ut ſcilicet ex præmiſſis cauſis excuſetur. Et redeundo ad noſtrum ju-
158 ramentum dicitur, † quod incidit ad hoc capitulum ſpectans quæſtio, quod adſunt in multis civitatibus ſtatuta, ut unus pro alio teneatur: quęritur modo, an ficta confeſſio, quæ reſultat ex recuſatione juramenti calumniæ alii præjudicet, & noceat? & dic, quod non ex Socin. *in d. cap. cum*
159 *in cauſa. num.* 37. *verſ.* 8. † Queri etiam poteſt, ſi quando peteretur nihil fieri, niſi jurato de calumnia, & ſibi petenti jurari intimato, & ſic in actis ſcribatur: & juretur quidem de calumnia, ſed non intimetur illi, qui petiit jurari, an ſit legitimum tale juramentum, & procedendo ad ulteriora in

cau-

Digitized by Google

causa sine tali intimatione, processus & sententia sint valida vel invalida? & credo non posse dici processum invalidum, nec sententiam nullam, ex quo est juratum de calumnia, & sic est satisfactum juri mandanti, quod juretur de calumnia. † Quod verò intimetur est protestatio & petitio partis, cui nullum jus adstipulatur, etiam si judex mandaret jurari de cal. cum intimatione; quia dicta intimatio respicit, quod decretum hoc intimetur, & non respicit juramentum. † Et quatenus judex mandaret intimari hoc juramentum, & juratum verè sit, prout jus mandat, dicta intimatio non erit pars substantialis judicii, sicut erat juramentum, ut dixi *supra cap.* 7. † Præterea alius etiam casus accidere posset propter inadvertentiam quorundam petentium de calumnia jurari, ut quando exempli gratia A. potest aliquid probare per testes & per scripturas, & determinat probare per testes, & ideo facit citare ad dicendum contra articulos, & videndum desuper examinari testes; B. reus protestatur in termino dictæ citationis, quod non examinentur aliqui testes, nisi jurato de calum. A. determinat ulterius non examinare testes, sed probare per instrumenta, & productis instrumentis non jurato de calumnia procedit ad sententiam, quę fertur in ejus favorem: dictus B. dicit sententiam nullam, ex quo A. non præstitit juramentum petitum? super qua quæstione dicendum puto, sententiam latam in favorem A. non esse nullam, & ratio est, quia dum B. petit isto modo de calumnia jurari, non petit purè, & simpliciter de calumnia jurari, sed petit talem actum examinis testium non explicari, nisi jurato de calumnia, & sic nullitas resultans ex juramento calumniæ non præstito, non respicit totam causam, & generaliter omnes actus totius causæ; sed respicit solum actum examinis testium: † Illa enim dictio (*Nisi*) est limitativa, & inducit permissionem in casu sequenti, ad cumulata per Rotam *coram R. P. D. Seraphino in una Romana de Cinciis, die 17. Novembris, 1597. versicul. & pro ejus.* † Et limitata causa, limitatum gignit effectum, Tiraquellus *in tract. cessante causa, parte 1. num.* 142. & sic illa dictio (*Nisi*) applicata casui particulari examinis testium, debet operari nullitatem illius actus particularis examinis testium & non nullitatem totius causæ. † Contumacia verò procuratoris an noceat Domino, contumacia tutoris & curatoris, an noceat pupillo & minori, contumacia Prælati & Syndici an noceat Ecclesiæ, habebis infra *c.* 15. *&* 16. † Circa quam contumaciam etiam quæro, an contumacia in non jurando purgari possit? hanc quæstionem ponit Marian. Socin. *in dict. cap. cum in causa, num.* 38. ubi post recitatas multorum opiniones concludit, quod mora possit purgari, dummodo res sit integra, & ejus partis non sit factum deterius. Et quod mora possit purgari, tradunt etiam Bart. Socin. *reg.* 209. *in 2. fallentia.* Joan. And. ad Spec. *in tit. de jur. calu.* §. 5. *n.* 1. *lit. D in verbo, jussus.* Panormitan. *in capit. cum in causa, num.* 19. *de juramento calumniæ.* Ubi dicit verum esse hoc secundum Dominum Antonium, si volens purgare moram sit paratus jurare non solum de futuro, sed etiam de præteritis, & quod non calumniæ causa, & posui supra *capit.* 5. *in fine, & cap.* 10. *num.* 55. Gaill. *pract. observat. lib.* 1. *observat.* 86. *num.* 2. *&* 3. † Et Marian. Socin. *dicto num.* 38. notat id esse singulare in pœnis legalibus, ut per desistentiam evitentur, & quod possit quis usque ad senten-

Digitized by Google

168 tiam declaratoriam, seu condemnatoriam pœnitere, † prout in terminis juramenti ca-
lumniæ dicit Gaill. *d. observ. 86. n. 1. & 2.* Quod si sententia eventualis interlocutoria,
qua injungitur parti, ut juramentum calumniæ præstet, purificata sit, tunc subsequitur
definitiva declaratoria : & usque ad dictam sententiam definitivam declaratoriam po-
test mora purgari, ita etiam concludit Alberic *in d. l. 2. n. 29. C. de jurejuran. propter ca-*
169 *lumniam.* † Imo Curt. *in d. l. 2. num. 5.* voluit ante sententiam etiam post concl usum
in causa posse purgari moram, subdens ita tenere Cyn. & Joan. Andr. & ibidem Paul.
de Castr. *n. 2. versic. sed quid si antequam sententia feratur.* ubi testatur ita tenere Doct.
170 † quorum opinio forte posset habere locum quoad hoc tantum, ut reus habitus pro
confesso non sit, vel quod actor ab actione non ceciderit, & sic quoad damnum vitan-
dum; non autem quoad validandum processum retro nullum, ita quod nullus non sit
per ea quæ dixi *supra cap. 10.* Et dummodo non sit lata sententia definitiva declarato-
ria, de qua Gaill. *loco proximè citato*: quia post dictam sententiam declaratoriam defini-
171 tivam, expeditum est judicium, & nihil ulterius remanet. † quam opinionem, quod
mora purgari possit, Socin. *d. n. 38.* dicit, procedere retenta illa opinione, quod dicta pœ-
na imposita nolenti de calumnia jurare, non imponatur ipso jure, ut dixi supra *hoc eod.*
cap. n. 3. sed secus esse si imponeretur ipso jure, quia tunc non admitteretur moræ pur-
172 gatio. † cujus Socini sententiam in ultimo præmisso articulo non probo, ductus ea ra-
tione, quia in pœnis etiam ipso jure impositis admittitur purgatio moræ, ut in pœna, *l. si*
quis major, C. de transact. quæ ipso jure imponitur, tradit Cagnol. *in d. l. si quis major, nu.*
123. Rota *in una Tiburtina compromiss. coram R. P. D. Seraphino, die 19. Januar. 1594.*
173 *& in alia simili decisione in ead. causa, coram eodem, die 16. Juny, 1595.* † & in pœnali-
174 bus idem voluit Menoch. *de recup. possess. remed. 9. n. 156.* † sed cum ista materia purga-
tionis moræ sit difficilis, & valde intricata, ut idem Socin. *d. n. 38.* dicit, extremis labiis
175 aliqua tangam, per quæ moræ purgatio admittitur. † Ut quando aliqua difficultas in-
tercessisset. Contard. *in l. diffamari, n. 10. in 9. limitat. versic. ideo*, Rota *in d. Tiburtina,*
die 19. January. maximè quia in casu nostro tractatur de damno vitando, ut Contard.
176 *ibid.* † Item quando adesset aliqua juris ambiguitas, Cephal. *cons. 407. n. 31. lib. 3.* & sic
excusatur, quando adesset aliqua juris difficultas, An excusaretur quis, vel non excusa-
177 retur à præstatione nostri juramenti. † Item quando objiceretur aliqua exceptio, ad-
mitteretur purgatio moræ, Joan. Anan. *consil. 5 num. 6. l. sciendum, ff. de usur.* Purgatur e-
178 tiam mora ex aliis causis, & judici bene visis. † Infra tamen modicum tempus admit-
179 tetur talis purgatio moræ, Decian. *cons. 84. n. 19. vol. 1.* † Et re integra, & quando jus
partis illæsum remanet, & non aliàs, ut supra dixi *n. 163.* ex Socin. Item voluit Cagnol.
in d. l. si quis major, n. 113. Parpall. *n. 77.* Franciscus Curt. *n. 49.* & Jas. *consil. 9 nu. 8. lib.*
1. Cephal. *consil. 25. n. 5. 6. 7. & 8. lib. 1.* Grat. *cons. 93. num 56. lib. 1.* Caputaq. *decis. 30.*
seu 1. num. 3 in verbo, mora, parte 2. Bonacoss. *de æquit. canonica, concl. 9. versic. & po-*
test, ac in terminis juramenti calumniæ tradit Curt. *in d. l. 2 §. quod si actor, num. 5. C. de*
180 *jurejur. propter calumniam*; † & quando actor tractaret de conservando, non autem de

novo

Digitized by Google

novo jure quærendo, ut Decian. *dicto num.* 9. † Nec ferri debet, ut quis ad moram pur- 181
gandam admittatur post menses & annos, ad Decian. *consil.* 10. *num.* 2. *vol.* 1. † Et dum 182
in purgatione moræ Gaill. *d. observat.* 86. facit differentiam inter interlocutoriam eventualem præcedentem, & definitivam declaratoriam subsequentem, intelligitur in illis curiis, in quibus sub præcepto & commination e casus in pœnas non juranti impositas injungitur, ut pars juret, per judicem, sive per se, sive ver organum nuncii, ubi talis est stylus, non autem in civitate mea Tiburtina, in qua non proceditur per similia præcepta, seu tales commin ationes, sed simpliciter vigore statutorum citatur, facta contestatione litis ad jurandum, jurariq; videndum de calumnia, aliàs pronunciari reum haberi pro confesso; & judex mandat iterato citari ad talem actum, & si in secunda citatione non jurat, pronunciat reum haberi pro confesso. † Nec est dubium in similibus 183
declaratoriis definitivis sententiis, eum, qui condemnatur ob juramentum calumniæ petitum, & non præstitum, debere etiam condemnari in expensis, quilibet enim victus victori condemnatur in expensis, *l. properandum, §. sive autem alterutra, & ibi gloss. in verbo, sive autem, C. de judic.* Lanfranc. *in pract. in rubr. de expensis, capit.* 11. *num.* 2. *& seq. ubi late.* † quod ampliant etiam in criminalibus, Petr. *de monte fort. in constitut. Re-* 184
gni, incipien. pœnam calumniæ, num. 1. *sub rubr. de pœna calumniæ, lib.* 2. Vivius *opin.* 404. *num.* 6. † Amplia etiam hoc quod victus victori in expensis condemnetur, ut locum 185
habeat, etiamsi victor id non petat, Minsinger. *cent.* 4. *observat.* 55. † Amplia idem e- 186
tiam si esset hæres, qui condemnandus est, quia ob id non excusatur ab expensis, juxtà tradita per Bal. *consil.* 73. *in princip. lib.* 3. † Nec potest excusari condemnatus sub præ- 187
textu justę causæ, quia si adesset aliqua justa causa excusandi à præstatione talis juramenti, nec illum posset judex condemnare, & si non adest non excusatur. † Maximè 188
autem non excusaretur quis sub prætextu justæ causæ, quando expensæ essent promissæ in instrumento, Cephal. *cons.* 265. *num.* 21. *lib.* 2. † Maximè etiam stante statuto, quod 189
victus victori in expensis condemnetur, prout est in statutis Tiburis, *lib.* 2. *c.* 10. Gabr. *lib.* 2. *in tit. de expensis, concl.* 1. Lanfranc. *dict. cap.* 11. Laur. Tenin. *in pract. cautel.* 299. Seraphin. *de juramento privileg.* 13. *n.* 1. Turzanus *opinione* 101. *in princ.* Diaz. *reg.* 274 *versic. secundo limita.* Vestr. *in pract. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 10. ubi sub *nu.* 11. dictum victum teneri etiam ad vecturas dicit. † Et quamvis in nostro juramento locum non possit ha- 190
bere, ad publicam tironum utilitatem, postquam incidimus in condemnationem expensarum præterire nolo, quod licet justa causa excuset victum ab expensis, id procedit in reo & non in actore, qui, si victus fuerit, semper est condemnandus in expensis, Bost. *in tit. de prævaricatoribus, & calumn. num.* 11. *versic. & concluso.* Afflict. *decis.* 328. *num.* 5. Gramatic. *decis.* 83. *num.* 1. *&* 2. Joannes de Vicomerc. *in rep. l.* 2. *n.* 16. *C. de eden.* † Idque procederet, etiam si actor succederet in jus alterius, ut placuit Alciato 191
regul. 3. *præsum.* 44. *numero secundo*, ad præmissa de expensis, vide quæ dicam infra *cap.* 22. *num.* 3. *& seq.* Tractandum † esset in hoc præsenti cap. An pœnæ impositæ su- 192
perius recusanti jurare de calumnia, locum habeant in tertio veniente & admisso, vel vocato ad causam? sed de eo tractabo infra *cap.* 15. *in declar.* 14. ubi id videre poteris.

Digitized by Google

193† Præterea quæritur, an infra tempus alicui datum ad jurandum de calumnia, currat tempus eidem jurare debenti ad probandum? super quo vide tradita per Marian. So-
194 cin. *in d. cum in causa, num.* 39. *vers.* 10. *quæro.* † Postremo in quibusdam reformationibus civitatis Tiburtinę meæ patriæ editis, de mense Septembris 1579. continetur, quod nulla mulier minor, seu major annis viginti quinque, nec aliquis masculus minor annis viginti quinque, possit in judicio, vel extra judicium facere aliquem contractum sine interventu & consensu duorum proximiorum, & præsentia ac decreto judicis civitatis. Ante has reformationes poterant mulieres & minores liberè contrahere sine præmissis, cum per juramentum calumniæ mulier, & minor videatur quasi contrahere, & similiter minor annis viginti quinque masculus, cum in contumacia possint haberi pro confessis in casibus, in quibus eorum, vel suorum tutorũ, vel curatorum vera confessio eis præjudicaret, ut alibi dicam; prout similiter per litis contestationem contrahitur, ut per Jodoc. *inter comm. opin. Doct. in suo enchirid. parium & similium, lit. F. in rub. fieri per stipulationem.* Quæritur modo, an in juramento calumniæ præstando, vel in cogendo ad jurandum, & faciendum, ut dicta mulier; & dictus minor habeatur pro confesso, sit necessarius consensus prædictus & dictum decretum intervenire deberet, atq; etiam quælibet alia præmissa solemnitas requisita per dicta statuta, seu reformationes prædictas? & dico, quod attentis verbis reformationum, fuissent necessariò servanda in juramento calumniæ, & litis contestatione; cum in eis contrahatur in judicio vel quasi contrahatur, & dictæ reformationes loquuntur in contractibus, vel quasi contractibus etiam in judicio; sed in hac parte hodie dictæ reformationes correctæ sunt per aliã reformationem editam in publico consilio, ubi decretum fuit, ut dictæ mulieres, & dicti minores viginti quinque annis masculi non deberent esse obstricti, dum constituunt procuratores ad lites; unde in consequentiã venit, quod si id non requiritur in consti-
195 tuendo procuratore ad lites, nec requiretur dum ipsi mulier, & minor litigent per se. † In dubium etiam revocatur, (si licet aliquantum ab instituta materia vagari) an hujusmodi judicis decretum requisitum per dictas reformationes in contractibus mulierum & minorũ annis viginti quinque masculorũ, possit quandocunq; interponi etiam diebus feriatis in foro contentioso, exceptis tamen diebus festivis solemnibus de præcepto Ecclesiæ custodiendis? & dico quod sic, & ad id moveor duplici ratione: prima est, quia dicti contractus per minores, & mulieres poterant quandocunq; fieri, sive dies feriatus, vel non feriatus esset, antequam dictæ reformationes advenissent, supervenerunt dictę reformationes non innovantes aliquid circa tempus celebrandorũ dictorum contractuũ, sed addiderunt tantum, quod dicti contractus, vel quasi contractus in posterum fieri nõ possint sine consensu proximiorũ, & præsentia & decreto prædictis, quę debent quandocunq; posse interponi, prout quandocunque poterant fieri dicti contractus, vel quasi contractus: ista enim requisita per reformationes sunt accessoria, quæ debent sequi naturam principalis, Cephal. *consil.* 202. *num.* 13. *& consil.* 220. *num.* 14. *lib.* 2. nec obstat Panormitan. *in cap. conquestus, num.* 15. *de feriis*, ubi voluit dictis diebus feriatis inter-

Digitized by Google

interponi non posse hoc decretum, allegando Speculat. *eod. tit.* §. *secundo, in fin.* quia Speculat. ibi non loquitur, quando decretum est superinductum, ut accessorium, prout in casu nostro; & praeterea, ibi Speculator loquitur tantum in festivitatibus de praecepto Ecclesiae custodiendis, & solemnibus, ut *in d.* §. *secundo, in princ.* declarat, & non istis aliis. Secunda ratio est, quia videmus in verbo adesse simile statutum à principio requirens consensum & decretum, ac praesentiam non accessoriè, sed principaliter, & intimul, & nihilominus dicta decreta interponuntur etiam diebus feriatis in Curia Capitolina, aliàs mulieres & minores incurrerent maxima incommoda, si non possent illis diebus celebrare instrumenta. Et Panormit. ibi, & alii omnes non negant, quod propter necessitates aliquas liceat dictis diebus decreta praedicta interponere. † 196
Sed num dicta decreta possint interponi per R. P. D. Vicarium reverendiss. Episcopi Tiburtini? & dico, quod non, quia in dicta civitate adsunt tres judices, unus est, qui vocatur Judex, & hunc eligit civitas; alius est gubernator, seu ejus locum tenens, & hunc ponit Sedes Apostolica; tertius est Vicarius, qui ab Episcopo eligitur. Ii tres omnes habent jurisdictionem contentiosam, & judicant; sed quando aliquis citatur coram Judice, intelligitur de illo primo electo à civitate; & in dicta civitate est usus, quod dum dicitur (Judex) per antonomasiam intelligitur de illo primo: cùm igitur reformationes vocent ad dicta decreta Judicem civitatis, illum electum à civitate vocare intelliguntur, & non quemlibet habentem potestatem judicandi. Maxime etiam id patet, dum dictae reformationes mandant, quod si proximior citatus coram Judice non allegaret causam legitimam cur ipse nollet consensum praestare, tunc judex possit interponere decretum sine consensu dicti proximioris, sed debet tunc intervenire praesentia locum tenentis; ex quo liquet dictas reformationes non vocare ad d. decretum quemlibet ex praedictis tribus, sed primum judicem. Et sic omnia decreta, quae interponit Vicarius, essent nulla, cum forma non servetur reformationum.

CAPUT. XV.

Quae personae juramentum calumniae praestare teneantur, vel possint?

SUMMARIA.

1. *Qualibet persona litigans, tenetur jurare de calumnia. Etiam principalis, num.* 2. *dum commodè haberi potest, n.* 4. 3. *Persona principalis dicitur illa, quae suo nomine litigat.* 5. *Persona principalis litigans de calumnia jurare tenetur, etiam si suum Advocatum juraſſet. Aut procurator, num.* 6. *&* 7. 8. *Principalis persona litigans quod cogatur jurare de calumnia, intelligitur de jure civili.* 9. *Persona principalis litigans tenetur jurare de calumnia, etiam si agens pro ipso fide jussis-*

set de rato. 10. *Promittens de rato in juram. calum. non confirmatur procurator eo ipso, quod principalis juravit de calum. sed ipse conveniri poterit, si Dominus ratum non habeat.* 11. *Dominus præstat juram. in animam propriam.* 12. *Jurare an teneatur de calum. is, qui juravit non jurare? & n. 13. 14. 15. 16. & 17.* 18. *Jurare de calumnia tenetur etiam is, qui vetuisset non jurare.* 19. *Judices tenentur de calum. jurare. Quod aboletum est hodiè, n. 23. 24. & 25.* 20. *Judices juram non tactis, sed propositis scripturis, & n. 21.* 22. *Judices qui habentes ante oculos scripturas ipsa Evangelia habere videntur.* 26. *Exclamatio contra pravos officiales, & rectores populorum.* 27. *Judices & rectores populorum jurare de calumnia, non solùm utile esse, sed necessarium.* 28. *Cautiones de non offendendo quandoq; præstantur officio nobili judicis.* 29. *Miner jurare tenetur de calumnia in causis in quib. habet legitimam personam standi in judicio, ut n.* 30. 31. & 32. 33. *Pupillus doli capax jurare debet de calumnia in causis, in quibus habet legitimam personam standi in judicio. Puta in causa momentanea possessionis, n.* 34. *Læsus tamen restituitur, num.* 35. 36. *Servus tenetur de calumnia jurare in causis quib. habet legitimam personam standi in judicio. Veluti in causa momentanea possessionis, n.* 37. 38. *Filiusfamilias tenetur jurare de calumnia sive agat, sive conveniatur, dummodo filius sit legitima ætatis, & n.* 39. 41. & 44. 40. *Filii duo si adversus se, & ad invicem litigent, pater debet utriq; præstare consensum.* 42. *Filiusfamilias regulariter sine consensu patris non potest esse in judicio. Fallit in sexdecim casibus, n.* 43. 45. *Filius non habet legitimam personam standi in judicio sine consensu patris, neque ubi summariè agitur, & n.* 46. & 50. 47. *Patris consensus quandoque accedat, validat judicium retrofactum.* 48. *Patri quando quæritur ususfructus in bonis per filium quæsitis requiritur consensus patris in judicio pro ejus interesse.* 49. *Curator datur ultra consensum patris filio minori litiganti ad validandum judicium in bonis, in quibus aliquod jus patri quæritur, & quare.* 51. *Pater quomodo cogi possit ad præstandum consensum filio litigandi.* 52. *Pater non habet usumfructum in omnibus bonis per filium acquisitis, sed in quibusdam casibus specialibus, remissivè.* 53. *Pater in bonis adventitiis filii, habet usumfructum regulariter. Nisi esset dilapidator, n.* 56. *Aut patri esset ususfructus prohibitus, n.* 59. 54. *Pater habet usumfructum etiam in bonis relictis filio nascituro, maximè si notarius stipulatus esset pro dicto filio.* 55. *Pater habet usumfructum in legitima filii. Non tamen in dote, n.* 57. 58. *Dos datur pro oneribus matrimonii.* 60. *Pater habet usumfructum in bonis filii emancipati tantùm pro virili. Idem est in bonis omnium descendentium emancipatorum, n.* 61. 62. *Pater non habet usumfructum in bonis filio donatis ab Imperatore. Aut ab Imperatrice, nu.* 63. *vel à Rege, n.* 64. *Neque in donatis à summo Pontifice Romano, num.* 65. *Vel à Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, num.* 66. *Aut à Principibus, & Rebuspublicis non recognoscentibus superiorem, nume.* 67. *Neque in Castrensibus, vel quasi castrensibus. Et in pluribus aliis casibus, remissivè, numer.* 68. 69. *Filius agens contra patrem debet*

bet impetrare veniam, antequam agat, aliàs processus est nullus. Etiamsi filius esset emancipatus, num. 70. Vel si pater in judicio non compareat, num. 71. 72. Pater si comparet in judicio moto per filium contra se, & non excipit de venia non petita processus teneret. 73. Capic. decis. 56. numer. 6. reprehenditur à Marcabruno. 74. Veniam tenetur petere etiam filius spiritualis. 75. Citatio non requiritur in venia petitione. 76. Vasallus agens contra Dominu an teneatur petere venia? & num. 77. 78. Gener agens contra socerum, debet impetrare veniam. Et Monachus agens contra Abbatem, num. 79. Et civis agens contra suam Rempubl. n. 80. Et Privatus agens contra Fiscum, à quo causam habet, n. 81. Et ille, qui vult convenire habentem causam à Fisco, nu. 82. Et pupures persona alia remissivè, n. 83. 84. Pater tenetur jurare de calumnia in bonis filii, in quibus est legitimus administrator, & nu. 86. 87. 88. 89. & 90. 85. Gloss in l. 2. in verbo, qua persona, C. de jureju. propt. calum. reprehenditur à Cyn. 91. Judicium si fundatur in patre, pater jurat de calum si fundatur in filio, filius jurat; si fundatur in utroque utercque jurat pro suo interesse. 92. Pater, & quilibet alius administrator, sive ipse causam agat, sive in judicio assistat, ipse juras de calumnia ind fferenter in bonis, in quibus habet usumfructum. 93. Quæ dicuntur de filio, dicuntur de omnibus descendentibus. 94. Pater jurat de calumnia in animam propriam. 95. Pater jurat de calumnia, & alia facit in judicio de consensu filii, & quare. 96. Ususfructus morte usufructuarii finitur, & ad hæredes non transit. 97. Filius multiplicia bona acquirit, & qua. 98. In casibus in quibus nec proprietas, nec usus fructus filio quæritur, Pater non convenitur ut pater, sed ut Dominus. 99. Filius solus jurat de calum. absque assistentia patris, in bonis in quibus nihil acquiritur patri. 100. Pater & filius simul jurant in bonis in quibus usufructus patri quæritur, & quomodo id procedat. 101. Minori vigintiquinque annis litiganti est dandus curator ultra assistentiam patris in judicio super bonis, in quibus pater habet interesse, & numer. 103. 102. Minor conveniri non potest in judicio sine tutore, vel curatore. Idem dic de furioso & prodigo, num. 104. Non tamen de Lunatico, num. 105. 106. Filius debet agere & conveniri, & ipse jurat ut principalis pro suo interesse in bonis, in quibus actu aut spe aliquid jus filio quæritur. 107. Universitas tenetur jurare de calumnia. Et quomodo illud jur. præstetur, numer. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. & 117. 118. Administratores & syndici an jurent in animam propriam? & num. 119. & 120. 121. Universitas non habet animam, ideò in ejus animam non potest jurari. 122. Dispositio debet sumi pro singulis quando refertur ad universitatem, & materia est talis, qua non convenit universitati collectivè, sed tantum singulis de universitate. 123. Universitas quid sit, remissivè. 124. Universitas per unum non constituitur, sed per tres. 125. Universitas cogi potest ad constituendum syndicum pro negotiis incumbentibus. 126. Hæres an teneatur de calumnia, & num. 127. 128. Hæres tenetur jurare de

ca-

Digitized by Google

calum. dum petit restitutionem adversus confectionem inventarii. 129. *Hæres per aditionem hæreditatis facit quasi contractum cum creditoribus hæreditariis.* 130. *Hæres non conficiens inventarium per quasi contractum, quem facit cum creditoribus hereditariis, potest conveniri ultrà vires hereditarias, & Falcidiam non detrahit. Idem est si conficiat inventarium infideliter, num.* 131. 132. *Successor alterius tenetur de calumnia jurare.* 133. *Monachus agens causam propriam, tenetur jurare de calumnia.* 134. *Tertius vocatus, vel admissus ad causam, tenetur jurare de calumnia.* 135. *Tertius admittitur in statu & terminis in quibus causa reperitur.* 136. *Tertius vocatus, vel admissus ad causam, semper gerit vices actoris, aut rei.* 137. *Contestatio litis, quomodo fiat.* 138. *Contestationem litis, quæ rei responsiones impediant remissivè.* 140. *Tertius ut admittatur debet saltim summariè docere de suo interesse, & semiplene. Et dolo de suo interesse impedit executionem, num.* 141. 142. *Tertius veniens ad causam quando possit impedire executionem obligationis Cameralis, remissivè.* 143. *Excommunicatus tenetur jurare de calumnia.* 144. *Excommunicati juram. calum. non admittitur, donec sit absolutus.* 145. *Excommunicatus potest cogi ad jurandum de calumnia & si non jurat habetur pro confesso, & etiamsi jurat dum est excommunicatus.* 146. *Excommunicatus repellitur à judicio dum agit. Non verò dum se defendit, num.* 147. 148. *Excommunicato non proficit juramentum calum. præstitum, dum est excommunicatus.* 149. *Excommunicatus habetur pro bamito, & pro mortuo ad commodum ejus, secus autem quoad incommodum.* 150. *Perjurus tenetur de calumnia jurare.* 151. *Malus semel semper præsumitur malus in eodem genere mali.* 152. *Juramentum in supplementum non defertur ei, qui aliàs incidit in perjurium. Vide numer.* 157. 153. *Juramentum calumniæ non est deferendum ei, de cujus perjurio dubitatur.* 154. *Perjurus potest cogi ad jurandum, sed ejus juramentum non admittitur, nisi quando est absolutus.* 155. *Jus, quod quis in alterius persona servari vult pro se, debet servare pro aliis in sua persona.* 156. *Excommunicatus est separatus à consortio, & participatione piorum.* 158. *Excommunicatus cogi potest ad præstandum juram. calum.* 159. *Hæreticus tenetur jurare de calum.* 160. *Hæreticus omnis est excommunicatus, & anathematizatus.* 161. *Advocandum nec postulandum est sub hæretico, nec pro hæretico. Vide tamen, n.* 162. 163. *Albericus in l. 2. num. 28. in fin. C. de jurejur. propt. cal. declaratur.* 164. *Imputatus de hæresi, & requisitus, ut desuper de calum. juraret, si id recusaret, habendus esset super tali crimine pro confesso.* 165. *Turca etiam tenetur de calumnia jurare. Et quomodo id juram. præstetur, num.* 166. & 167. 168. *Turcarum juramento standum est.* 169. *Juramentum calumniæ non est deferendum infidelib. quando infideles suspicarentur, nos Christianos credere eorum falsæ religioni aliquam divinitatem adesse.* 170. *Hebræi jurant de calum. Et quomodo, nu.* 171.

Digitized by Google

171. 172. 173. 174 176. 177. & seq. 175. *Thiphilimi quid sint.* 178. *Citatio partis requiritur in productione fidei Rabini de juramento calumniæ præstito in suis manibus.* 179. *Genera juramentorum hodierno tempore Hebræorum.* 180. *Hebræorum juramento calumniæ standum est.* 181. *Hebræorum omnia juramenti genera præstari petantur in manibus Rabini eorum, & quare id consulitur.* 182. *Conventus ut possessor, cum non possideat, debet de calum jurare.* 183. *Nominans Dominum in judicio, tenetur jurare de calum. Et agetur contra Dominum nominatum facta lit. contest. non contra nominantem, n.* 184. 185. *Dominus nominatus non jurat de calum. in judicio moto contra nominantem, sed in alio judicio, movendo contra se nominatum.* 186. *Emptor, qui dicit sibi moveri litem, super re empta, & ideo se agere de evictione, tenetur jurare de calumn. quod non sumsit personam, nec excitavit personam, quæ contra se ageret.* 187. *Deferens juramentum veritatis, tenetur jurare de calumnia.* 188. *Comparens ratione humanitatis tenetur de calumnia jurare.* 189. *Petens quæstionem servorum ad propalanda bona hæreditaria, tenetur de calum. jurare, & n.* 190. 191. *Intellectus l. 1. in vers. c. quod non odio servorum, vel ad offensa cohærendum, & c. C. de jurei. propter calumniam.* 192. *Petens edi rationes, & jura debet jurare de calumn.* 193 *Petens sequestrum debet jurare de calum.* 194. *Sequestra nos vocamus ea, quæ in Germania dicuntur arresta, seu impedimenta.* 195. *Sequestra sunt in duplici differentia, alia enim respiciunt personam, alia respiciunt bona, & n.* 196. 197. *Sequestra contra carceratã personam, quando concedenda, & quando non, & n.* 198. 199. 200. & 201. 202 *Sequestra personalia pro sistenda persona vagi, seu de fuga suspecta, passim conceduntur sine partis citatione.* 203. *Sequestra, seu arresta personalia egregiis personis, & sæpe Principibus, quomodo fiant.* 204. *Sequestra, seu arresta personalia conceduntur de stylo dotto de credito, & jurato de suspitione fugæ. Eaq; quando concedi possint, & debeant, remissivè, n.* 205. 206. *Statutum permittens mandata suspicionis fugæ, & capturas, intelligitur, si post contractum debitum supervenisset nova suspicionis causa.* 207. *Deterioratio conditionis post contractum debitum, & dicta deteriorationis probatio est necessaria ad obtinenda dicta sequestra.* 208. *Suspectus de fuga quis jurari potest etiam lite pendente.* 209. *Suspectus de fuga juratus pro majori quantitate, quam sit delitor, constitio de hoc debet relaxari.* 210. *Expensæ factæ in sequestris, seu impedimentis personalibus & illorum exequutionibus, imputantur creditori, si fiunt parte non citata, & quare.* 211 *Sequestra realia sunt in duplici differentia, & quando concedantur pro cupiendis bonis ad effectum assecurationis judicii.* 212. *Juramentum calumniæ requiritur à quocunque obtinente quodcunque ex prædictis sequestris.* 213. *Debitor, penes quem pecuniæ sunt sequestratæ, tenetur de calumn. jurare, & n.* 214. 215. *Sequestri medicina est fidejussio de standi juri, & judicatum solvendo, & n.* 222. 216. *Fidejussores difficillimè reperiuntur his temporibus.* 217. *Divites & ignorantes sunt Asini ferrati.* 218. *Fidejussorum incommoda & mala, & num.* 216. 219. *Debitor, in cujus manibus dicuntur pecuniæ sequestratæ, cogitur deponere eas in monte pietatis, vel alium depositarium concorditer eligendum in Tribunali Illustrissimi D. A. C.* 220. *Sequestra*

Digitized by Google

pradicta sunt ad instar realium citationum & ad quem effectum. 221. *Sequestratio omnis est de jure prohibita.* 222. *Sequestra tolluntur ipso jure prastita fidejussione de standoiuri, & c. Etiam aliquando tantum in ratoria cautione, n.* 223. 224. *Sequestrum expirat triennio.* 225. *Recusans judicem, ut suspectum tenetur jurare de calumnia. cui concessum est privilegium, quod non juret de calumnia, parte adversa opponente, quod* 226. *Ille, privilegium est falsum vel subreptitium, tenetur jurare de calumnia.* 227. *Collitigans quilibet tenetur jurare de calumnia, si negocium non est commune. Et quid si sit dividuum quidem, sed indivisum? num.* 228. & 229. 230. *Paries quando dicatur communis pro diviso. Et quando pro indiviso, n.* 231. 232. *Paries communis pro diviso, vel pro indiviso dicitur tacite & expresse.* 233. *Paries in dubio praesumitur communis pro diviso.* 234. *Parietis communis multa habentur apud Rebuff. cons.* 156. 236. *Collitigantes omnes tenentur jurare de calumnia in omni negocio communi. Declaratur n.* 237. *Executio sententia declaratoria lata contra litis consortem contumacem in jurando de calum. quomodo fieri possit si actum fuit super negocio communi.* 238. *Litigantes omnes ex adverso si petant jurari, omnib. ex adverso petentibus est prastandum hoc juramentum calumnia.* 239. *Absens principalis jurat de calumnia remissivè.* 240. *Advocatus tenetur de calumnia. Etiamsi suus principalis juravisset, n.* 241. *De consuetudine tamen non jurat, n.* 242. & 243. 244. *Advocatus calumniam committens, tenetur in expensis de suo proprio.* 245. *Advocatus si omittit prastare juram. calum. an vitietur processus.* 246. *Advocatus jurat in animam propriam.* 247. *Forma juramenti Advocati, remissivè.* 248. *Procurator jurat de calum. remissivè.* 249. *Nuncius qui non est ad actus citationis, & similes constitutus ab aliquo private, ut causam suam expediat, jurat de calumnia.* 250. *Defensor, qui satisdedit de judicatum solvendo jurat de calum. Et quando? num.* 251. 252. *Defensor necessarius est admittendus pro defensione suorum fidejussorum.* 253. *Debitor principalis, & ejus fidejussores obligati in solidum respectu creditoris omnes sunt duo rei debendi, licet inter se dicantur principalis debitor, & fidejussores.* 254. *Debitor principalis in solidum obligatus cum fidejussoribus in Tribunali Illustrissimi D. A. C. ex judicantium benignitate fuit aliquando admissus, ut defensor fidejussorum. Vide n.* 257. 255. *Debitor ut necessarius defensor admittendus est, quando contractus est talis, qui de sui natura importat fidejussionem necessariò. Alias secus, n.* 257. 256. *Fidejussor indemnitatis, quando ultra promissionem indemnitatis promitteret aliquid aliud factum, in eo quod promittit ultra promissionem indemnitatis, non dicetur fidejussor, sed principalis.* 258. *Defensor omnis jurabit de calum. & id in animam propriam.* 259. *Fidejussor jurat de calumnia. Et quidem in animam propriam, n.* 260. 261. *Fidejussor de judicatum solvendo, si reus principalis latitaret lite contest. poterit etiam non conventus defendere reum latitantem.* 262. *Fidejussor est procurator rei.* 263. *Fidejubens de judicio sisti sine scriptis, si inde non est confecta scriptura non tenetur, nisi lis initietur intra duos menses.* 264. *Amicus comparens pro amico, qui post lit. contest.*

se

Digitized by Google

se absentavit, tenetur jurare de calumnia. Et quidem in animam propriam, n. 265. 266. Mandatum speciale requiritur ad jurandum in animam alterius. 267. Conjuncta persona comparens pro conjuncto, tenetur jurare de calum. An & sine mandato speciali? n. 169. 268. Conjunctus pro conjuncto admittitur ad appellandum. 270. Conjunctus non potest jurare pro conjuncto, nisi in illis casibus, in quibus simplex procurator admittitur. 271. Conjunctus poterit petere dilationem ad certiorandum conjunctum, ut veniat ad jurandum. 272. Conjunctus quando venit ut defensor, an possit jurare de calum. remissivè. 273. Conjunctus, quando venit, ut actor, & habens descendentes in potestate, pro quibus comparet, jurat de cal. & quare. 274. Conjunctus quando venit ut actor, & non habens descendentes in potestate, dubium est secundum Socin. 275. Conjunctio sanguinis non supplet in exigentib. speciale mandatū. 267. Conjunctus comparens pro conjuncto, sive sit de ascendentib. sive de non ascendentibus, tenetur semper jurare de calumnia in animam propriam. Præsertim in casibus, in quib. conjunctus admittitur contra, vel præter voluntatem conjuncti, quem defendit, & quare, n. 277. 278. Comparens pro absente, & allegans causas absentia, tenetur jurare de calum. Et quidem in animam propriam, n. 279. 280. Comparens pro invito jurat de cal. & quare. Etiam in animam propriam, n. 281. 282. Tutor tenetur jurare de calumnia. Et quare, n. 283. 284. Minor jurat de calum. & non tutor, si ipse minor est melius informatus, quàm tutor. 285. Tutor intervenire debet, cum discutitur, an minor teneatur jurare, vel non jurare; sed non debet autorare, ab isto, vel illo modo respondendum. 286. Tutor jurat de calumnia in animam propriam. 287. Tutor si non jurat requisitus, ejus contumacia non nocet pupillo. 288. Tutores plures si fuerint an omnes jurent, vel unus pro omnibus? & n. 289. 290. & 291. 292. Causa limitata, limitatum producit effectum. 293. Curator datus bonis de calu. jurat. Et quidem in animam propriam, n. 296. 294. Curator bonis datur absentis, & non jurat principalis absens, nec transmittitur notarius, quando principalis est absens ultra montes, vel ignoratur ubi sit. 295. Curator bonus datur, quando principalis est in hostium potestate. 297. Curatoris bonis absentis dandi modus, remissivè. 298. Dicta de curatore dato bonis absentis, dicuntur de curatore dato hereditati jacenti, & hereditati dum heres creditor vult instituere judicium contra hereditatem pro consequutione sui crediti. 299. Curatoris dandi hereditati jacenti modus remissivè. 300. Curatorem hereditati jacenti potest dare ex officio judex domicilii, quod defunctus habebat, & creditores debent ibi actiones personales exercere, & hereditatem excutere: Et quid quando defunctus habebat plura domicilia? n 301. 302. Curator quilibet tenetur jurare de calum. Et quare, n. 303. & 304. 305. Curator non jurat de calu. sed minor, quando est melius informatus. 306. Curator quod juret in animā propriam de calumn. & an contumacia curatoris noceat minori, remissivè. 307. Quicquid dicitur de tutoribus, mandatur etiam curatoribus. 308. Clerici seculares debent jurare de calum. sive agant, sive conveniantur, & n. 309. & 310. 311. Clerici in omnib. casibus debent de calum. jurare, Idq; per seipsos, si per seipsos causam movent, n. 312. 313. Clerici hodie possunt jurare per procuratorē. 314. Cleri tenentur

Digitized by Google

per se ipsos jurare, si pars adversa instat per ipsosmet jurari, etiamsi suus advocatus & procurator juraſſet. 315. Clerici non possunt jurare de calumn. sine licentia sui superioris, & 316. & 317. 318. Clericus debet obtinere licentiam à suo superiore, etiam ad constituendum procuratorem ad jurandum de calumnia. 319. Clericus debet obtinere licentiam prædictam, dum litigat coram non suo judice. Et quare, n. 320. Fallit ut n. 326. 321. Clerici judex non suus potest intelligi simpliciter, & num. 327. 322 Episcopus Romanus est ordinarius cunctorum, & concurrit cum omni potestate, num 323. 324. Episcopi Romani excommunicarunt alienos subditos. 325. Pontifex Roman. habet à Deo duplicem potestatem, scilicet spiritualem & temporalem. 328 Clericus neque coram Principe laico conveniri potest Etiamsi non incederet in habitu & tonsura nu. 329. 330. Clericus non incedens in habitu & tonsura, & non inserviens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non gaudet beneficio fori, secundum Constit. Sacri Concil. Trid. 331. Clericus conveniri nequit coram judice laico, etiam si Papa sciret & toleraret. 332. Clerici autores nominati, an possint declinare forum laici judicis. 333. Clerici habent judicem laicum, quando agitur de bonis feudalibus. Aut quando causa est realis inter clericum & laicum, n. 234. Aut quando agitur de possessorio etiam super re spirituali, n. 335. 336. Clericus habet judicem laicum quando reconvenitur. Aut quando est necessarius defensor laici conventi coram judice laico, num. 337. Vel quando succedit laico, in instantia habet judicem laicum, num. 338. 339. Personæ Ecclesiasticæ habentes regalia ab Imperio & Imperatore, habent judicem eundem. 340. Pontifex Romanus, quamvis in donatione à Constantino facta Silvestro Magno Papa habuerit multa regalia, non ex hoc habebit judicem laicum. 341. Donatio facta Ecclesiæ censetur facta Deo. 342. Pontificibus Romanis bona donata dicuntur potius reddita Deo, quam donata. 343. Licentia, quam clerici tenentur impetrare ab eorum superiore, ut præmittitur de consuetudine, non impetratur. 344. Clerici si jurant de calumn. coram non eorum judice non impetrata licentia prædicta, non vitiantur processus, nec sententia ex hoc. 345. Licentia, quam clerici impetrare debent à suis superioribus, quandam arguit reverentiam, & è converso illam non impetrando quandam irreverentiam arguit. 346. Licentia prædicta quomodo impetretur per clericos ab eorum Prælatis, & superioribus, remissivè. 347. Clerici quomodo jurent. & n. 348. 150. 151. 152. & 153. 349. Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. 354. Syndicus jurat de calum. Et quidem in animam propriam, n. 356. & 357. 355. Syndicus non jurat de calum. sed Abbas, quando Abbas esset melius informatus. 358. Syndici contumacia an noceat monasterio, remissivè. 359. Orphanotrophus & similes jurant de calum. 360. Abbas jurat de calumnia si per se agit, & nu. 361. 362. & 363. 364. Vice-Dominus jurat de calumnia. 365. Episcopus jurat de calu. Et quidem per se, si per se ipsum causam agit, n. 366. Si verò eligit alium litigare, jurabit per illũ, n. 367. Vel per procuratorem, n. 368. 369 Episcopus si distrahi potest à divinis litigando, ad id debet procuratorẽ constituere. Aliàs potest per se litigare, n. 370. Idẽ dic

dic de aliis prælatis inferioribus, n. 371. Et procedit sive causa sit propria Episcopi sive Ecclesiæ suæ, num. 372. 373. Episcopus jurat non tactis, sed propositis & inspectis evangeliis. Tamen de consuetudine jurat tacto pectore, num. 374. & 375. Et quidem in animam propriam, num. 376. Quid, an & Episcopus ad jurandum de calumnia indiget licentia Roman. Pontificis? num. 377. 378. 379. & 380. 381 Episcopus debet citari in scriptis. 382. Episcopus æquiparatur illustri personæ, prout & Cardinalis, num. 383. Et quibus illustribus æquiparentur? num. 384. 385. Nemini licet esse judicem in causa propria. 386. Episcopus & Prælatus est judex competens in causa sua Ecclesiæ, & num. 390. 387. Episcopus in causa suæ Ecclesiæ litigans in suo tribunali, jurat de calum. 388. Indefinita æquipollet universali. 389 Episcopus litigans in tribunali, in causa suæ Ecclesiæ præstat tria juramenta. 391. Episcopus agens contra laicum super possessorio etiam pro decimis, & aliis spiritualibus non potest trahere laicum ad suum forum. 392. Actor sequi debet regulariter forum rei. 393. Ecclesia habet electionem fori. 394. Vicarij, notarij, & fiscales aliqui rapaces sunt in tribunalibus Episcoporum, qui vi trahunt causas ad eos non spectantes ad eorum tribunal. 395. Officialis sedis Apostolicæ excommunicari non potest inconsulto Rom. Pontif. 396. Officiales laici sedis Apostolicæ patiuntur multas indignitates à Vicariis Episcopor. in statu ecclesiastico. 397 Ecclesia Dei habet duas potestates, alteram spiritualem, alteram temporalem. 398. Lapus acerrimus defensor jurisdictionis ecclesiastica. 399. Archiepiscopus jurat de calum. 400. Prælatus quilibet tenetur jurare de calum. Et ad id poterit constituere syndicum, vel procuratorem, num. 401. 402. Prælatus jurat de calum. in animam propriam, & num. 404. Et quare, num. 403. 405. Prælatorum contumacia in non jurando de calum. non nocet Ecclesiæ in casibus, in quibus vera eorum confessio non præjudicaret. 406. Oeconomus jurat de calum. & n. 408. 407. Mandatum speciale non requiritur ad jurandum in animam propriam. 409. Administrator quilibet habens generalem administrationem jurat de calum. & num. 411. 412. & 416. 410. Administratores legitimi qui dicantur. 413. Principales Domini si sunt melius informati, quam administratores, ipsi jurant de veritate, ad relevandum adversarium ab onere probandi. 414. Administratores non possunt interrogari, nec ipsi respondere tenentur de veritate; & si respondent de veritate, eorum responsio non præjudicat principalibus eorum. 415. Socin. in cap. in pertractandis, n. 18. de juram. calum. reprobatur. 417. Cessionarius an juret de calum. sive agat suo vel cedentis nomine? & num. 418. 419. & 420. 421. Actionum cessarum materia difficillima est, & longa. 422. Cessionarius agens nomine proprio intelligitur intentare utiles, agens verò nomine cedentis intentare directas actiones. 423. Dominus & vasallus adinvicem jurare tenentur de calum. si ex adverso petatur. 424 Oeconomi, syndici, vel similes habentes legitimam administrationem quoties interveniunt, judex potest eligere quos vult, ut jurent, vel per ipsos, vel eorum principales. 425. Con-

tumacia Oeconomi, ſyndici, & aliorum in non jurando de calum. non nocet eorum principalibus, in caſibus, in quibus eorum vera confeſſio dictis principalibus non noceret. & num. 426. 427. *Adminiſtratores rerum alienarum an & quando jurent de calumnia in animam propriam? & num.* 428. 429. 430. 431. 432. & 433. 434. *Agentes alieno nomine & calum. committentes, puniuntur in expenſis de eorum proprio.* 435 *Rubrica hujus capituli quomodo ſit prima & ſecunda parti ſatisfactum.* 436. *Proceſſus fabricatus ab eo, qui recuſat jurare, eſt nullus.*

1 COnſtituendum eſt in principio hujus capituli pro regula, quod omnis perſona litigans teneatur præſtare juramentum calumniæ, ſive ſit actor, ſive ſit reus, ut ſupra dixi *c.* 14. ad quam Regulam Doctores ponunt aliquas declarationes, ut eas Socin. vo-
2 cat, quas inferius explicabo. † Prima declaratio eſt, ut teneatur de calumnia jurare quælibet principalis perſona litigans, text. *in l.* 2. *§.* 1. *circa medium, & in §. hoc etiam, in fine, & in auth. Principales perſonæ, C. de jurejur. propt. calum.* & ibi Bald. *num.* 1. *text. in capit. in pertractandis. & ibi gloſſ.* 1. *in notab. in fi. de juram. calum. gloſ. fin. in prine. in cap. fin. & in cap. caterum. in verbo, ab utraque parte. eod. tit. & in l. non ſolum, in verbo, interrogationibus, in princip. ff. de procurat. quæ gloſ. eſt notanda,* Speculat. *in tit. de juram. calum. §.* 1. *num.* 12. *verſ.* 5. *quia, & §.* 3. *in princ. & num.* 11. *circa princip.* Joa. Andr. *ad eundem Specul. d. §* 3. *in verbo,* Joan. de Deo. Barth. Socin. *reg.* 207. Maria. Socin. *in cap. inhærentes, num.* 12. *& in d. c. in pertractandis, num.* 1. *&* 5. *in prine. & n.* 7. *& d. n.* 5. dicit hoc eſſe regulare; ſed ego id pro regula non poſui, quia ſubſequentes declarationes non poterant aptari regulæ, Panorm. *in d. cap. inhærentes, n.* 4. *verſ. not. quarto, in princip. & in cap. literas, num.* 10. *in fin. de juram. calum.* † Principalis autem
3 perſona dicitur illa, quæ ſuo nomine litigat, Bald. *in d. auth. principales perſonæ, d. num.* 1.
4 † Præmiſſa prima declaratio eſt declaranda, ut procedat, dummodo principalis perſona commodè haberi poſſit, Socin. *in dict. cap. in pertractandis, num.* 29. Panormit. *in*
5 *c. caterum, num.* 7. *circa medium, de juram. calum.* † Et eadem præmiſſa prima declaratio plures habet ampliationes; quarum prima eſt, ut procedat etiam, ſi ejus advocatus juraſſet, Socin. *in cap. cum in cauſa, num.* 27. *verſ. & ſic patet ex prædictis, de jura. calu.*
6 † Amplia ſecundò principalem declarationem præmiſſam procedere etiam ſi ſuus procurator juraſſet, quia per juramentum procuratoris non relevatur à præſtatione talis juramenti, Soc. *in d. c. in pertractandis, num.* 25. licet ipſe *in d. cap. cum in cauſa,* videatur
7 ſentire contrarium, quod impreſſoris vitio non autem Socin. tribuo. † quam ampliationem principalem ampliat Specul. *in d. §.* 3. *n.* 2. *verſic. ſi tamen, in fin. & ſeq.* ut habeat locum, etiamſi procurator juraſſet de calumnia, & poſtea reſpondiſſet poſitionibus, illasque negaſſet, quia principalis quoque, ut melius informatus tenetur illis reſpondere. Sed dicta doctrina Speculat. non videtur militare in juramento calumniæ, ſed potius in juramento veritatis vel malitiæ, ſeu reſpondendorum, ut illud vocat And. Gaill.
8 *pract. obſ. lib.* 1. *obſ.* 79. *n.* 10. † & eandem ſecundam ampliationem intellige ut procedat

Digitized by Google

dat de jure civili, quia de jure canonico, ex *c. fi. de juram. calum. in* 6. videtur colligi sufficere quod procurator juret. Idque etiam colligitur ex communi observantia, de qua dicam infra *cap.* 16. & Panormit. *in c. caterum, num.* 2. *de juram. calum.* ubi voluit, quod si Dominus constituit procuratorem specialem, & nihilominus pars instaret cogi Dominum ad jurandum, Dominus posset appellare, si judex illum cogere vellet. † Amplia 9
tertiò principalem declarationem præmissam, ut locum habeat, etiam si agens pro dicto principali fidejussisset, de rato, &c. text. *in d. l.* 2. *in d.* §. *hoc etiam.* † & hîc nota, quod 10
talis promittens de rato, &c. non confirmatur procurator eo ipso, quod principalis juravit de calumnia; sed ipse conveniri poterit, si dominus ratum non habeat, *gloss. in d.* §. *hoc etiam, in verbo, subeat, versic. non enim.* † & juramentum præstandum per domi- 11
num, præstari debet in animam propriam, Socin. *in d. cap. cum in causa, num.* 12. *in princip.* † Secunda declaratio regulæ principalis est, ut is etiam, qui juraſſet, non jurare te- 12
neatur præstare juramentum calumniæ, Specula. *dict.* §. 3 *num.* 7. *in fine*, remissivè ad dicta per eum *in dict. tit.* §. *n.* 3. ubi discutit hinc inde, Jas. referens Speculat. ubi supra, *in l. qui jurato, final. num.* 11. *ff. qui satisdare cogantur, gloss. in dict. l.* 2. §. *sin autem reus, in verbo, sin autem, C. de jurejur. propter calumniam*, & Alberic. *in eadem l.* 2. *num.* 30. ubi dicit hoc juramentum de non jurando esse illicitum, Moderni annotantes *in pragmat. regni, incipien. si reus exceptiones litis ingressum, num.* 2. Marian. Socin. *in dicto capit. in pertractandis, num.* 47. *in princip.* & sibi imputet, quia juravit non jurare, ut per Socin. *in dict. num.* 47. † Contrarium autem, & quod non compel- 13
latur isto casu jurare de calumnia, videtur tenere Socin. *in dict. cap. cum in causa, num.* 52. *in fine*, ubi ante verbum (compellitur) adest dictio (*Non*) quam dictionem potius vitio impressoris in meo codice appositam credo, quam ut Socin. sibi ipsi contrarius esse voluerit. † Nec istud contrarium esset sine aliquo fundamento, roboratur e- 14
nim ex hoc, quod juramentum primum est servandum, Boer. *cons.* 28. *n.* 20. Et si jurare de calumnia debens contra illud facit, videtur peccare. † Et si servat primum juramen- 15
tum, videtur præjudiciale non solum illi, qui jurari instat, cui videtur irrogare injuriam, ut dicam infra *cap.* 21. sed etiam ipsi jurare debenti, quia non jurando de calumnia, si est actor, cadit à causa, si est reus, habetur pro confesso, ut dixi supra *cap.* 14. Et sic dictum juramentum videtur esse vinculum iniquitatis, quod esse non debet, Cephalus *consil.* 137. *num.* 61. *lib.* 1. Cepol. *consil.* 17. *num.* 4. Decius *consil.* 41. *num.* 1. Socin. jun. *consil.* 20. *num.* 34. *vol.* 4. † ista est materia ardua, in qua mallem discere quam 16
docere, propter periculum animæ, & quia posset accidere casus, in quo nolens jurare ob timorem primi juramenti per ipsum emissi, incurrat amissionem omnium suorum bonorum & carcerationes, & alia damna intolerabilia, & in d. materia pro nunc dico cum d. Socino *in d. c. cum in causa, n.* 52. quod si ille qui juravit, simpliciter juravit, nulla habita intentione specifica ad juramentum calumniæ; tunc tale ejus juramentum reducitur ad intellectum juris, & intelligitur quod non jurabit nisi causa subsistente, & sic subsistente causa jurandi de calumnia, juxta formam juris non intelligitur tale juramentum

Digitized by Google

17 tum comprehenſum ſub illo priori juramento. † ſi verò ille qui juravit, intendebat ſub illo priori juramento, in mente ſua comprehendere etiam juramentum calumniæ; ex quo tale juramentum calumniæ eſt inductum non pro commodo privatorum, ſed ob publicam utilitatem, ut dixi ſupra *c.* 3. *&* 4. juramentum primum eſſet contra utilitatem publicam continendo juramentum calumniæ, & ſic non eſſet ſervandum, cum juramentum contra publicam utilitatem ſervandum non ſit, Jaſ. *in auth. ſacramenta puberum, num.* 52. *C. ſi adverſ. vendit.* Roma. *ſingul.* 507 *num.* 1. Gramat. *deciſ.* 112. *num.* 17 Gozad. *conſil.* 61. *num.* 16. Ex quibus infertur in omni caſu cogendum eſſe illum, qui juravit non jurare, & ipſum teneri jurare de calumnia. Et ad prædicta conferunt ea, quæ
18 dixi ſupra *cap.* 14. *num.* 64, & quæ dicam infra *hoc eod. cap. num.* 17. *& ſeq.* † Tertia declaratio regulæ principalis eſt, ut procedat in eo qui voviſſet non jurare, quia & ipſe tenetur jurare de calumnia, Socin. *in d. cap. in pertractandis, d. n.* 47. ubi poſt diſcuſſas opiniones ita concludit, & rationem reddit, quia id tendit ne dum in præjudicium jurantis, ſed etiam tertii, quod eſſe non debet. Et ad prædicta conferunt ea, quæ dixi ſupra
19 *cap.* 14. *num.* 64. & dicta ſupra *hoc eod. cap. num.* 12. *& ſeqq.* † Quarta declaratio principalis regulæ eſt, quod etiam judices tenentur jurare de calumnia, text. *in d. l.* 2. *in prin.*
20 *& ibid. Cyn. nu.* 1. † dictumque juramentum per judices præſtatur non tactis, ſed poſitis ſcripturis tantùm, *gloſſ. in d. l.* 2. *in verbo, propoſitis,* & Cyn. *d. n.* 1. Bart. *ibid. nu.* 10.
21 Panormit. *in d. c. inhærentes, n.* 4. *verſ. not. quarto, de juram. cal.* † At Maria. Socin. *in d. c. in pertractandis. ſub n.* 4. dicit non eſſe neceſſe, quod judices habeant ante oculos Evan-
22 gelia, quia cum habeant ſcripturas, ipſa Evangelia habere videntur: † & quod ideo inolevit practica ponendi in ſententiis illam clauſulam [Solum Deum præ oculis habentes,] & utinam judices omnes id, quod ſub his verbis ore fatentur, corde & opere profiterentur, & Deum præ oculis haberent, & non potius amorem, odium, pecunias, aut aliquod aliud intereſſe. Et ego novi judicem, qui cum pecunias ſportularum, & alias etiam cauſas ante oculos haberet, in ſententia omiſit, permittente Deo, apponere dicta verba, ut propalaretur ejus iniquitas, quod ſcilicet non Deum, ſed pecunias habebat ante oculos, & ne ultra illud peccatum committeret etiam mendacium afferendo,
23 quod Deum habebat ante oculos, & verum non eſſet † hodie à judicibus non præſtatur iſtud calumniæ juramentum, & ſufficit quod quando ad officium promoventur & eliguntur, ſive in principio officii, jurent, ut habetur in d. *gloſſ. in verbo, propoſitis,* Bart. *d. num.* 10. Panormit. *in d. cap. inhærentes, num.* 4. *in fine*, ubi allegat conſuetudinem de
24 juramento calumniæ, & tradit Socin. *in d. cap. in pertractandis, d. n.* 4. † nec præſtatur per judices, etiamſi procederetur per inquiſitionem, quia inquiſitio ſuccedit loco accu-
25 ſationis, Socin. *in d. cap. in pertractandis, d. n.* 4. † Ratio cur hodie judices juramentum calumniæ non præſtent, redditur à Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de jurejur. propter calumniam,* & eſt talis, quia in eis ceſſat calum. ſuſpicio, imo præſumitur quod non calumnientur.
26 † & proh dolor temporibus iſtis, in quibus per motum proprium fœlicis recordationis Sixti Papæ V, ſublatæ ſunt omnes leges municipales criminales, quæ non ſunt con-

fir-

Digitized by Google

firmatæ in forma ſpecifica, ſed per generales confirmationes Pontificum tanta excrevit officialium & judicum iniquitas, ut non ad cuſtodiam & gubernationem civitates & oppida videantur tradita, ſed ad direptionem. Et ſi Bald. proximè allegatus dicit in eis ceſſare calumniæ ſuſpicionem, imo pro eis præſumi quod non calumnientur: Vel debet intelligi de officialibus in diebus illis; vel quod talis præſumptio non eliciatur ex iis, quæ officiales faciunt, ſed eliciatur ex iis, quæ facere debent. Et poſtquam ingreſſi ſumus hanc materiam, aliquantulum ab inſtituto noſtro digrediar ad utilitatem ſtatus Eccleſiaſtici, omniumque aliorum ſtatuum, & utinam verba mea pervenirent ad aures ſummorum Principum, quibus Deus gubernium mundi tradidit, quia ſperarem, quod intellecto infelici ſtatu, in quo populi eis à Deo crediti conſtituti ſunt ob avaritiam judicũ & officialium, in quibus ipſi confidunt, providerent eorum indemnitati; & quod ſi in Evangelio dicitur, quod expediebat, ut unus moreretur, ne tota gens periret; non convenit, ut totus populus pereat, & moriatur, dummodo vivat unus ſolus judex & officialis, & ejus avaritia. Attendant Principes ea, quæ non ſine magno animi dolore & intenſo ferè uſque ad mortem, profero, & propono, & quamvis talis digreſſio in principio videatur inutilis & extra propoſitum, in fine oſtendam non eſſe extra propoſitum, & utilitatem inde aliquando Deus eruat. Ante motum proprium prædictum, omnes civitates habebant ſtatuta criminalia, & quando contra ea aliquis errabat, ſoluta pœna ſtatutaria mulctabatur, & delinquente reſtituto ad patriam, negociis propriis operam navabat delinquens, ſollicitus jacturam pœnæ ſolutæ, reſtaurare, poſt motum proprium omnes populi circa pœnas pendent à voluntate judicis & officialis, & dictus motus proprius mandat deficientibus ſtatutis confirmatis in forma ſpecifica, obſervari conſtitutiones Egidianas, quas ante eum per totum ſtatum Eccleſiaſticum obſervandas habebamus, ex motu proprio Sixti Quarti, & Pauli Tertii, apud Caputaquenſ. *deciſ. 226. num. 4. in verbo, conſtitutio, parte prima*, Pontan. de Spol. *libro quarto, capitulo tertio, numero quadrageſimo ſecundo, verſiculo, quæ quidem.* Sed eas judices & officiales non obſervant, & omnes pœnas reducunt ad ſupplicationes: & ſi rei ſupplicant, illos ultra modum excoriant, & tantum taxant ſupplicationes, quantum ferè rei in bonis habent, eosque mendicos relinquunt. Si autem rei ſponte non ſupplicant; & de pœna concordant, illos citari faciunt ad comparendum, etiamſi pœna ſit pecuniaria perſonaliter, & nolunt admittere procuratores, prout tenentur in pœnis pecuniariis, vel à pœna relegationis infra, ac etiam in pœnis, in quibus agitur de privatione, ſeu depoſitione ab ordine, ſeu dignitate, ut habetur apud Clar. §. *final. quæſt. 33. num. 4. 5. & 6. à verſic. cæterum, & ſeqq.* cujus autoritate tantum contentus ero, cum ibi ad ſaturitatem jura & communes opiniones adducat. Et ſi rei comparent, eo uſque detinent carceratos, donec componant arbitrio officialium & rectorum contra omne jus: ſi non comparent perſonaliter ad effugiendam carcerationem, coguntur voluntarium ſubire exilium, vel eis à rectoribus exilium indebitè imponitur, cum maximo eorum familiæ diſpendio; & non habentes unde in exilio vivant, oportet ſeipſos aſſociare cum

Digitized by Google

re cum pravis hominibus,& intervenire graſſationibus,rapinis, abigeatibus, & ſimilibus aliis delictis,& ſic in dies creſcit exulum ſtatus Eccleſiaſtici numerus, ex indiſcretione & avaritia rectorum, judicum & officialium, quæ ſi reprimeretur, reprimeretur etiam exulum numerus.Præterea pro quocunque pecuniario delicto, etiam ex forma Egidianarum conſtitutionum ſine citatione carcerari faciunt, cum non valeant, ut eorum arbitrio componere de pœna poſſint dicti rectores & officiales; & poſtquam compoſuerint,dicti rei arbitrio prædicto,coguntur ſolvere birruariis capturas,cuſtodibus carcerum deitas carcerationis,fiſcali mandata relaxi, & eadem relaxi mandata eiſdem rectoribus,& officialibus perſolvere; & ſic pauperes, & aliquando tales rei, qui non habent unde vivant,niſi ex ſudore vultus eorum quotidiano, in carceribus opprimuntur,& inexcarcerationibus undique expilantur à judicibus,à fiſcalibus, à cuſtodibus carcerum,à birruariis,& à notariis,quorum ſuperius non memineram.Solent inſuper omnes civitates habere leges municipales ſuper damnis datis,diſtinctas libris ſeparatis à legibus ſuper criminalibus,pro quibus damnis datis imponuntur pœnæ pecuniariæ duntaxat, pro quibus pœnis pecuniariis non valent de jure dicti rectores & officiales carcerare homines,ut dixi; & ipſi, quando talia damna data committuntur, ſtatim carcerari faciunt dantes damnum ſine aliqua citatione,ſub prætextu quod tale damnum ſit magnum, & ideo non ſit ſtandum ſtatutis loquentibus de damnis datis, ſed eſſe puniendos ſimiles dantes damnum criminaliter etiam; ut exempli gratia, ſtatutum furantibus uvas imponit pœnam refectionis damni domino uvæ,& deinde ſcuti unius, aliquis aufert unam ſportam uvæ, & dicti rectores contra eum intentant judicium criminale, carcerando de facto aſſerentes ſtatuta loquentia de damno dato in uvis intelligi,quando quis pro eſu aufert unum,aut duos racemos uvæ, & non quando aufertur uva cum ſportis; & in eorum utilitatem interpretantur ſtatuta de damnis datis; & miſelli obcæcati auro non cognoſcunt,quod imo è converſo deberent interpretari ſtatuta, quod ſcilicet intelligantur de quocunque damno dato in uvis, & quod ſi damnum datum ſit in re minima,ut in uno racemo vel duobus, aut ſimilibus, quod de minimis non debet Prætor curare, vel ſaltem tali caſu pœna minor ſtatutaria imponi: & quod nullo modo datur tranſitus de ſpecie ſeparata ad ſpeciem ſeparatam, ut de damno dato ad criminalia,& de criminalibus ad damna data,& differunt ſolum inter ipſa, damnum datum magnum & parvum, non ſpecie,ſed ſecundum magis & minus tantum, & id magis deplorandum eſt, quod ſi aliquis committit damnum datum, dicti rectores & officiales eum inquirunt & mulctant criminaliter, & deinde mandant appaltatoribus damni dati, qui habent diſtinctam juriſdictionem in ſtatu Eccleſiaſtico, à tempore dicti Sixti Quinti, ut eos mulctent ratione damni dati, & ſic dupliciter reus in duobus tribunalibus diſtinctis pulſatur; & cum in aliquibus locis habeant certam pecuniarum quantitatem pro omni inventario ſeu annotatione bonorum, quando adeſt delictum, pro quo confiſcatio bonorum veniret imponenda, ipſi pro omni leviſſimo delicto faciunt confici inventarium ſeu annotari bona,tracti illius lucri aviditate. Omitto,

Digitized by Google

to, quod dum aliquis imputatur de aliquo crimine, ipsi antequam ad examen in scriptis deveniant, vocant testes, qui scire negocium possunt, & si invenerint ex ipsis aliquem deponere in favorem rei, illum non examinant, sed alios, qui deponunt contra reum, & quod magis impium est, si testis, qui examinatur, deponit aliquid in favorem rei inquisiti, scribunt ea, quæ contra inquisitum sunt, ea autem quę deponit pro inquisito & ejus innocentia, scribere nolunt, dicentes testibus, quod super præmissis in favorem rei ipsos non interrogant. Mille alios modos illaqueandi & excoriandi populos divites habent isti rectores, judices, & officiales, qui non latrunculatores, ut Doctores eos vocant, nominandi sunt; sed latrones magni, qui torquibus aureis in aulis Principum deambulant, suspensis laqueo furibus parvis, ut apud Gellium in pulchro dicto nobilis Romani colligitur; & eos Alciat. *in l. si calumniator num. 4. de verborum significatione.* vocat judices concussores: quorum si aliqui capite truncarentur, ab unius pœna cæteri discerent, expediret felicitati populorum, ut principes, quibus Deus princeps principum, & dominus dominantium dedit eorum regimen, statuerent certas leges criminales, juxta cujusque oppidi facultates, & facerent certis eos sub legibus vivere, & non permitterent eos ita à rectoribus expilari, excoriari, & eorum sanguinem emungi, ita, ut eis vix spiritum, & hunc precarium dimittant; & eisdem rectoribus dicerent principes, quod dixit Elias ad Achab. 3. *Reg. cap.* 18. (Tu conturbas Israel, & domus patris tui,) Et hoc modo diminueretur numerus exulum omnia devastantium, & populos haberent ditiores & obstrictiores; & hæc dicta sint salvo honore aliquorum proborum, qui exercent hujusmodi officia fideliter, & in via veritatis ambulant, & non in viis impiorum, nec in cathedra pestilentiæ sedent, & quorum fama ab tam iniquis viris obnubilatur. † Ex quibus clarè constat, non solum esse 27
utile, sed necessarium, quod similes judices & officiales jurarent de calumnia, ut de jure est, non obstante quacunque consuetudine, seu potius abusu in contrarium existente. Nec præmissis obstat, quod superius dixi, jurare de calumnia omnes personas litigantes, & hæc fuerit regula, & conclusio principalis, posita supra in principio hujus capituli. Et quod insuper tres personæ constituant judicium, scilicet, Judex, actor & reus, ut Panorm. *in d. cap. inhærentes, n. 4. vers. not. quarto.* Ex quibus soli actor, & reus sunt litigantes, & si judex juraret de calum. non esset declaratio ad dictam regulam, cum judex non sit litigans: quia respondeo, quod (omitto quod Panormit. *in dict. versic. not. quarto,* dicit judices esse principales personas, quæ intelligenda duco quoad constitutionem judicii, non quoad interesse in causa) aliquando judices ducti aliqua affectione inclinant in favorem actoris, aut rei, & sic assumunt illius personam, & ob id dici possent litigantes, non quod actu sint, sed potentia possunt esse litigantes, † & di- 28
cti judices etiam in multis procedunt sine actore seu accusatore, ut est in officio non mercenario judicis, sed nobili per quod sæpe mandatur præstari cautiones de non offendendo, ut Herculan. *in tractat. caut. de non offendendo*, & alia similia per dictum nobile officium expediuntur. Nec præmissis obstat doctrina Socin. *in dict. c. in*

Digitized by Google

pertractandis, num. 4. per me citata supra *nu.* 23. dum vult, quod inquisitio succedit loco accusatoris, quia id videtur falsum; nam Socin. transit de persona, quæ constituit judicium, ad partem integralem istius judicii particularis, in quo per inquisitionem proceditur, & ad modum procedendi contra reum; & eo minus admittitur talis transitus
29 de actore ad inquisitionem, cum nullum simbolum habeant. † Quinta declaratio regulæ est, quod minor etiam de calumnia jurare tenetur in certis casibus, & Primo in omnibus causis, in quibus habet legitimam personam standi in judicio, Panormit. *in cap. cum causam, num.* 9. *in fin. & num.* 10. *in fin. de juram. calum.* Marian. Socin. *in d. cap. in pertractandis, num.* 8. *prope finem, & num.* 9. Cyn. *in d. l.* 2. *§. quod observari, nu.*
30 7. *C. de jure jurand. propter calumn.* † Secundò dum non habet curatorem, & illum petit, & adversarius instat non admitti, nisi jurato de calumn. gloss. *in d. §. quod observari, in verbo, scire possunt, & ibid. Cyn. num.* 5. ubi dicit interim ad hunc actum haberi pro ma-
31 jori dictum minorum. † Imo dicta gloss. *in verbo, scire possunt, in fine*, dicit, quod si quis dicit se minorem, poterit actor illum cogere ad jurandum de calumnia sub hac exce-
32 ptione, Si major sit. † Tertiò, cum minor haberet quidem tutorem, vel curatorem, sed ipse minor esset melius informatus, quam tutor, & curator; cum præsentia tamen tutoris vel curatoris tunc jurabit, gloss. *in d. §. quod observari, in dict. verbo, scire possunt, &*
33 *ibid. Cyn. num.* 6. de præmissis latius tangam, cum de tutore & curatore agam. † Sexta declaratio principalis regulæ est, ut procedat etiam in pupillo, qui & ipse de calumnia jurare debet in causis, in quibus habet legitimam personam standi in judicio. Panormit. *in cap. cum causam, num* 9. *in fin. de juram. calum. & n.* 10. Maria. Socin. *in d. c. in pertractandis, num.* 8. *prope fin. & n.* 9. *& in d. cap. cum in causa, num.* 20. *versic. tu verò dic, quod intelligendum dicit d. Socin. d. num.* 8. & Panormit. *dict. num.* 10. *in princip. de*
34 *pupillo doli capace.* † Et hanc declarationem exemplificant in pupillo agente in causa momentaneæ possessionis, gloss. *in dicto §. quod observari, in verbo, persona, in fin.* Socin.
35 *in d. cap. in pertractandis, num.* 8. † si tamen pupillus læderetur, posset petere restitutionem in integrum, Speculat. *in tit. de juram. calum. §.* 3. *num.* 4. ista declaratio in parte reincidit cum quinta præcedente, & plura super hac materia habere poteris, cum de tu-
36 tore agam. † Septima declaratio principalis regulæ est, quod procedit in servo, qui & ipse de calumnia jurare tenetur in omnibus casibus, in quibus servus habet legitimam personam standi in judicio, Marian. Socin. *in dict. capit. in pertractandis, num.* 14.
37 ubi etiam remittit ad ea, quæ aliàs ipse latè dicit. † quod exemplificat in causa momen-
38 taneæ possessionis, gloss. *in dict. verbo, scire possunt.* † Octava declaratio regulæ principalis est, ut procedat in filiofamilias, qui & ipse de calumnia tenetur jurare, sive agat, sive conveniatur de consensu patris, dummodo filius sit legitimæ ætatis, Socin. *in dict. capitulo, cum in causa, num.* 20. Lucas Petus *in practic. capitol. lib.* 2. *capit.* 3. *num.* 10.
39 *gloss. in d. §. quod observari, in verbo, persona.* † idque non procedere in castrensibus, asseverat Socin. *in dict. capit. in pertractandis, num.* 10. sed in peculio adventitio, & ubi pater est legitimus administrator, ubi vult, quod filius jurare non debeat, sed pater.

Digitized by Google

pater. Vide ad hanc materiam Cyn. *in d.* §. *quod observari, num.* 11. & quæ ponam infra, cùm de patre verba faciam. † At quid dicendum erit, si duo filii inter se litigare volunt, & cui consensum pater præstare debeat? & quod utrique parti consensum præstare teneatur, voluit Socin. *in d. cap. in pertractandis, num.* 45. † Jurat etiam filiusfamilias de calumnia in omnibus casibus, in quibus sine consensu patris habet legitimam personam standi in judicio: nam regulariter filiusfamilias sine consensu patris esse non potest in judicio, Bartol. *in l.* 1. *num.* 11. *&* 61. *C. qui admitti. tex. in l. cum non solum,* §. *necessitate. C. de bonis, qua liberis,* secundum Socinum, *reg.* 151. Multa in id cumulat Alphanus *in collectaneis, num.* 133. Dec. *in d. l.* 1. *num.* 61. *C. qui admitti.* Roman. *consil.* 32. *num.* 1. Arnon. *soliloquio* 78. *in princip.* † sed in quibusdam casibus habet legitimam personam standi in judicio sine consensu patris, quos recenset Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 11. † Et casus quos Socinus recenset, sunt isti, videlicet: Primus casus est, cùm filius non est in potestate patris. Secundus casus est in spiritualibus. Tertius casus est in castrensibus. Quartus casus est in quasi castrensibus, quod etiam firmat Bart. *in d. l.* 2. §. *quod observari, num.* 17. ubi dicit, quod filiusfamilias jurat, & quod isto casu habetur pro patrefamilias, licet Soc. annectat istum casum, cum proximè præcedente. Quintus casus est in adventitiis, in quibus patri non quæritur ususfructus, & hic attende, quod regulariter pater habet usumfructum in bonis adventitiis filii: ideò istud intellige de illis bonis adventitiis, in quibus pater non habet usumfructum, ut infra dicam. Sextus casus est in criminalibus, maximè publicorum judiciorum. Septimus casus est, quando filius agit patre longè extra territorium degente, qui procuratorem non dimisit. Octavus casus est, quando filius caveret, quod pater sit rem ratam habiturus. Nonus casus est si filius peteret executionem instrumenti guarentigiati. Decimus casus est in omnibus casibus, in quibus non proceditur in figura judicii. Undecimus casus est, in extraordinariis secundum aliquos. Duodecimus casus est, si pater sit ingressus monasterium. Decimus tertius casus est, si filius esset clericus, vel talem assecutus dignitatem, quæ ipsum liberaret à patria potestate, & ageret, vel conveniretur pro bonis postea quæsitis, sed iste casus reincidit ferè cum primo. Decimus quartus casus est, in omnibus casibus, in quibus olim filiusfamilias poterat esse in judicio sine consensu patris, ut in actione in factum, injuriarum, quod vi aut clam, commodati, & similibus. Decimusquintus casus est in præparatoriis, sed super isto casu attende, quia id procederet de jure antiquo, per quod pluries jurabatur, ac etiam ante & post litem contestatam, super quolibet emergenti particulari, non autem de jure Codicis, per quod semel tantum, & post litem contestatam duntaxat, & super tota causa juratur, ut dixi *cap.* 1. *&* 9. Et si dicta præparatoria fierent ante litem contestatam, certè juramentū desuper præstandum non diceretur calumniæ, sed juramentum malitiæ: si verò fierent post litem contestatam dicentur positiones seu articuli, & juramentum desuper præstandum, dicetur potius veritatis vel malitiæ; & sic isto casu nullatenus datur juramentum calumniæ. Decimussextus casus est, quando filius agit contra patrem; super quo nota, quod tunc

40 41 42 43

Digitized by Google

ei remittitur juramentum, ut dicam infra *c.* 18. & quod isto casu debet filius impetrare veniam, ac etiam quod ad salvandum hunc locum, Socin. intelligi debet, quod filiusfamilias isto casu juret, si vult; sed si non vult, non cogitur sine dicto consensu jurare, per ea quæ dicam *d. cap.* 18. Et prædictis casibus à Socino relatis concordant infrascripti Doctores, videlicet cum decimoquinto præmisso casu. Vantius *de nullit. in tit. de nullit. ex defect. & inhabilit. manda. compar. num.* 45. addoque eisdem casibus à Socin. relatis, decimumseptimum, qui est, quando imploratur officium judicis extra ordinem, & non in figura judicii. Ant. de Trigona *sing.* 64. & iste casus videtur reincidere, cum undecimo casu supra posito ex Soc. Decimumoctavum casum addo, & est, quando pater consensisset filio agenti in judicio, qui condemnatus fuit, & demum convenitur actione in factum, quia tunc consensus patris non requiritur, Ant. Trigona *d. sing.* 64. *vers. limita secundo.* & iste casus reincidit ferè cum casu decimoquarto supra relato à Socin. Decimumnonum casum addo, & est, in omnibus casibus in quibus minor potest esse in judicio sine curatore, quia in eisdem non requiritur patris consensus, Ant. Trigona. ubi supra *d. sing.* 64. *vers. limita singulariter*, in quo singulari multa notabilia tra-
45 dit. † Nec prætereo quod Arnon. *d. soliloquio.* 78. ex-endit regulam supra *numer.* 42. positam, quod filius sine patris consensu non possit habere legitimam personam standi in judicio; etiam quando summariè agitur, & executivè, & sic videtur contra nonum,
46 decimum & undecimum casum positum ex Socin. supra *num.* 44. † Dixi supra *num.* 39. *& num.* 44. quod Socin. *in d. c. in pertractandis, num.* 10. videtur tenere, quod in castrensibus non procedat ista nostra octava declaratio, quæ opinio Socin. quæ est communis, declaratur, ut non procedat in omnibus castrensibus, nec semper, sed quando post castrensia acquisita superveniisset filio aliquod impedimentum, per quod interdicta ei esset bonorum castrensium administratio, ut amentia, prodigalitas, & quid simile, †
47 & circa istum consensum patris ad validandum judicium, scire debes, quod quandocunque talis consensus patris accedat, judicium retrofactum convalidatur, ad Vant. ubi supra *de nullit. senten. ex inhab. seu defect. mand. compar.* ubi solvit contraria, *num.* 44.
48 *&* 45. † pro resolutione omnium præmissorum circa istum consensum patris, dic quod quandoque in bonis per filium acquisitis quæritur patri ususfructus, & exercitium actionum, tunc requiritur consensus patris ob interesse quod habet, & quia actionum exercitium pater filio præoccupavit: in bonis autem, in quibus nec ususfructus, nec aliquid patri quæritur, filius habet legitimam personam standi in judicio sine consensu
49 patris, Vant. latè ubi supra proximè *num.* 39. *& seq.* † ubi *sub num.* 42. subdit, quod in casibus, in quibus ususfructus vel aliquod jus patri quæritur, si filiusfamilias esset minor, sibi deputari deberet curator ad illam litem ultra consensum patris, quia curator datur ob minoritatem, & consensus patris ad conservandum sibi jus quod habet in bonis, de quibus agitur, & utrum non suppletur per aliud, ut pulchrè. Vant. *d. num.* 42. *&* 43. istud habui in facto coram R. P. D. Lælio Ortolino Lucensi non levis armaturæ militæ togatæ militiæ Vicario admodum illustris, ac reverendissimi Domini Dominici Tusci Epis-

Digitized by Google

Episc. Tiburtini, nunc almæ urbis gubernatoris meritissimi, & domini mei, in causa vertente inter nobiles dominas Ambrosinam, Ursinam Zacconiam, & Claricem Brunellam, similiter de Zacconibus meam principalem, contra quam constitutam sub potestate patria & minorem, coram d. domino Vicario nulliter fuerat actum, & nunquam obtinere potui dictam Vantii doctrinam habere locum, licet sit in clarissimis fundata juribus. Dictus Vicarius fundat suam opinionem in Borgnin. de tutore, ac aliis juribus asserentibus filiofamilias minori agenti non esse necessariò dandum curatorem, neque eidem in judicio pulsato, sed sufficere patris assistentiam; quæ ego procedere replicabam in illis casibus, in quibus pater nullum jus habebat in bonis super quibus agitur, ex citata doctrina Vant. † & hoc modo concorda Socin. Arnon. ac omnes alios Doct. 50
inter se in præmissis discrepantes. † Quomodo autem potest cogi pater ad præstandum 51
consensum filio agenti vel resistenti? tradit Vant, *in tit. quib. mod. senten. nul. repar. n.* 87. ubi dicit posse patrem cogi captis pignoribus, vel quod consensus suppletur per judicem per interlocutoriam declarando talem legitimam personam standi in judicio habere. † Supra, *num.* 44. *in quinto casu à Socin relato*, tetigi, quod non in omnibus bo- 52
nis adventitiis pater habet usumfructum, sed in quibusdam tantum bonis per filium acquisitis, & in casibus specialibus, & in istis salvari Socin. *d. casu* 5. † nam regulariter 53
pater in bonis adventitiis filii habet usumfructum, & in consequentiam exercitium actionum, *gl in d. l.* 2. §. *quod observari, in verbo, persona, & ibi glossella marginalis*, Boer. *decis.* 172. *n.* 31. *&* 32. Borgnin. *in tract. de usufruct. mul. relict. n.* 179. *& seq.* ubi exclamat contra viros, qui ad gratificandum uxoribus, ipsis relinquunt sub spe, quod uxores relictis fruantur, eorum tamen ususfructus patribus quæritur contra eorum spem, & præter voluntatem dictorum incautorum virorum, quos maritellos ibi Borgnin. vocat. † quæ regula: quod pater habeat usumfructum in bonis adventitiis filii, 54
patitur aliquas ampliationes; Prima ampliatio est, ut procedat etiam in bonis relictis filio nascituro, maximè si notarius sit stipulatus pro d. nascituro, Boer. *d. decis.* 72. *n.* 30. *& seq.* † Secunda ampliatio d. regulæ est, ut procedat etiam in legitima filii, & quod in 55
ea pater usumfruct. habeat, ut per Doct. relatos à Boer. *d. decis.* 172. *n.* 1. sed istud fallit ut infra dicam. † patitur etiam d. reg. multas fall. per quas pater non habet usumfru- 56
ctum in bonis adventitiis filii, quarum prima est, quando pater esset dilapidator bonorum, quia tunc patri in bonis filii non quæritur ususfructus, Boer. *d. decis.* 172. *num.* 1. *circa medium.* † Secunda fallentia est in dote, in qua usumfructum patrem non habere 57
tradit Boer. *decis.* 95. *n.* 3. quam fallentiã non puto ita simpliciter admittendam, sed considerandum an pater sustineat onera matrimonii filii, vel non sustineat: si non sustineat, tunc credere veram hanc fallentiam, si verò sustineat, nutriendo filium, uxorem, liberosq; ex eorum communi matrimonio susceptos, credo quod per taliũ onerũ sustentationẽ ususfruct. dotis patri quæreretur, saltim respectu filii, nurus, & nepotũ, licet quoad exercitiũ actionis contra alias personas pro dote non ita faciliter recederem à fallentia: †dos n. datur pro onerib. matrimonii, *l. pro onerib. ff. de jur. dot. glos. in l. si fraudator,* 58

§. *si*

Digitized by Google

§. *si à socero, in verbo, indotatam, ff. quæ in fraud. cred.* Rot. *in una Rom. alimentorum de Cinciis, coram illustrissimo Domino Cardinali Mantica tunc auditore sub die* 24. *A-*
59 *prilis*, 1595. † Tertia fallentia regulæ principalis, & secundæ ampliationis præmissæ est, quando usufructus bonorum adventitiorum filio relictorum esset patri prohibitus: quia isto casu filii in legitima non quæritur patri usufructus, ut volunt Doctores relati
60 à Boer. *d. decis.* 172. *num.* 1. † Quarta fallentia est in filio emancipato ad hoc ut pater totum & integrum usumfructum habeat, quia in dictis bonis pater habet usumfructum
61 pro virili, cum filio emancipato, Roman. *sing.* 547. *incipien. scis quod filiusfamilias.* † Ampliatur hæc fallentia, ut locum habeat in omnibus descendentibus, ut per Adden.
62 ad Roman. *d. sing.* 547. † Quinta fallentia regulæ præmissæ est in bonis filio donatis ab Imperatore, in his enim usufructus patri non acquiritur. Alphan. *in collectan. n.* 106.
63 † Sexta fallentia est in bonis donatis filio ab Augusta, in quibus similiter usufructus
64 patri non quæritur, Alphan. *d. n.* 106. † Septima fallentia est in bonis filio donatis à Re-
65 ge, in his similiter patri usufructus non quæritur, Alphan *d. n.* 106. † Octavam fallentiã præmissis addo, & est in bonis filio donatis à summo Rom. Pontifice, in quo par ratio, & major militat, quàm in aliquo ex præmissis principib. cùm sit Vicarius Jesu Christi in terris in spiritualib. & Dominus omnium aliorũ principatuum mundi, in ordine tamen ad
66 spiritualia, ut dicam infra *c.* 18 *in princ.* † Nonam addo fallentiam, quæ est in bonis filio donatis ab illustrissimis & reverendissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalib. qui
67 sunt: glorioſi Principes terræ, & Cardinales Ecclesiæ, ut dicam infra *d. c.* 18. † Decimam fallentiam addere lubet, & est in bonis donatis filio à quocunque alio principe non recognoscenti superiorem in temporalibus, & idem in republica omisi ponere fallentias in castrensibus, & quasi castrensibus, in quibus patri non quæritur usufructus,
68 quia de eis ex Socin. memini supra *num.* 44. & tritissimæ sunt. † Plures alios casus, in quibus patri usufructus non quæritur habes apud gloss. *in* §. *igitur liberi vestri, in verbo, usumfructum. Institut. per quas personas nob. acquir.* Boer. *d. decis.* 95. *ubi latè.* Dyn. *cons.* 12. *in fin.* & ibi Benedic. de Vadis *in addit. in litera C, vers.* §. *cum autem*, Ursill.
69 ad Afflict. *decis.* 393. *num.* 3. *& plerosq; alios Doct.* † Dixi supra *eod. num.* 44. *in* 16. *casu*, quod filius agens contra patrem debet petere & impetrare veniam antequam agat si ipse est actor, alias processus est nullus, Vant. *ubi supra titul. de nullit. ex inhabilit.*
70 *& defect. mand. comparen. num.* 56. † Et processus esset ipso jure nullus, etiam si filius
71 esset emancipatus. Franc. Curt. *in l. qui in potestate, num.* 2. *C. de in jus vocand.* † maxime autem esset nullus processus, quando in judicio pater non comparet, ut per Capic. *decis.* 56. *nu.* 6. & à majoritate rationis multo magis esset nullus, si compareret &
72 exciperet pater in judicio de venia non petita. † Si vero pater comparet in judicio, & non excipit de non petita venia, certè processus teneret, Vant. *d. n.* 56. Capic. *d. n.* 6.
73 Marcabrun. de Anguil. *cons.* 106. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. † ubi acriter reprehendit Capic. *in d. decis.* 56. innuentem, quod si filius impetrat rescriptum à Principe agendi
74 contra patrem, videtur Princeps remisisse filio veniæ petitionem. † Dictaque veniæ petitio

Digitized by Google

citio requiritur etiam in filio ſpirituali, Tiraq. *de pœnis, cauſa* 21. *nu.* 3. Diaz. *reg.* 295.
† Nec in tali veniæ petitione requiritur citatio partis adverſæ, Maranta *in ſpeculo, parte,* 75
6. in tit. de citatione, in 1. *membro judicii, num.* 8. Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limitatione* 37. *fol. mihi* 23. *&* 24. † Et ſi deviare licet aliquantulum à noſtro inſtituto, 76
ſciendum eſt, quod non ſolum filius, ſed etiam multæ aliæ perſonæ tenentur veniam petere antequam agant, ut de vaſallo, qui tenetur petere veniam à domino, tradunt Jaſ. & Alexand. *in l. generaliter, ff. de in jus vocan.* Specul. *de feud. §. quoniam, verſ.* 16. *quæritur,* quos refert Mynſinger. *cent.* 4. *obſervat.* 92. *in princip.* † quamvis ipſe Myn- 77
ſinger. *in fin. d. obſervat.* contrarium firmet, & aſſerat ſuam ſententiam eſſe Germanis comprobatã moribus. † item de genero, qui tenetur petere veniam à ſocero, tradit Gui- 78
liel. de Ludo. *ſing.* 507. *incipien. gl. eſt.* † item de Monacho, qui tenetur petere veniam 79
ab Abbate, tradit Roman. *ſingul.* 556. *incipien. quid in Monacho.* † Item de cive, qui 80
tenetur petere veniam à ſua republica, voluit Vivius *lib.* 1. *opinione* 317. *n.* 6. † Item de 81
privato habente cauſam à fiſco, contra quem agit, affirmat Roman. *ſing.* 9. *incipien. an ſi privatus.* † item de eo, qui vult convenire habentem cauſam à fiſco, is enim tenetur 82
etiam veniam petere, Mynſinger, *cent.* 2. *obſerv.* 91. *in fin.* † in qua cent. 91. dicit, plu- 83
res perſonas, in quibus impetratio veniæ requiritur recenſeri per Socin. *in reg. quæ perſonæ,* & Bald. *in c. fin. de feud. alien.* alia de filio habebis infra, cum de patre loquar. † 84
Nona declaratio principalis regulæ eſt, ut procedat etiam in patre, qui etiam tenetur jurare de calumnia in iis bonis, in quibus eſt legitimus adminiſtrator, Speculat. *in titul. de juram. calum. §.* 3. *num.* 5. Lucas Petus *in pract. Capitolin. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 10. *gloſſ. in d. l.* 2. *d. verbo, quæ perſonæ, C. de jurejur. propt. calum.* Bald. *in d. §. quod obſervari,* ubi enumerat patrem inter legitimos adminiſtratores, Socin. *in d. cap. in pertractandis, num.* 12. Panormitan. *in cap. cum cauſam. num.* 10. *de juram. calumn.* † ſed 85
Cyn. *in d. l.* 2. reprehendit dictam gloſſ. in verbo, perſonæ, ubi eum vide. † quam de- 86
clarationem principalem amplia, ut locum habeat ſive pater agat, ſive excipiat, Socin. *in d. capitulo, in pertractandis, num* 19. † Amplia ſecundò eandem declarationem, & 87
proximè poſitam ejus ampliationem, ſive pater agat, ſive conveniatur ut legitimus adminiſtrator filii, ſive nomine filii, ſive nomine ſuo & filii ſimul, Socin. *dicto numer.* 19.
† Amplia tertio principalem declarationem. & ampliationes prædictas ad avum & alios 88
aſcendentes, Socin. *d. n.* 19. ubi dicit dictos aſcendentes poſſe facere præmiſſa etiam ſine ſpeciali mandato. Et licet ibidem Socin. loquatur de patre, idem dicendum erit de aliis aſcendentibus habentibus deſcendentes in poteſtate, quia in eis militat eadem juris diſpoſitio, ut infra dicam. † nec mirum, ſi dicitur patrem poſſe ſine ſpeciali man- 89
dato jurare, quia eſt legitimus adminiſtrator, ut ſupra ex Bald. *in d. §. quod obſerv.* tradidi, & jurat in animam propriam, ut infra dicam, ad quod juramentum in animam propriam non requiritur ſpecialitas mandati. † Prædicta intellige de aſcendentibus habentibus 90
filios aliosque deſcendentes in poteſtate, non autem de aſcendentibus non habentibus deſcendentes in poteſtate: ac etiam in bonis, in quibus præfati aſcendentes habent

Digitized by Google

91 uſumfructum, ut per Socin, *d. nu.* 19. † præterea Bald. *in d. §. quod obſervari, num. 7.* tradit, quod in omnibus judiciis quæ fundantur in patre, pater jurat de calumnia; in judiciis verò quæ fundantur in filio, filius jurat de calumnia; dum tamen filius ſit legitimæ ætatis, ut dixi ſupra, quando de filio verba feci. Unde elicitur, quod ſi judicium in
92 utroque fundatur pro ſuo intereſſe, uterque pro ſuo intereſſe jurabit, † ſubdit etiam Bald. *ibid. ſub nu.* 8. quod quando pater, aut alius adminiſtrator minorum ſeu majorum habet uſumfructum in bonis, ſuper quibus agitur, jurat ipſe de calumnia, nulla habita diſtinctione, an ipſe cauſam agat vel aſſiſtat in judicio, & hoc ideo, quia eſt legitimus adminiſtrator, qui ſine ſpeciali mandato jurare poteſt, dummodo ſit generalis adminiſtrator, ut dicam infra *hoc eod. c.* quod dictum Bald. ſecutus eſt etiam Panormit. *in c.*
93 *cum cauſam, num.* 10. *in fin. de juram. calum.* † & quod dico de filio, extende ad omnes deſcendentes in poteſtate exiſtentes; quia in eis militat eadem ratio, quæ in filio: & ideò in eis debet militare eadem juris diſpoſitio, Barthol. Romuleus *in comment. rub. de acquirenda poſſeſſione, nu.* 25. *circa medium*, Rota *in una Romana, die* 28. *Junii*, 1577.
94 *coram Aldobrandino, nunc ſummo Pontifice in manuſcriptis.* † dictumque juramentum pater præſtabit in animam propriam, Lucas Petus *in d. pract. d. cap.* 3. *nu.* 11. *argum. tex. in d. cap. in pertractandis*, tum quia ad jurandum de calum. in animam propriam non requiritur mandatum, ut dicam *cap.* 16. tum etiam quia adminiſtratores jurant in animam propriam, ut dicam infra. tum & tertiò, quia ad jurandum in alterius animam requiritur ſpeciale mandatum, ut dixi, & dicam ſæpè *in hoc cap. & ſapiſſime inſeram c.*
95 16. † & prædicta pater aget conſenſu filii accedente, ut pro notabili tradit Socin. *d. nu.* 19. nec ſine ratione Socin. requirit in prædictis conſenſum filii, quibus alludit bona annotatio ad Panormit. *in d. c. cum cauſam, d. nume.* 10. *litera C. in verbo, uſumfructum.* Nam in dictis bonis filio quæſitis poteſt filio parari præjudicium circa proprietatem, & circa uſumfructum patri quæſitum, & quoad dimidium uſumfructum in filio emancipa-
96 to, ut dixi ſupra. † qui uſusfructus morte uſufructuarii finitur, & ad hæredes non tranſit de ſui natura, *gl. in l. hæreditatem, in verbo, Ulpianus, ff. de ad legem Falcid.* Boer. *deciſ.*
97 172. *num.* 29. † & ad ulteriorem prædictorum omnium cognitionem ſcire debemus, quod filius multiplicia acquirit bona: aliqua acquirit, quorum nec uſusfructus nec proprietas patri quæritur, ſed omnia filio quæruntur, quorum aliqua ſupra recenſui, *à num.* 56. *ad num.* 66. *incluſivè.* Aliqua acquirit, quorum proprietas filio, uſusfructus verò patri quæritur: & aliquando integer, aliquando dimidiatus uſusfructus, ut dixi ſupra *num.* 53. 54. 55. 60. Et multa habere poteris apud eos, qui ediderunt tractatus de duobus fratribus. Alia acquirit, quorum & proprietatem, & uſumfructum patri quærit, ut quando ex re patris aliquid quærit, ſine tamen ſua induſtria, nam ſi filius cum re patris aliquid induſtriæ, & operæ poneret in acquirendo cum re patris, tunc fieret acquiſitorum diviſio, juxta tradita per *Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. in* 11. *parte*
98 *principali.* † de ultimo caſu præmiſſo, quando ſcilicet nec proprietas, nec uſusfructus filio quæritur, non eſt locutus Soc. quia ibi non convenitur ut pater, ſed ut dominus, ad

quem

Digitized by Google

quem commodum & incommodum omne rei controversæ spectat, & sic neque ego de eo loquor, sed nos loquimur de duobus primis, in quibus aliquid filio quæritur actu, vel spe. † In bonis per filium acquisitis, quorum proprietas sibi soli quæritur, & simili- 99
ter usus fructus, & patri nec proprietas nec ususfructus quæritur, solus filius jurat absq; assistentia patris, quia assistentia patris requiritur pro interesse patris, non autem pro interesse filii, ut tradit *Vant. d. n.* 34. Cum hic igitur non agatur de aliquo interesse patris, non requiritur ejus consensus, & assistentia.

In bonis autem per filium acquisitis, quorum proprietas sibi, patri vero ususfru- 100
ctus quæritur, jurat uterque, scilicet pater & filius, & pater pro interesse suo ususfructus assistit, ut dicit Vant. *d. num.* 43. & insuper jurat de calumnia cum consensu tamen filii, & sic procedit id quod ex Socin. & annotat. ad Panormitan. dixi *supra nu.* 95. quia post mortem patris ususfructus, pro quo pater jurat, est reversurus ad filium. Filius etiam jurat pro suo interesse, actu quoad proprietatem, & in spe post mortem patris quoad usumfructum; & si filius esset emancipatus quoad interesse non solum proprietatis, verum etiam dimidii ususfructus actu, & de præsenti, & in spe post mortem patris alterius dimidii ususfructus, quem supra *num.* 60. dixi, quod pater habet cum filio emancipato pro virili, & sic filius jurabit pro dicto multiplici suo interesse cum consensu tamen patris pro alio suo interesse, & isto mode procedunt ea, quæ dixi supra, *num.* 38. quod filius jurat de consensu patris, quod etiam tetigi supra, *num.* 49. † Prædicta autem pro 101
ceduat in majore vigintiquinque annis, & ad validandum judicium respectu interesse patris: in minore verò vigintiquinque annis, ultra consensum & assistentiam patris requiritur curator ad validandum judicium respectu ætatis. †Minor enim non potest con- 102
veniri in judicio sine tutore, vel curatore, *l.* 1. *& 2. C. qui legit. person. gloss. in l. de ætate, in verb. dicit. ff. de minor.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. mand. num.* 28. *&* 36. & isto casu procedit Vant. *in cit. nu.* 43. quod ultra consensum patris, & ejus assistentiam requiratur curator. † & hæc habent locum, quando cum minore concurrit con- 103
sensus & assistentia patris pro suo interesse; sed quando cum minore non concurrit consensus nec assistentia patris pro suo interesse, tunc uti minori datur tutor seu curator, qui juravit, ut dicam inf. vel ipse minor cum ejus præsentia, ad quæ vide, quæ de tutore, ac curatore dicam. Sed quia ascendentes præferuntur in tutelis & curis, ut per cumulatè tradita ab Alphano *ad Authen. matri & aviæ, C. quando mulier tutoris officio fungi possit, in collation. suis, n.* 415. deberet præferri pater in dicta tutela & cura circa bona dicti minoris filio soli quæsita. † Et ea quæ dico de minore & pupillo, dico etiam 104
de furioso, & de prodigo, & cui bonis est interdicendum, eo modo, qui traditur à Vantio *in dict. titul. de nullit. senten. ex inhabilit. seu defectu, mand. compar. numer.* 19. † 105
sed non ita de Lunatico dicendum credo, nam dicendo aliquem esse Lunaticum ex natura illius verbi importat infirmitatem mentis intercalatam, & non continuam. & quis sit, & dicatur Lunaticus, tradit Gigas *responsione septima.* † Præ- 106
missis addo, quod in bonis, in quibus aliquid filio quæritur actu aut spe, filii consensus non solum requiritur, ut dixi supra *nu.* 43. *ex Socino*, sed etiam requiritur expresse,

Digitized by Google

quod filius agat vel conveniatur ipſe, & uti principalis juret pro ſuo intereſſe actu vel
107 ipſe. † Decima declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in univerſitate, quæ ſimiliter de calumnia jurare tenetur, *cap. Imperatorum, de jur. calum.* Speculat. *in tit. de jur. calum. §. 3. num. 9.* Socin. *in d. cap. in pertractandis, nu. 16.* Petrus Vanderan. *in pract. judiciali. cap. 2. axiom. 1.* Bald. *in d. §. hoc etiam, num. 1.* Panormit. *in*
108 *d. cap. Imperatorum, n. 1.* † Dictique juramenti præſtatio ſit jurando omnes de univerſitate, vel illorum major pars, tex. *in d. §. hoc etiam,* Speculat. *in d. §. 3. n. 1. in princip.* & ibid. Joan. And. *in verbo, municipio ſervatur,* ubi modum jurandi ponit, idem Spec.
109 *d. §. 3. n. 9.* † vel idonea parte illorum de univerſitate jurante, licet non ſit major pars,
110 gloſſ. *in d. §. hoc etiam, in verbo, idonea,* † vel per adminiſtratores civitatis; ſecundum Bald. *in d. §. hoc etiam, num. 1.* Bart. *ibid. num. 2.* ubi ponit etiam quod iſtorum major
111 pars poterit jurare. † Tutius tamen eſt, ut per alium juret, ſcilicet per œconomum, Pe-
112 trus Vandaran. *d. axiom. 1.* † vel per ſyndicum, Bald. *d. §. hoc etiam, num. 1.* Socin. *in in d. c. cum in cauſa, num. 1. gloſſ. in d. §. hoc etiam, in verbo, vel à plurima, verſ. eſſet enim ridiculum,* Spec. *in d. §. 3. in princip.* & ibi Joan. Andr. *in addit. in verbo, ſyndicum actor,* Panormit. *in d. cap. Imperatorum, num. 2. in fin.* Lucas Petus *d. lib. 2. c. 3.* Confunduntur enim iſti duo termini, œconomus & ſyndicus, à plerisque Doct. & per ſyndicum poterit univerſitas jurare, dummodo talis ſyndicus ſit generalis, hoc eſt ad o-
113 mnes cauſas, Speculat. *d. §. 3. num. 15.* † vel jurabit univerſitas per eum, qui litem pro
114 ipſa conteſtatus eſt ad ea quæ tradit Speculat. *d. §. 3. num. 1. in fin. & n. 9.* † quia eſſet ridiculum jurare omnes de univerſitate, gloſſ. *in d. verbo, vel à plurima. in d. verſ. eſſet*
115 *enim ridiculum,* Socin. *in d. c. in pertractandis, num. 16.* † Alii vero diſtinguunt, dicentes; quod aut univerſitas eſt ſecularium, & tunc ſufficit quod principaliores, per quos univerſitas regitur, jurent, Marian. Soc. *in d. cap. in pertractandis, 16. & 51.* Panorm.
116 *in d. cap. Imperatorum, num. 5.* † aut univerſitas eſt Eccleſiaſtica, & tunc diſtinguunt, quod aut Abbas & Prælatus conſtituerunt procuratorem & ſyndicum ſine conventu & capitulo, & tunc ipſe Abbas & Prælatus jurant; aut illum conſtituerunt cum conventu & capitulo, & tunc principaliores de conventu & capitulo jurant, ut Panormit.
117 *d. nu. 5.* & Socin. *d. nu. 16.* † quæ vera ſunt niſi dictæ univerſitates per alium velint jurare, Socin. *d. num. 16.* & tutius eſt, ut per alium, videlicet per œconomum, ſyndicum,
118 vel eum, qui litem conteſtatus eſt jurent, ut dixi ſupra. † Adverte tamen, quia dicti adminiſtratores, ſyndici, & œconomi debent jurare de calumnia in animam propriam tex. *in d. cap. in pertractandis, & ibi gl. in verbo, in animam jurantis.* ubi idem dicit de tutore & curatore, Marian. Socin. *in rub. num. 9. de juramento calumniæ,* ubi loquitur de
119 ſyndico & actore, *& in d. capitul. cum in cauſa, nu. 12.* † Contrarium autem, & quod non in animam propriam, ſed ſuorum principalium & univerſitatis jurent, habetur de
120 ſyndico & actore apud Spec. *in tit. de jur. calu. §. 1. n. 3.* † quas duas contrarias opiniones concordando dic: quod prædicti nullatenus jurant in animam univerſitatis, quæ animá non habet nec in animam propriam tantùm, ſed in animam illorum de univerſitate,

qui

Digitized by Google

qui universitatem repræsentantes administratorem & syndicum constituerunt. Additio Henric. Ferran. post Joan. Andr. ad Specula *in tit. de juram. calum. §. 3. num. 1. in verbo, municipio servatur*, Specula *ibid. §. 4. num. 7.* Bald. *in d. §. hoc etiam, num. 1.* & simul jurant in animam propriam, ut per Socin. *in d. cap. cum in causa, num. 12.* prout in simili videmus de procuratore, qui tenetur jurare in animam domini, ac etiam in animam propriam, ut dicam infra *cap. 16.* & prædicta intellige, ut infra, *in fin. hujus capit. n. 430.*

† & Socin. *in dicto num. 12. in fine*, reddit rationem, quod in animam universitatis non 121
juratur, quia universitas animam non habet, idem tradit Bald. *in dicto §. hoc etiam*, And. Gaill. *de pace publica cap. 10. num. 11.* † & dispositio, quando ad universitatem refer- 122
tur, & materia est talis, quæ non congruit universitati collectivè, sed tantum singulis de universitate, dispositio non debet sumi pro universitate collectivè, sed pro singulis de universitate, ut Socin. *d. num. 12.* & sic de universitate distributivè tantum. Universitas enim est nomen juris, non personæ, ut Bald. *d. num. 1.* † quid autem sit universitas, 123
habes apud gloss. *in l. si mancipium, in verbo, non debetur, in fin. ff. quod cujusque universitatis nomine.* † & quod per unum constitui nequit, sed per tres, unus tamen retinet 124
nomen universitatis, habes in *gloss. in eadem l. si municipium, in verbo, nomen universitatis.* † & quod possit cogi universitas ad constituendum syndicum pro negotiis incum- 125
bentibus; & possit cogi ut congreget consilium, & antequam possit congregare & deliberare, non currat ei terminus constitutionis seu juris, est doctrina Bald. *in d. §. hoc etiam, num. 2.* † Undecima declaratio principalis regulæ est, quod habet locum etiam in 126
hærede, qui & ipse de calumnia jurare tenetur, gloss. *in authen. principales personæ, in verbo, migraverit, C. de jurejuran. propter calumn. & in capitul. in appellationis. §. procuratores, in verbo, juramentum, eod. tit. in 6.* Bald. *in dicta authent. principales personæ, n. 1.* Alberic. *in authent. hoc sacramentum, num. 2. C. eodem tit.* † Contrarium autem, & 127
quod hæres non tenetur jurare de calumnia, habes infra *c. 18. num. 27. & seqq.* & solve ut ibi. † sed dum hæres petit restitutionem, adversus confectionem inventarii, quod 128
jurare debeat de calumnia, determinat Socin. *in cap. literas, num. 12. de jur. calum.* † Nec 129
mirum est, quod teneatur jurare de calumnia, quando petit restitui adversus confectionem inventarii, quia tunc non petit restitui adversus factum, vel negligentiam sui autoris, sed adversus negligentiam & factum, vel quasi contractum proprium. Nam per additionem hæreditatis, quam fecit, fecit quasi contractum cum creditoribus hæreditariis, Cephal. *cons. 327. num. 2. lib. 3.* Rota *in una Romana census, die 15. Martij, 1577. vers. quantum ad primum, in fine, coram R. P. D. Seraphino; nunc Rota Dec.* ubi tradit etiam contraxisse, cum fideicommissariis hæreditariis. † Et non conficiendo inventa- 130
rium ex dicto quasi contractu posset conveniri ultra vires hæreditarias, & falcidiam non detraheret, *l. cum à matre. C. de rei vendication.* Decius *consil. 38. num. 5.* Alphan. *in collectan. num. 201. l. quæ dotis, in fin. & ibi gloss. in verbo, cæteris, & in verbo, teneatur, ff. solut. matrim. §. si verò in auth. de hæredibus, & Falcid.* Stracca *in annot. ad Cravet. consil. 33. num. 2.* ubi dicit istud procedere de jure Cæsareo ac Pontificio, sed non in foro

Digitized by Google

131 fidei, animæ, & conſcientiæ, † & non ſolum teneri poſſet ex dicto quaſi contractu ultra vires hæreditarias, ſi non confeciſſet inventarium, verum etiam ſi feciſſet inventarium, ſed infideliter aliqua omittens in fraudem creditorum, Roland. *conſ.* 73. *n.* 28. *& ſeq. & n.* 50. *l.* 2. Ruin. *conſ.* 29. *n.* 1. *verſi. ex alio etiam, l.* 5. Grat. *conſ.* 25. *n.* 8. 9. *& ſeq. l.* 2. Natta *conſ.* 174. *n.* 8. *& ſeq. lib.* 3. Caputaq. *deciſ.* 119. *n.* 2. *lib.* 2. *in impreſſis*, ubi concluditur dari contra talem doloſum juramentum in litem. De hærede quando & quomodo tenea-
132 tur jurare de calumnia, vide latius infra *c.* 18. *&* 19. † Duodecima declaratio principalis regulæ eſt, ut procedat etiam in ſucceſſore alterius, nam & ipſe de calumnia jurare tenetur, *d. gl. in d.* §. *procuratores, in verbo, juramentum, ubi Domin. Franc. & cæteri.* Nec iſto caſu diſtinguitur, utrum ſit ſucceſſor univerſalis vel particularis, utroque enim caſu
133 procedit hæc declaratio. † Decima tertia declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit etiam in monacho agente cauſam propriam, ut puta, cum tractatur de electione de ſe facta de licentia ſui ſuperioris, vel quando accuſat ſuum Prælatum, & ſimilibus, Mar. Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 13. & quando accuſat ſuum prælatum, tenetur petere
134 veniam, ut dixi ſupra *n.* 79. † Decima quarta declaratio principalis regulæ eſt, quod extenditur etiam ad tertium vocatum vel admiſſum ad cauſam, quia quoties in judicio intervenit nova perſona, per quam judicium agitatur, debet dicta perſona de calumnia
135 jurare. faciunt ea, quæ tradidi *ſupra c.* 9. † Solet autem de ſtylo iſte tertius admitti in ſtatu & terminis, in quibus reperitur cauſa, & ſi ipſe tertius non jurat de calumnia, cadit in penas contentas ſupra *c.* 14. contra recuſantes jurare, cum diſtinctione tamen, quod ſi per partem adverſam petitum eſſet jurari de calumnia, ſed id petitū eſſet antequam iſte tertius fuiſſet admiſſus, vel vocatus ad cauſam, tunc non arctaret hunc tertium, qui nondum admiſſus, ſeu vocatus erat ad cauſam, nec caderet in pœnas contentas in *d. c.* 14. ſi verò, poſtquam vocatus fuit, vel admiſſus iſte tertius ad cauſam, petitum eſſet hoc juramentum calumniæ, deberet dictus tertius jurare de calumnia, aliàs reſpectu ipſius proceſſus & ſententia eſſent nulla, quando tamen reſpectu ipſius tertii etiam lis eſſet con-
136 teſtata, vel pro conteſtata habita. † quia dictus tertius admiſſus, vel vocatus ad cauſam ſemper vices actoris aut rei ſuſtinet, qui ambo jurare tenentur, ut dixi ſupra *c.* 14. & tale
137 juramentum præſtatur tantū poſt conteſtatam litem, ut dixi ſupra *c.* 10. † quæ conteſtatio fit per narrationem principalis negocii, juncta petitione in judicio pro parte actoris & reſponſione affirmativa, vel negativa in initio litis, pro parte rei animo litem conteſtandi facta, ut in negocio principali cum effectu procedi poſſit, Petr. Vander. *in pract. lib.* 3. *c.* 1. *de litis conteſt. gl. in c.* 1. §. *procuratoribus, in verbo, reſponſiones, de lit. conteſt. & in l.* 1. *in verbo, cum judex, C. de litis conteſtat.* Joan. Mar. Riminal. *conſ.* 346. *nu.* 11. *lib.* 2. Curt. jun. *conſ.* 174. *n.* 3. Ferret. *conſ.* 114. *n.* 3. *& ſeq. tex. in l. rem non novam,* §. *patroni, C.*
138 *de judic.* † quæ reſponſiones rei impediant litis conteſtationem, non eſt præſentis inſtituti dicere, & de ea latius dicere paro in tractatu, quem edere ſtatuo de litis conteſtatione, favente Deo, & interim conſule Doctores proximè per me citatos, & Mar. Socin. *in ſuo tract. de litis conteſt. quem edidit ſuper tit. ut lit. non conteſt. & repetemus ſuper d. tit.*

Digitized by Google

tis. † quomodo autem & quando admittatur iſte tertius veniens ad cauſam, omitto 139
brevitatis gratia, ſi autem id videre cupis, recurre ad Jodoc. *in pract. civili c.* 98. Vant. *in tract. de nullit. in tit. quis poſſit dicere de nullitate, n.* 18. *& ſeq.* Afflict. *deciſ.* 135. *& ibi Cæſar Urſill in addit.* Gaill. *pract. obſerv. lib.* 1. *obſ.* 70. † & de hac materia breviter tan- 140
tum dico, quoad hoc ut tertius admittatur, debet ſummariè & ſaltem ſemiplenè proba-
re de ſuo intereſſe, aliàs admitti non debet, Fænut *de moment. tempor. c.* 14. *n.* 9. Gaill. *d.*
obſerv. 70. *n.* 23. † & hoc dicto veniendo ad cauſam quæ impediret exequutionẽ, Myn- 141
ſing. *cent.* 3 *obſerv* 73. Neguſan. *de pignorib. memb.* 1 *part.* 5. *n.* 29. Boer. *deciſ.* 79. *nu.* 1. in
qua deciſione vide plures limitationes ad hoc. † & quando poſſit impedire executio- 142
nem obligationis Cameralis, vide Rotam *deciſ.* 641. *n.* 16 *part.* 1. *diverſorum in impreſ-*
ſis. † Decima quinta declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in ex- 143
communicato, qui & ipſe de calumnia jurare tenetur dum convenitur, Specul. *in tit. de*
juram. calum. §. 3 *n.* 16. Mar. Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 8. *& n.* 46. *verſ.* 35. *ubi de*
communi teſtatur, gloſſ. in cap. cum cauſam, in verbo, per procuratorem, verſ. ſed ſi excom-
municatus, & verſ. ſeq. ubi etiam Panormitan. n. 9. *de juram. calumn.* Et ratio eſt, quia
id non reſpicit commodum, ſed incommodum excommunicati, & ei eſt oneris, ut Pa-
normit. *dict. num.* 9. & Socin. *d. num.* 46. † Sed juramentum calumniæ talis excommu- 144
nicati non admittitur, antequam abſolvatur: unde non videtur ſatisfeciſſe, ſi jurat de ca-
lumnia non adhuc abſolutus, gloſſ. *in dicto capitulo, cum cauſam, in dicto verbo, per pro-*
curatorem. † Ex quibus conſtat excommunicatum poſſe quidem cogi ad jurandum 145
de calumnia, ne commodum reportet de ſuo delicto; & ſi non jurat, habetur pro con-
feſſo, aliàs excommunicatio prodeſſet excommunicato, & noceret adverſario, quod eſ-
ſe non debet, ad Panormitan. *in capitulo intelleximus, num.* 12. *ubi annotantes, in*
verbo, ſui præjudicium, de judiciis, & idem erit, ſi jurat nondum abſolutus ab ex-
communicatione, quia ejus juramentum in excommunicatione ſordeſcentis ei non
proficit ad excuſandum à pœnis contentis ſupra *cap.* 14. & à nullitate proceſſus &
ſententiæ, de qua ſupra *cap.* 7. atque reputabitur pro confeſſo, ac ſi nunquam jura-
ſſet, & proceſſus & ſententia in excommunicati favorem lata, ac omnia inde ſequuta
eſſent ipſo jure nulla. † Dixi, quod etiam ipſe excommunicatùs jurat, dum in judicio 146
convenitur, quia in caſu tantum, quo conveniatur, duntaxat poteſt locum habere iſta
declaratio, ſiquidem ab agendo repellitur excommunicatus, Parpalea *in l. placet, num.*
122. ubi latè diſcutit hunc articulum, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Galleſius *ad quartam particu-*
lam obligationum Cameralium, q. 1. *num.* 3. 4. *& 6.* † Conventus verò excommunicatus 147
poteſt eſſe in judicio, quia omnis legitima defenſio eſt ei permiſſa, tex. *in c. cum inter, &*
in c. ſignificavit, de exceptio. & ei non eſt deneganda defenſio, ut per Panormit. *in repet.*
cap. ſi quis contra Clericum, num. 48. *de foro compet.* † ex prædictis conſtat liquidò, 148
excommunicato non proficere præſtare juramentum calumniæ, dum excommunica-
tione innodatus exiſtit, & ab adverſario peti poſſe, ut per ipſum excommunicatũ præ-
ſtetur. Quid dicendum erit, ſi ipſe excommunicatus peteret de calum. jurari, an adver-

ſarius

Digitized by Google

ſarius teneatur præſtare juramentum calumniæ petitum ſub pœnis recuſantibus jurare impoſitis, vel licitum ſit impunè talem petitionem juramenti ſpernere ? & in hoc dubio dicendum cenſeo, quod non poſſit petere excommunicatus, ut ſibi iſtud juramentum præſtetur, ex pluribus: Primò, quia petens jurari, ipſe prior jurare tenetur, ut dixi *ſupra c. 7. num.* 33. cum autem ipſe non poſſit præſtare proficuum juramentum, ſic neque petere, prout etiam de procuratore dicam, infra *cap.* 16. qui non habet mandatum legitimum ad jurandum de calumnia, & ideo nec petere poteſt jurari ab adverſario. Secundò, quia etiam, ſi eſſemus in dubio, an poſſit excommunicatus validè petere juramentum calumniæ à non excommunicato, debemus inclinare pro non excommunicato contra excommunicatum, & non è converſo: aliàs melioris conditionis eſſet malus quàm bonus, quod eſſe non debet, *ad gloſſ. final. in l. non ſolùm. ff. de noxalibus.* Tertiò, quia excommunicato eſt tantum permiſſa juſta defenſio, ut dixi ſupra, *num.* 147. at juramentum calumniæ non reſpicit hodie defenſionem, quia non eſt probationis, ſed ſolemnitatis judicii, antiquitus autem erat probationis, & ſic potuiſſet reſpicere defenſionem, & potuiſſet excommunicatus petere tale juramentum, ut dixi ſupra *cap.* 3. *nu.*

1494. † ſi excommunicatus non poteſt præſtare juramentum de calumnia validum, ex prædictis, ad quid ab eo petitur jurari fruſtra de calumnia ? Reſponde, quod licet excommunicatus habeatur pro bannito, & pro mortuo, id intelligitur ad commoda ipſius excommunicati, ſed quoad incommoda habetur pro non bannito, & pro non mortuo, & juramentum calumniæ ab eo non petitur fruſtra, quia peteretur fruſtra, ſi ipſe excommunicatus careret potentiâ validè jurandi, ſed ipſe non eſt privatus potentiâ validè jurandi ; nam poteſt reſipiſcere, & redire debitis mediis ad communionem ſanctorum in Eccleſia Dei, & jurare validè, & ſi validè non jurat, eſt ejus culpa, qui obicem poſuit ne poſſit validè jurare, illumque non removet, & non reducit potentiam ad actum. Nec objiciatur, quod excommunicatus ut excommunicatus, & ſecundum præſentem ſtatum caret jurandi potentiâ, & ſic caret etiam potentiâ ; nam quamvis ſecundum præſentem ſtatum potentia careat, non caret potentiâ ſecundum ſtatum futurum & eventualem, quod ſcilicet poſſit eſſe non excommunicatus, & reconciliatus Eccleſiæ in futurum, & tunc jurare ad prædictam materiam excommunicati audiendi, vel non audiendi in judicio : vide apud Panormi. *in c. intelleximus, num.* 2. *& ſeqq. &*

150 *annotan. ibid. num.* 2. *in verbo, tanquam reum, de judiciis.* † Decima ſexta declaratio principalis regulæ eſt, quod extenditur etiam ad perjurum, qui & ipſe de calumnia jurare debet, Socin. *in dict. cap. in pertractandis, num.* 50. Neque obſtat, quod jurans de calumnia debet eſſe bonæ famæ, quia id procedit in perſonis jurantibus de calumnia a-

151 lieno nomine, ut Socin. ibid. † Sed quomodo confidendum erit, ne dejeret in hoc juramento calumniæ, ſicut in primo juramento ; cum ſemel malus ſemper præſumatur malus in eodem genere mali, ex vulgata regula de qua in *cap. ſemel malus*, Marſil. *ſingul.* 74. Corſet. *ſingul. in verbo, præſumptio prima*, Cotta *in memorial. in verbo, malus*, Alciat.

152 *præſumpt. 7. num. 1. reg.* 2, † ſicut in ſimili non defertur juramentum in ſupplementum

ei,

Digitized by Google

ei, qui illò incidit in perjurium, ex Alciat. *in præsumpt. 10. num. 2. reg. 2.* † & juramen- 153
tum calumniæ non sit deferendum ei, de cujus perjurio dubitatur, ut dixi supra *cap. 10. ex Socin. in d. cap. cum in causa, n. 6.* † In qua quæstione nullibi à Doctoribus tractata, 154
quod viderim, fortè dici poterit; quod valet perjurus cogi ad jurandum de calumnia, sed ejus juramentum non admittitur, donec absolutus fuerit. Vel quod poterit quidem cogi, non tamen debet de necessitate admitti ad jurandum; Cum isti termini, cogi & admitti ad jurandum, sint diversi, ut latius dicam *infra cap. 16.* & timeo ne isto casu ille, qui instat, quod talis perjurus de calumnia juret, si est sibi notum ipsum esse perjurum, exponat se maximo animæ periculo propter illam præsumptionem, quæ militat contra dictum perjurum, quod falsum juraturus sit, ad quod facit Panormit. *in d. c. inhærentes, num. 10.* ubi vult, quod nunquam exigendum est juramentum, quando verisimiliter dubitatur de transgressione, & *in cap. cæterum, num. 4. in fin. de juram. calum.* idem firmavit. Nec obstat quod Socin. *dict. num. 30. in c. in præmissis*, dicit quod illud axioma, ut juramentum de calumnia sit bonæ conditionis & famæ, procedat in agentibus alieno nomine, non autem in agentibus nomine proprio: ejus enim decisio nullo fulcitur jure; & insuper non evacuat jura in contrarium facientia, nec reg. semel malus, ac præsumptionem ex illa ortam contra illum, qui perjurii commisit, si tamen absolutus esset, videretur abstersa illa præsumptio committendi perjuria: cum † perjurus videa- 155
tur suis pedibus, nec habilis ad jurandum de calumnia ob dictam præsumptionem contra se militantem, videtur etiam dicendum, quod petere non possit ab alio præstari hoc juramentum, quia jus, quod pro se servari vult in alterius persona, servare debet pro alio in sua persona, glo. *in l. cum in te, in verbo, eadem parte, ff. de pact.* & si ipse est inhabilis ad jurandum, ex supra relatis non poterit petere, ut ab alio juretur, ut dixi *supra de excommunicato*, † nisi velimus dicere pro resolutione hujus quæstionis, quod diversa est 156
ratio in excommunicato, quia ipse est separatus à consortio & participatione piorum, quod non est in perjuro. † Et si perjuro non deferatur juramentum in supplementum, ut 157
ex Alciat. dictum fuit, similiter diversa est ratio, & ex illo propterea non infertur ad juramentum calumniæ: juramentum enim calumniæ non est probationis, sed solemnitatis, ut dixi, & insuper posui *in c. 3. in princ.* juramentum verò in supplementum seu suppletorium, datur in supplementum probationis. † Ex quibus videtur concludendum, 158
perjurum posse cogi, ac etiam debere admitti ad jurandum de calumnia, non obstante quod excommunicatus ad id validè explendum non admittatur, nec ad juramentum suppletorium perjurus, & ad hoc juramentum præstandum admittitur perjurus, quia istud juramentum est oneris non honoris perjuro, ut Panorm. *in c. intelleximus, n. 14. de jure calu.* confide tamen super coactione sacros Theologos, propter periculum animæ, ut dixi. † Decima septima declaratio regulæ principalis est, quod extenditur etiam ad 159
hæreticos, qui & ipsi de calumnia jurare debent, quia omnis actor omnisq; reus litigans tenetur jurare de calumnia, ut supra hoc *tad. x. in prin. & in c. 14.* dixi. † Nec obstat quod 160
quilibet hæreticus sit excommunicatus & anathomatizatus, & ideo, ut pecus morbida

vitandus sit, nec cum eo communicandum, ut habetur *in c. excommunicamus, extra de haret.* & habetur *in acclamationibus Patrum, in fin. Concilij Tridentini, ibi, Card. Anathema cunctis hæreticis, Resp. Anathema, Anathema.* Quid autem sit Anathema, vide Panormi *in c. cum non ab homine, nu. 23. & ibi annotat. Sapia, in verbo, Anathema, & Zacharia, in verbo, Anathema, & in verbo, excommunicatio, & annotat. ibid. in verbo,*
161 *declaratoria, de judiciis.* † Nec sub hæretico licet, nec pro eo advocare, postulare, vel
162 aliquid aliud agere, ut habetur *in c. si adversus nos terra. ext. eod. tit.* † quia cum aliquæ provinciæ & civitates sint hoc pestifero infectæ veneno, in quibus multi Catholici commorantur, & ad invicem litigare cogantur, sæpissimè, & aliquando sub hæretico judice causam agunt, duxi non esse omittendum istum casum. Jurant autem hæretici tactis scripturis ad sancta Dei Evangelia, quia aliqua in Evangeliis credunt, sed non omnia integrè, prout sancta Catholica Romana Ecclesia, mater & magistra cunctarum Ecclesiarum credit & docet, & pervertunt aliquas Evangeliorum partes, & contorquent literam ad sensum adulterinum, & sic efficiuntur pejores Judæis, qui non sciderunt inconsutilem vestem Christi Domini repræsentantem Ecclesiam; sed super ea sortes miserunt; ipsi verò hæretici illam scindunt scindendo unitatem Ecclesiæ Catholicæ, ut post beatos Basilium & Hieronymum tradit Antonius de Guevara *in suo*
163 *Monte Calvario, parte 1. c. 34. in fin.* † & quamvis Alberic. *in d. l. 2. n. 28. in fin. tractando de jur. cal.* subnectat, quod etiam suspectus de hæresi nolens jurare, puniatur ut hæreticus, & videatur loqui de juramento calumniæ, adducit ibi *cap. excommunicamus, § penult. & ibi gloss.* quæ jura nihil dicunt de juramento calumniæ, & dicta doctrina Albe-
164 rici non videatur accommodari casui nostro, & in terminis non loqui. † Nihilominus credo, quod si quis de hæresi imputaretur, & requisitus ut desuper de calumnia juraret id recusaret, habendus sit super tali crimine pro confesso, & contra eum, ut in confessum possit ferri sententia declaratoria, & deinde, ut talis puniri, sicut tradidi de reo re-
165 cusante jurare, supra, c. 14. † Decima octava Declaratio principalis regulæ est, quod extenditur etiam ad Turcas, qui tenentur de calumnia jurare, cum quilibet actor & reus
166 jurare teneatur, ut dixi *supra c. 14.* † Nec obstat si dicatur supervacaneam esse hanc declarationem, ex quo Turcæ non servant jus Cæsareum, neque Canonicum; nam eorum Tyrannus subegit Græciam, & quasdam urbes ac provincias Germaniæ, non sine maxima nota ignaviæ gentis illius, alioqui ferocis & belligeræ; quæ si unitis viribus & unanimi consilio concurreret ad bellum; dubium non est, quod posset non solum resistere huic uni Turcarum Tyranno, sed debellare decem similes tyrannos insimul convenientes; & sepulchrum, Domini nostri Jesu Christi non esset nunc in manibus canum & circumcisorum, cum magna Christianorum Principum ignominia, & possemus illuc nos tutè peregrinari, & invisere sacra loca, in quibus Jesus noster carnem sumpsit, natus est in carne visibili ex Maria virgine ejus matre secundum carnem; primum sanguinem pro nobis in circumcisione sparsit; repertus est disputare in ætate annorum duodecim cum Doctoribus legis Mosaicæ à matre flente; miracula innumera fecit;

ul-

ultimam cœnam cum discipulis habuit, oravit in horto sudore sanguinis spargens, prę cognoscens omnia mortis tormenta; cruci pro humani generis redemptione affixus est; sepulturæ est traditus; apparuit matri ac aliis dilectis suis resurgens; in cœlum suspicientibus matre ac discipulis ascendit; atque alia mirabilia operatus est in terra. Sunt enim illi populi Orientales & Meridionales, viles & imbelles, quorum centum milites à decem militibus Europæ facillimè debellantur & trucidantur. Adducamus, quid Xerxi, quid Dario, quid Antiocho, quid Mithridati, quid aliis Principibus Orientalibus & Meridionalibus acciderit, dum cum ducentis, quadringentis, & septingentis militum millibus congressi sunt cum Græcis, cum Alexandro Macedone, cum Romanis habentibus multo minores copias. In hanc digressionem incidi zelo Christiano ductus, ac honore religionis, atque Germanicæ nationis, quæ militans contra comprovinciales Europæ populos, facit opera stupore digna; & contra Barbaros, imbelles, ac infideles prostratis armis manus dat; & concludo cum magno illo Etrusco poëta Francisco Petrarca (si licet ea immiscere legalibus disputationibus) in suo poëmate edito Etrusco idiomate, in suo cantu ad Italiam, qui incipit: *Italia mia, ben che'l parlar sia in darno*; ubi hæc verba subdit:

Che'l popol di là sù, gente ritrosa
Vincerne d'intelletto,
Peccato è nostro, & non natural cosa.

Deus inspiret corda Germanorum Principum & Statuum ad abstergendas ignaviæ notas à paucis annis citra contractas, & ad debellandum talem tyrannū in Christianum imperium insurgentem, & præsertim contra potentissimam Germaniam, quæ tale imperiū sibi multis ab hinc annis vendicatum protegendum assumpsit. Redeundo ad nostrū institutū, dico quod civitates & provinciæ aliquæ subjectæ à Turcis adhuc servant jus Cæsareum. Sunt etiam multæ aliæ provinciæ & civitates Christianorum confines ditioni Turciæ, quæ ob victus & mercium necessitatem coguntur commercia insimul cum Turcis habere; & multi contractus fiunt cum dictis Turcis, qui in litē deducuntur coram Christianis judicibus; & ideo necessarium duxi hanc declarationem ponere. † Jurare autē debent non tactis scripturis ad sancta Dei Evangelia, quia eis non credunt, 167
sed tacto calamo ad Alcoranum, & eorum Maomethum, quem prophetam credunt, licet illi Turcæ, qui politioribus literis & philosophiæ operam dant, eum perditissimum & summa ignorantia prędītum fuisse, colligant ex dicto Alcorano, quod nihil aliud in eorum lingua significat, nisi compendium & summam pręceptorum, quę pręcepta sunt Maomethi recollecta à socero dicti Maomethi. † Cui sacramento standum est, per 168
gloss. *in l. non erit, §. Divus Pius, in verbo, propria, in fine, juxta secundam lecturam, dict. §. auferendo dictionem, Non, ff. de jurejurand.* & licet secundum primam lecturam *d. §. Divus Pius*, non auferendo, sed ponendo dictionem, *Non*, videatur standum non esse tali juramento; & idem videatur traditum ibidem inferius in versic. Sed, si quis illicitum. & sic videatur contra gloss. prędictam. Tamen dicta jura intelliguntur, quando Christianus jurat per improbatas religiones, & tunc ejus juramento non creditur,

& ponitur in dictis juribus dictio, *Non*, Quando autem juratur à Turcis, vel aliis infidelibus per eorum falsas religiones, statur eorum juramento, & tunc aufertur in præcita-
169 tis juribus dictio, *Non*, juxta secundam lecturam *d. glos.* † si verò, quando aliquis Christianus deferret juramentum calumniæ alicui Turcæ, vel alii infideli, per eorum falsas religiones oriretur aliquod scandalum per talem juramenti delationem, & suspicarentur Turcæ & infideles, nos Christianos credere prædictis Alcorano, Maometho aliisq; eorum falsis religionibus aliquam sanctitatem vel divinitatem adesse, tunc non puto deferendum nostrum juramentum, & potius debemus remanere in jactura non
170 solum causæ, quæ agitur, sed ipsius vitæ prius, quàm tale scandalum demus. † Decima nona declaratio principalis regulæ est, quod extenditur etiam ad Hebræos, qui & ipsi de calumnia jurare tenentur, si judici expedire videbitur, Specul. *in tit. de juram. calum. 3. num. 17. glossella margin. in capcum causam ad gloss. in verbo, per procuratorem,*
171 *ubi remissivè, extra de juram. calum.* Mascard. *de probation. concl. 945. num. 15.* † Præstatur autem tale juramentum ab eis non super Evangeliis, quia eis non credunt, sed
172 super lege Mosaica, ut placuit Specul. *d. num. 17.* † modus autem jurandi ab eis, poni-
173 tur per Spec. & Mascard. ubi supra. † hujus gentis tanta est malitia, ut circumspectissimi debeant esse judices & notarii, & pars, cum litigante ex adverso in deferendo hoc juramento calumniæ: nam ut plurimum notarii deferunt judeis juramentum calumniæ tacto calamo, ac alia juramenta, & judæi omnia juramenta eis à Christianis delata spernunt, tanquam delata à non habentibus deferendi jurisdictionem & potestatem, & credunt valida esse tantum, quando deferuntur ab eorum Rabinis, & quod majoris est diffidentiæ, quando inter seipsos litigant Judei, & altera pars vult præstare juramentum de calumnia petitum, illa pars, quæ jurari petiit, vult interesse juramento præstando, quia timet, ne ille Rabi, cui commissa est juramenti delatio, nequaquam deferat juramentum illi, qui debet jurare, & fidem deinde faciat ille Rabi, quod detulit juramentum, & quod ille juravit, cum revera non juraverit, & sic procedatur in causa sine juramenti calumniæ præstatione, sed producta falsa fide quod sit præstitum.
174 † ut plurimum autem Rabini solent deferre juramentum super thiphilimis in bursa positis, sed astuti Judæi litigantes neque in hoc confidunt, etiamsi juramento interveniant, quia dicunt eorum Rabinos aliquando in dicta bursa ponere alias res, asserentes nihilominus intus existere thiphilimos, & verè intus non sint, & ideo ipsi volunt
175 videre bursam apertam cum dictis thiphilimis intus. † Thiphilimi sunt quædam partes numero quatuor cartæ pergamenæ fabricatæ ex pelle animalis creati, sed non nati. Dictæ quatuor partes præfatæ cartæ scribuntur ex atramento non ordinario, sed confecto quibusdam eorum ceremoniis, & quælibet pars conscribitur diversis literis verbis hebraicis, quæ in latinum versa singnificant infra dicenda. Prædictæ quatuor cartulæ scriptæ ponuntur in quodam coriamine consuto, & facto ad modum capsæ seu sepulturæ eminentis quadrato ad instar jocalis, seu ut vulgò dicitur, giojelli, quod pendére solet à collo ante pectus mulierum, & dictum coriamen

est

eis magis latum quàm elevatum, & in extremitate tangente carnes habet aliud coriamen latius similiter quadratum circum circa dictum coriamen constitutum ad modum sepulturæ, ut præmittitur, est coloris nigri, & à parte superiori habet partem parvam similis coriaminis ad latitudinem unius digiti parvi humani in circa, quæ ab utraque parte consuitur, & arcuata relinquitur ita, ut per eius foramen arcuatum transmitti possint quædam fasciæ coriaminis; quibus fasciis appendunt Hebræi dictum coriamen constitutum ad modum sepulturæ, & eisdem cingunt brachium sinistrum, & caput manè quolibet orantes, & à dictis fasciis ad instar jocalis, seu gioielli dictum coriamen quadratum pendet. Cujus coriaminis quadrati ad modum sepulturæ facti duo sunt genera; alterum, quod intus est prorsus vacuum, & intus ponuntur dictæ quatuor partes cartæ creatæ, & non natæ, scriptæ atramento prædicto, ita ut una pars dictæ cartæ aliam tangat, aliquo tamen ordine inter se, & ut facilius intelligi possit, incipiemus à parte sinistra dicti coriaminis ad modum sepulturæ, & progrediendo inde gradatim usque ad partem dextram; & voco sinistram, & dextram dicti coriaminis, prout jacet pars sinistra, & dextra hominis Hebræi dictum coriamen appensum tenentis, non autem prout est sinistra, & dextra hominis dictum coriamen aspicientis. In prima carta incipiente à parte sinistra scripta sunt verbis hebraicis infrascripta, videlicet (cadesch Colbocor,) quod vertitur Latinè, (Sanctifica mihi omne primogenitum.) In secunda sequenti carta scripta sunt eisdem hebraicis, sed aliquantum differentib. literis infrascripta, videlicet (Ve aia ie viaca) quod latinè vertitur, (Eris quando faciet venire te.) In tertia sequenti carta eisdem literis hebraicis aliquantum dissimilibus scripta sunt infrascripta, videlicet (Sceman Israel,) quod latinè vertitur (Intellige Israel.) In quarta sequenti carta eisdem hebraicis literis aliquantum dissimilibus à supradictis scripta sunt infrascripta, videlicet (Ve aia inschamoang) quod latinè vertitur (erit si intelligendo intelligeris mandata mea) Istud genus coriaminis cum dictis cartis scriptis ponitur primò in brachio sinistro, in parte, quæ dicitur pilcis brachii ligatum cum dictis fasciis coriaminis. Secundum genus coriaminis facti ad modum sepulturæ præmissum continet intus ordine prædicto dictas cartas, sed unam ab alia discretam quadam subtili divisione, ita ut una carta aliam non tangat, & appenditur fronti super cerebro dictis fasciis coriaminis dum orant dicti Hebræi. Ea quæ scripta sunt in prima & secunda carta prædicta Hebræi colligunt ex Parascia Boel pargo *in Deuteron. cap.* 13. Ea verò, quæ scripta sunt in tertia carta dictis hebraicis literis colligunt Hebræi ex Parascia de eschanam, *cap.* 6. Postremò ea, quæ scripta sunt in quarta præmissa carta literis hebraicis colligunt Judæi ex Parascia de Ve aia pecheu, *cap.* 11. & quando incipiunt apponere brachio & capiti dictos thiphilimos, utuntur Hebræi quadam benedictione, quæ nostro vulgari idiomate sic incipit. (Benedetto sia Iddio, che ci ha santificati nelli suoi commendamenti, in far poser li tifilimi.) & id quod hebraicè dicitur thiphilimi, vulgari idiomate nostro dicitur (filatorio) dictæ gentes volunt hæc scripturæ verba, dum orant, appensa tenere in fronte, & in brachio cordis, ut in eis verificetur, quod in sacris literis habetur. (Populus hic labiis me honorat,

cor autem eorum longè est à me. } hos triphilinos contrectare Hebræis non licet, sed
176 ego volui eos videre ut certitudinem habere possem præmissorum. † & ad evitandum
omne dubium, ille, qui instat jurari de calumnia eligit Rabinum sibi confidentem, in
177 cujus manibus tale juramentum præstetur. † Practica petendi, & præstandi tale jura-
mentum est, ut petens jurari de calumnia, instet adversarium non audiri, nisi jurato per
eum de calumnia in manibus talis Rabini, & sibi petenti jurari intimato, & tunc nomi-
nat Rabinum, in cujus manibus jurari vult. Ille, qui jurare debet, accedit ad Rabinum
nominatum ab adversario, & in ejus manibus jurat, & recipit à dicto Rabino fidem, in
qua dicitur, quod ille interpellatus jurare juravit & in actis dictam fidem produxit, illâq;
178 productâ proceditur in causa ad ulteriora. † In talis fidei productione aliqui consue-
runt non citare partem adversam; sed necessariò dicta pars est citanda, quia ipsi jurandi
incumbit onus probandi, quod juraverit. Et si id producendo talem fidem vult probare,
& in qualibet scripturarum productione necessariò est pars citanda; aliàs dictæ scriptu-
ræ nihil operantur. Amon. *soliloquio* 67. Andr. Gaill. *pract. observat. lib.* 1. *observat.*
107. *num.* 14. sequitur necessariò, quod in tali productione sit pars adversa citanda. †
179 Generâ juramentorum, quæ hodierno tempore inter Hebræos sunt consueta, sunt ista
videlicet, super triphilinis, ut dixi; Item sub excommunicatione Rabini Colbo; Item
super *cap.* 27. *Deut.* & sub pœnis ibi per Moysen comminatis non observantibus præ-
cepta legis summi Dei. Pro quo ultimo vide Spec. *in d.* §. 3. *n.* 17. alia genera deferendi
juramentū Judæis traduntur, sed non ita gravia, ut præmissa tria, & quodlibet juramen-
tum gravius videbitur, & magis terrens juraturum, si ille Rabinus, in cujus manib. ju-
ratur, ante juramentum delatum verbis aliquantum extollat gravitatem talium jura-
180 mentorum ad incutiendum metum juraturo. † Et si juramento Turcarum standum est,
181 multò fortius Judæorum, *per d. gloss. in l. non erit, in verbo, propria.* † Hebræi contor-
quent aliquando juramenta eis delata, illa intelligentes non secundum deferentis men-
tem, sed secundum eorum propriam intentionem, credentes se ad id non esse obliga-
tos. Ac omnes Judæi tenent juramenta eis delata à Christianis, tanquam delata à non
habentibus potestatem, nihil valere. & ideò consulo notariis & partib. contrahentibus,
ut in manibus Rabini faciant illos jurare in instrumentis, atque in omnibus juramen-
tis, aliàs ita valebunt juramenta tacto calamo, quæ in instrumentis cum Hebræis ce-
182 lebraris à Notariis, sicut si non juraretur. † Vigensia declaratio principalis regulæ est,
quod procedit in eo, qui convenitur ut possessor, cum non possideat, quia ipse etiam de
calumnia jurare tenetur, Specul. *in dict. titul. de juram. calum.* §. 2. *numer.* 15. *in fin.*
Marian. Socin. *in c. licet is, num.* 15. *versicul. quinto fallit, eodem titul. extra.* Intelligi
tamen debet hæc declaratio, ut procedat, quando reus negat se possidere, & dolo de-
fisse possidere, quia super hac negatione præstatur juramentum calumniæ, non autem
ad judicium rei vendicationis, quia super hoc non potest institui judicium, ex quo judi-
cium contra possidentem intentari debet d. Socin. *dicto num.* 15. sed ego existimo, ut
dicam infra *c.* 18. *in declarat.* 20. *n.* 30. *& in c.* 20. *n.* 13. istud juramentum esse potius

mali-

Digitized by Google

malitiæ, quam calumniæ; quia juratur ante litem conteſtatam, & ſuper articulo particulari. † Vigeſimaprima declaratio principalis regulæ eſt, quod extenditur etiam ad nominantem dominum in judicio, quia & ipſe nominans dominum tenetur de calumnia jurare, Marian. Socin. *in d. cap. in pertractandis, nu. 44. in princ.* referens ſe ad dicta per ipſum *in cap. quoniam frequenter, §. quod ſi ſuper, ubi ſub nu.* 120. id expreſſe dicit; *ex. ut lic. non conteſt.* † & tunc facta nominatione non agetur contra eam, ſed contra dominum nominatum. Socin. *d. cap. quoniam frequenter, d. num.* 120. † Nominatus autem non jurabit de calumnia in tali judicio moto contra nominantem, ſed in alio judicio movendo contra nominatum per novum libellum, & poſt litis conteſtationem in hoc novo judicio. Socin. *in d. c. quoniam frequenter, n.* 129. *verſ. nono quæro.* † Vigeſimaſecunda declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in emptore, qui dicit ſibi moveri litem ſuper re empta, & ideò ſe agere de evictione, quia iſte etiam emptor jurare tenetur de calumnia, quod non ſummoviſſet perſonam, quæ contra ſe ageret, nec eam contra ſe excitavit, ut agere poſſet de evictione contra venditorem, Conrard. *in l. diffamari. n.* 16. Parpal. *in repet. l. ſi quis major, n.* 35. *in fin. C. de rescission.* ſed quia illud juramentum præſtatur ſuper articulo particulari, videtur potius malitiæ ſeu veritatis, quàm calumniæ. Niſi fortè dicere velimus, quod dicti doctores locuti ſunt de jure veteri, & ff. non autem de jure noviſſimo, & C. atque Authen. vel quod emptor in juram. calum. per ipſum præſtando debeat ultra ea, *quæ ſupra dixi comprehendi ſub jur. calum.* comprehendere etiam ea, quæ in hac declaratione poſita ſunt. † Vigeſimatertia declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in illo, qui defert juramentum de veritate quia & ipſe de calumnia jurare tenetur, tex. *in l. jusjurandum & ad pecunias, §. qui jusjurandum, ff. de jurejur.* quod intellige, ſi petatur jurari de calumnia, *ut in dicto §. qui jusjurandum, & dixi ſupra, cap.* 7. † Vigeſimaquarta declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in eo, qui comparet ratione humanitatis, Cyn. *in d. l.* 2. *numer.* 18. Socin. *in d. cap. literas, nu.* 10. *verſic. quintodecimo.* † Vigeſimaquinta declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in eo, qui petit quæſtionem ſervorum ad propalanda bona hereditaria, quia ipſe etiam tenetur jurare de calumnia, antequam talem quæſtionem impetret: & quod non odio ſervorum, vel ad offenſas coheredum id petit, ſed quia aliter rerum hereditariarum veritatem oſtendere vel exquirere nequit, ut habetur in *l.* 1. §. *ne autem, & ibi gloſſ. in verbo, veritatem, C. de jurejur. propt. calum.* † Declara hanc declarationem, ut ipſa procedat inter coheredes, ut elicitur ex verbis textus, ibi. *Offenſas coheredum.* Et licet prima fronte iſtud juramentum videatur non eſſe de calumnia, ſed de veritate vel malitia, cum videatur eſſe ſuper articulo particulari potius, quàm ad totam cauſam, quamvis ſit ſub tit. de jur. cal. attamen, quia nulla alia cauſa prius mota dicitur, & ante dictam petitionem quæſtionis ſervorum, nec poſt, ideo dici poteſt non præſtitum ſuper articulo particulari quæſtionis ſervorū, ſed ad cauſam univerſam, & ſic erit juramentum calumniæ. † Nec illa verba textus (*Quod non odio ſervorum, vel ad offenſas coheredum.*) Obſtant ita, ut per illa videatur jurari ſuper articu-

183 184 185 186 187 188 189 190 191

articulo & emergenti particulari. Nam poteſt intelligi, quod ille tor. (*Nec alia ſervorum, &c.*) In iſto judicio queſtionis ſervorum, alias ea, quæ ſupra *c.* 2. dixi comprehendi ſub juramento calumniæ, vult quod juretur expreſſe, & addatur iſtud quod non ad offenſas cohærendum, vel odio ſervorum quæritur talem queſtionem, ut dixi ſupra *in d. 22. declar.* Vel quod id procedat de jure veteri. ff. non autem de jure noviſſimo, ut
192 ſimiliter dixi *in 22. declarat.* † Vigeſima ſexta declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum in eo, qui petit rationes & jura edi, qui & ipſe de calumnia jurare tenetur, *l. ſi quis ex argentariis, §. exigitur autem, ubi gloſſ. in verbo calumnia, ff. de edendo*, Pe-
193 demont. *deciſ. 57. num. 5.* † Vigeſima ſeptima declaratio principalis regulæ eſt, quod procedat etiam in eo qui ſequeſtrum petit, nam ipſe quoque de calumnia jurare tenetur, Parpal. *in d. l. ſi quis major, num.* 33. Sed adverte, quod id procedit, quando ſequeſtrum obtinetur ex cauſa in judicium deducta, & poſt litem conteſtatam, alias non
194 dicetur juramentum calumniæ. † Ea, quæ nos vocamus ſequeſtra, in Germania vocantur arreſta, ſeu impedimenta, aliter autem accipiuntur arreſta in Gallia, ut videre eſt apud And. Gaill. *in tr. de arreſtis Imperii, c.* 1. ubi alios recenſet, qui de hac materia tractarunt. † Hæc ſequeſtra in duplici ſunt differentia, alia reſpiciunt ſequeſtrationem per-
195 ſonæ; alia reſpiciunt ſequeſtrationem bonorum debitoris. † Sequeſtra reſpicientia ſequeſtrationem perſonæ, ſunt denuo in duplici differentia: alia enim ſunt reſpicientia ſequeſtrationem perſonæ carceratæ quidem, ſed ſuſpectæ de excarceratione, alia ſunt de iſtendo perſonam vagam & tranſeuntem, vel commorantem in aliquo loco, de fuga tamen ſuſpectam; ſequeſtra reſpicientia perſonam in carcere detentam, & relaxata ad impediendam perſonam apud nos vocamus arreſta, & ſic vocabulo in Germania con-
197 ſueto. † Iſta ſequeſtra, ſeu arreſta contra carceratam perſonam, nullatenus ſunt concedenda niſi poſt relaxationem mandati contra carceratam perſonam legitimè citatam, ſi
198 non eſt de fuga ſuſpecta, quia tunc arreſtatur uti de fuga ſuſpecta. † Dum autem dico quod captus, & carceratus poteſt ſequeſtrari, arreſtari, vel ut alii volunt recommendari, dupliciter intelligi poteſt, aut de carcerato pro cauſa criminali, aut pro cauſa civili. Pro cauſa civili carceratus quod poſſit arreſtari clarum eſt. de carcerato vero pro cauſa cri-
199 minali dubium videtur: † Nam quod ſequeſtrari, arreſtari, ſeu recommendari poſſit pro civili carceratus pro criminali tradunt Boſſ. *in tit. de captura, n.* 91. Lauren. Ten-
200 nin. *in prakt. cant.* 167. *num.* 5. † de communi obſervantia autem ille, qui eſt carcera-
201 tus pro criminali, non arreſtatur pro civili. † In hoc articulo dicendum puto, quod ubi talis obſervantia viget, obſervantia præponatur, tanquam carcerato favorabilior, ubi autem non adeſt talis obſervantia, ſervatur ſententia Boſſ. & Tennini, cum moderatione ſcilicet, quod ſequeſtrum, arreſtum, impedimentum, ſeu recommendatio carcerati pro criminali non relaxetur, & fiat ad inſtantiam ejusdem, qui eum criminaliter fecit
202 carcerari, ut annotat. Boſſ. ubi ſupra. † Cum relaxantur ſequeſtra pro iſtenda perſona vaga tranſeunte, vel commorante in aliquo loco, ſed de fuga ſuſpecta, iſta ſequeſtra vocantur mandata ſuſpicionis fugæ, quæ paſſim relaxantur ſine aliqua partis citatione.

Benè

† Benè verum est, quod quibusdam egregiis hominibus, & sæpe Principibus, qui facul- 203
tatibus ceciderunt solent fieri præcepta, & injungi à Principe loci, ubi sequestra seu
arresta relaxantur, ut non discedant non concordatis creditoribus, idque fieri curant, &
eis injungi per aliquem actuarium curiæ notarium, & non per executores, pront contra
alios fit, ob dignitatis reverentiam, si autem non concordatis creditoribus discedere
vellent, tunc sequestrantur omnia eorum bona & etiam equi. † Similia sequestra, arre- 204
sta, & impedimenta respicientia personam de stylo conceduntur docto de credito, &
jurato de suspicione fugæ, teste Paulo videndo *in l. Justo in fin. de usucap.* quem extollit
Marsil. *sing.* 282. ubi videatur. Quando dicta sequestra, arresta, seu impedimenta per- 205
sonalia concedi, vel non concedi possint, vide Jas. *instit. tit. de actionib.* 82. *& multis seqq.*
Bart. Soc. *in l. si arbitro, n.* 15. *ff. qui satisd. cogant.* Curt. *jun. in l.* 1. *ff. de jurisdict. omn.*
jud. n. 37. 38. *&* 39. Lanfran. *in pract. c.* 3. *à n.* 9. *ad n.* 11. *& ibi n.* 11. Cels. Ugon.
in addit. Papien. in forma sequestri seu saximenti, gl. 1. *n.* 2. Marant. *in speculo par.* 4. *in*
tit. inducierum. 9. *distinct. n.* 125. *& multis seqq. & par.* 6. *in tit. de appellat. & ejus*
definit. & c. n. 177. Andr. Gaill. *pract. obs.* 1 *lib.* 2. *obs.* 44. Gravet. *ad Vost. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 17. 1
& 18. Cotta *in memorial. in verbo, creditor inhærens pignori. & in verbo, debitor,* Paris. 1
de syndicat. in litera C. in verbo, captura, cap. 1. Jo. Donatus à Fina *in suo enchirid. consol.*
utriusq; juris. lib. 3. *de judiciis, litera C, verf. creditor non potest facere.* Baptist. Villalob.
in suis comm. concl. litera F, verf. fuga suspicio, Soc. *reg.* 78. Jo. Ant. à Trigona, *singul.*
115. Marsil. *sing.* 284. Caccialupus *in tract. de suspicione fugæ,* Seraphin. *de juramento,*
in privileg. 7. *n.* 4. Mynsinger. *cent. secunda. obs.* 66. Andr. Alfer. *cons.* 57. *per totum,* &
ibi addit, *& ibid. sub n.* 10. declarat; † quod statutum permittens capturas pro suspicio- 206
ne fugæ, intelligitur, si superveniat post contractum debitum nova suspicionis causa. † Et 207
ad hanc materiam tria tantum notabilia tangam utilia, & non ita passim observata à ty-
ronibus. Primum, quod ad obtinenda similia sequestra, seu impedimenta personalia,
seu mandata suspicionis fugæ necessaria est probatio deteriorationis conditionis post
contractum debitum, Dec. *cons.* 75. *col.* 1. *verf.* 3. *quia,* Parisius *cons.* 101. *n.* 5. *li.* 3. *& cons.*
99. *n.* 25. ibid. Riminald. *cons.* 61. *n.* 16. *lib.* 1. Natta *cons.* 430. *n.* 12. *lib.* 2. Roman. *cons.* 1
320. *n.* 3. † Secundum notandum est, quod jurari potest quis de fuga suspectus, etiam 208
lite pendente, Maranta *in sua disput. quæst. legal.* 6. *n.* 7. Cotta *in d. verbo, creditor,* ac et-
iam appellatione pendente, ut per Marant. *d. n.* 177. quod intelligendum puto, si lite pen-
dente superveniat nova suspicionis causa, & non aliter. † Tertium notandum est, quod 209
juratus suspectus de fuga pro majori quantitate, quàm sit debitor, constito de hoc, de-
bet relaxari, Marsil. *in l. fin. n.* 43 *ff. de jurisdict. omnium judic.* † Ultimo non omitto, 210
quod omnes expensæ, quæ fiunt in similibus sequestris personalibus, & illorum execu-
tionibus, imputantur creditori, qui dicta sequestra, arresta, impedimenta, recommen-
dationes, seu saximenta impetrant, & exequi faciunt: & ratio est, quia præmissa fiunt pro
majori sui crediti assecuratione, si fiunt partibus non citatis, & ideo aliqui mali notarii
fauentes creditori, ponunt in similibus sequestris personalibus, ista verba (quoniam ipso

Digitized by Google

debitore citato, & relato dominus ita mandavit.) cum revera citatus non ſit, ſi fierent
212 partibus citatis exſolvet debitor. † Omiſſis ſequeſtris perſonalibus, devenio ad ſequeſtra realia, & quæ reſpiciunt debitoris bona; quæ realia ſequeſtra ſunt in duplici differentia; alia enim conceduntur contra bona vaga, & tranſeuntia, vel transvecta per aliquem locum, vel de amotione à dicto loco ſuſpecta; & tunc conceduntur ad effectum capiendi illa bona per executores curiæ, & deponendi penes aliquam idoneam perſonam, ad effectum aſſecurationis judiciis; alia vero conceduntur contra bona exiſtentia in aliquo loco, & in manib. alicujus debitoris; & tunc illi, qui bona habet in manibus, injungitur, ne ſub certa pœna, & malæ ac iterandæ de ſuo proprio ſolutionis, debitori ſequeſtrantis ſolvat, ſeu conſignet bona ſequeſtrata; & judices Eccleſiaſtici comminantur etiam excommunicationem ultra præmiſſa. Et iſta propriè apud nos ſequeſtra vocantur, & ſi debitor debitoris ſolveret debitori bona ſequeſtrata contra tenorem ſequeſtri, ſolvat de ſuo creditum ſequeſtrantis pro concurrente quantitate à ſe
218 debita, non obſtante, quod ſemel ſolverit. † Quod dixi ſup. *n.* 193 *in princ.* 27 *declarat.* ut ſcilicet juretur de calumnia per eum, qui petit & obtinet ſequeſtrum, intelligi-
213 tur de quocunq; ex prædictis ſequeſtris. † Vigeſimaoctava declaratio principalis regulæ eſt, ut procedat etiam in debitore, penes quem pecuniæ fuerunt ſequeſtratæ, & alia bona, ad detegendum, an tale ſequeſtrum, impedimentum, ſeu arreſtum procuratum fuerit à dicto debitore, Parpal. *d. n.* 33. ſed adverte, quod id procedit, quando ſequeſtrũ petitur ex cauſa in judicium deducta & poſt litem conteſtatam, *ut dixi in princi. præcedent. declarationis.* Et hæc ultima ſpecies ſequeſtrorum, arreſtorum, ſaximentorum,
214 præmiſſorum, apud nos propriè vocantur ſequeſtra, ut ſup. dixi. † Temporibus noſtris non ſolum utile, ſed neceſſariiſſimum videtur iſtud juramentum præſtandum à debitore, penes quem pecuniæ ſequeſtratæ, vel aliæ res ſunt: quia debitores ad defatigandos creditores, & ut diutius poſſint pecuniis & rebus alienis uti, contra creditoris, qui eſt verus dominus, voluntatem, & ideo non ſine labe furti; mendicant mille ſequeſtra in manibus eorum fieri, ad protrahendam conſignationem bonorum debitorum, ſeu
215 pecuniarum; † Inhærent enim illi vulgari dicto, quod medicina ſequeſtri eſt fidejuſſio de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, de qua Martin. Lauden. *conſ.* 43 *n.* 2. *in fin.* And.
216 Gaill. *de arreſtis, c.* 1. *n.* 12. † & certo ſciunt, quod fidejuſſores difficillime his temporibus reperiuntur, cum mundus ſit totus diſſolutus fidejuſſionibus, & qui fidejubet, ponat in primis ſibi ante oculos, & proponat pati mille perſecutiones à creditoribus, à birriariis, imo à debitore ipſo, pro quo fidejuſſit, & qui eum capi facere [illegible]tat ad morem gerendum creditori, proponat ſibi ante oculos diſperſionem omnium ſuorũ bonorum, illorũ diſtractionem ſub haſta in foro publico ad præconis horridam vocẽ; amiſſionem dulcis ſomni & quietis; deſertionem nobilium ſuorum ſtudiorum, cultivationis ſuarum villarum; conſumptionem propriæ carnis, & ſenectutem ante tempus; acceſſionem ſexcentarum curarum alienarum, & ſomniorum gravionum, & dormientem terrentium; amiſſionem pacis in domo cum uxore, cum ſocru, cum nuru, cum

ſocero,

Digitized by Google

ſocero, cum genero, cum liberis, cum nepotibus, ac etiam cum famulis & ancillis; & immiſſionem in eandem domum; omnium pœnarum, & clamorum inferni perpetui; amiſſionem omnium amicorũ & eorum, qui jure indiſſolubili ſanguinis ſibi obſtricti ſunt, & tempore tribulationis recedunt ita, ut fidejuſſor dicere poſſit, (Torcular calcavi ſolus, & non fuit de gentibus vir mecum) ſi ſacra profanis licet immiſcere, proponat ſibi ante oculos carcerationes perpetuas, & mortẽ ſæpe in carceribus, & ſi has effugit, cogetur mendicus, vilescens in patria, ubi inter primates ſedebat, obſequium præſtare aliis, qui ſibi digni famuli non fuiſſent, & quos ſine aliqua virtute ſola fortuna extulit, & opibus fulcivit, † quos ignorantes & divites Aſinos ferratos vocare poſſumus, 217
ut ad aliud propoſitũ forte temporibus iſtis non inutile, tradunt Amon *ſoliloq. 3. in fin.* ex doctrina Jo. Monachi, & Cotta *in memorialib. in verbo, Abbas, † vel profugus.* ut Cain 218
à Deo maledictus poſt occiſum Abelem ſuum fratrem, peregrinari per orbem relictis patriis laribus, dulce uxore, caris filiis absq; aliqua ſpe reditus. Hæc digreſſio licet extra materiam videatur, ſed non prorſus, non erit inutilis illis, à quib. poſtulantur fidejuſſiones; & qui fidejubere ſolent, in futurũ abſtineant, aliàs majora iis patientur, & ut vulgato proverbio utar (Experto credant Roberto,) & obediant Salomoni de hac materia loquenti, in proverb. *ca. 6.* quem refert Gail. *pract. obſ. li. 2. obſ. 29. n. 5.* & memoriæ teneant, quod ab antiquis ſcriptorib. tradit Boccac. *in tr. de ſocier. offic. n. 80.* quod ſcil. oraculo Apollinis prohibitũ fuiſſet fidejubere † ſciunt, inquã, iſti debitores mendican- 219
tes ſequeſtra, quod propter prædicta incommoda rari inveniuntur fidejuſſores, & ſic ſperant diu frui alienis bonis, ſed in tribunali illuſtriſſ. domini Auditoris Cameræ provide uſu receptum eſt ad occurrendum ſimilibus fraudibus, ut ad inſtantiam creditoris contra debitorem in cujus manibus pecuniæ, ſeu aliæ res ſequeſtratæ ſunt, relaxetur mandatũ, niſi infra certũ tempus deponat pecunias debitas in Monte Pietatis, vel res alias penes depoſitarium idoneum eligendum ab ipſo judice vel concorditer à partibus. † hujusmodi ſequeſtra ſunt ad inſtar realium citationum, quia perſona ſiſtitur, aut ejus 220
bona impediuntur ad illum effectum, ut arreſtatus, ſeu ſequeſtratus tædio ſequeſtri affectus coram judice loci compareat, pacta conventa ſervet, debitũ diſſolvat, aut in dubio cautionem de judicio ſiſti, & judicatũ ſolvi arreſtatori præſtet. Hæc ſunt verba ipſa And. Gail. *in tr. de arreſtis, cap. 1. n. 15.* † & ad prædicta ſcire debemus, quod regulari- 221
ter de jure omnis ſequeſtratio eſt prohibita, ut per Alphan. *in collectan.* & ſparſim Gail. *in d. tr. de arreſtis.* † quando vero talia ſequeſtra conceduntur, præſtita cautione de ju- 222
dicio ſiſti & judicatum ſolvi, ipſo jure ſequeſtra tolluntur & ſolvuntur, & Gail. *ubi ſup. cap. 2. n. 7. in princ.* unde apparet non eſſe opus decreto judicis pro relaxatione ſeu revocatione ſequeſtrorũ, cum ipſo jure ſequeſtra ſolvantur, ut dixi. † Solvuntur aliquando 223
etiam, & revocantur præſtita tantum juratoria cautione, ut voluit Minſing. *cent. 2. obſer. 11.* ubi cumulatè tradit Seraphin. *de jur. privil. 125. n. 2.* Gail. *pract. obſervat. li. 1. obſ. 148. n. 6.* dummodo tamen volens præſtare cautionẽ fidejuſſoriam, nõ ſit de fuga ſuſpectus, ut Gail. *pract. obſ. li. 2. obſ. 47. n. 13.* † & quod ſequeſtrũ triennio exſpirat, voluit Seraphin. 224

Digitized by Google

225 *d. privileg.* 125. *in fi.* † Vigesimanona declaratio principalis regulæ est, quod locum etiam habeat in eo, qui recusat judicem uti suspectum, Panormit. *in c. si quis contra, n.* 12. *& in repetit. ejusd. c. n.* 12. *de foro compet.* And. Gaill. *ubi supra, lib.* 1. *obser.* 33. *n.* 14. *post prine.* sed quamvis ibi Gail. dicat, quod teneatur jurare de cal. cum in hoc casu juramentum sit loco probationis, ut ipsemet Gaill. subdit, non poterit dici juramentum calum. generale inventum ad solemnizandum judicium, ad quæ vide tradita supra, *cap.* 3.
226 & dicetur potius juramentum malitiæ vel veritatis. † Trigesima declaratio principalis regulæ est, quod locum habet in eo, cui concessum est privilegium, quod jurare non teneatur: & pars adversa opponat, quod tale privilegium est falsum, vel subreptitium, quia isto casu ille, cui concessum est privilegium, illudque impetravit, tenetur de calumnia jurare, Soc. *in d. cap. literæ, n.* 13. *in princ.* sed istud videtur potius juramentum malitiæ vel veritatis, quam calumniæ, cùm non sit generale ad totam causam, verum super articulo & emergenti particulari; maximè si falsitas & subreptio proponerentur per viã exceptionis contra privilegium. Si tamen principalis actio & causa intentaretur super falsitate & subreptione privilegii, tunc tale juramentum præstaretur super tota causa, &
227 diceretur verè juramentum calumniæ. † Trigesima prima declaratio principalis regulæ est, ut proceda; in quolibet collitigante, ita, quod si plures sunt collitigantes, quilibet ipsorum teneatur de calumnia jurare, si negocium non est commune, Soc. *in d. c. in per-*
228 *tractandis, n.* 49. † si verò negocium est commune, distinguetur, quod aut negocium est commune individuum, aut dividuum: si individuum, tunc omnes jurant, vel unus pro
229 omnibus, ut Soc. *d. n.* 49. † si autem negocium est commune dividuum quidem, sed indivisum, hanc difficultatem Soc. non tetigit. ut quando agitur contra plures dominos vel possessores alicujus vineæ, oliveti, vel similium, quæ dividua sunt. sed tunc quando judicium movetur, & actio intentatur, sunt indivisa, & quilibet eorum, contra quos agitur, habet suam partem in qualibet etiam minima parte. Neq; Soc. tetigit difficultatẽ, quando negocium est commune pro diviso, vel pro indiviso, ut dicitur de parietibus divisoribus, qui aliquando sunt communes pro diviso, aliquando sunt communes pro in-
230 diviso. † paries communis pro diviso dicitur, quando in eum nulla partium aliquid immisit, vel si aliquid immisit, non excessit medietatem muri divisorii, & non immisit ultra medietatem muri, quæ versus bona sua est; Crot. *cons.* 153. *n.* 5. *vol.* 2. Boer. *cons.* 5. *n.* 3.
231 Hier. Gabriel. *cons.* 149. *n.* 6. *lib.* 1. † paries communis pro indiviso dicitur, cum ab utroq; latere utraq; pars immisit tigna aut alia fecit non solum in dimidia parte versus se,
232 verum etiam in totum murum ab uno latere ad aliud latus, ut præcitati Doct. † Dicetur
233 paries communis pro diviso, vel pro indiviso tacitè, & expressè, ut Boer. *d. cons.* 5. † In
234 dubio tamen præsumetur communis pro diviso, Gabriel. *d. cons.* 149. *n.* 3. † & de hac
235 materia muri communis plura ex te videre poteris apud Rebuff. *cons.* 156. † Neq; Soc. tetigit, quando negocium est com nune individuum & indivisibile, ut quando petitur
236 ter, actus & similia, vel intentantur actiones negatoriæ similium. † sed quicquid Socin. dixerit, sive negocium non sit com nune, sive sit commune individuum, sive communne, sed indivisum, sive commune pro indiviso, aut pro diviso, sive agatur actione per-

Digitized by Google

personali, sive reali, videtur ab omnibus personis litigantibus & collitigantibus jurandum de calumnia propter illa generalia jura per me citata, *in princ. hujus c. & c.* 14. & tales consortes negocii, seu litis communis non habent mandatum speciale ab alio consorte, pro quo jurare intendunt; & fortassis ille alius habet aliam conscientiam, & propterea non jurabit, sed patefaciet justitiam adversarii jurari petentis. † Benè fateor, 237
quod in executione declaratoriæ sententiæ latæ contra consortem contumacem in jurando de calumnia super re communi individua, vel dividua, sed indivisa, vel super re communi pro diviso, vel pro indiviso, maxima oritur difficultas, quomodo fieri possit? & ut facilius res eluceſat, exemplum ponam: Cajus & Sempronius possident vineam, seu olivetum dividua quidem, sed indivisa; Titius movet litem contra ambos, & petit de calumnia jurari: Cajus jurat, sed Sempronius non jurat, & sic rejiciendus est à limine judicii, & habetur pro confesso. Titius, qui petiit jurari, instat pro portione Sempronii executionem dictæ declaratoriæ latæ contra Sempronium super re communi dividua, sed indivisa pendente adhuc judicio cum Cajo: sive pendeat in prima, in secunda, in tertia, seu alia ulteriori instantia: & sive Cajus post primam instantiam sit appellans, sive appellatus: idemque erit, quando Titius movisset litem contra Cajum & Sempronium super re communi pro diviso, vel pro indiviso, ut dixi de pariete, & Cajus de calumnia juraſſet, & Sempronius non. Eadem etiam difficultas oritur in executione declaratoriæ sententiæ, latæ contra Sempronium contumacem in jurando de calum. in rebus communibus indivisis, & indivisibilibus, & in actionibus negatoriis intentatis, ut dixi supra. Pro quarum quæstionum resolutione sentiendum breviter duco: quod si declaratoriæ latæ contra Sempronium ob juramentum calumniæ non præstitum executio fieri possit sine præjudicio Caji qui juravit de calumnia, debet executioni demandari: si autem nequeat sine aliquo Caji præjudicio circa damnum emergens, vel lucrum cessans, aliudve interesse, executio fieri non poterit, etiamsi præjudicium esset minimum: quia non debet Cajus ex culpa vel negligentia Sempronii damnum sentire & pati, gloss. *in l. meminerint, in verbo, non averat, C. unde vi.* Et prædicta procedunt tam in actore, quam in reo. † Trigesima secunda declaratio principalis regulæ est, 238
quod procedat etiam in quolibet ex adverso litigante, ita quod si plures sint ex adverso litigantes, qui petant de calumnia jurari, omnibus petentibus est præstandum, & eorum cuilibet, Speculat. *in tit. de juram. calum. §. 2. num. 6. in princ.* Marian. Socin. *in dict. cap. in pertractandis, num.* 49. † Trigesima tertia declaratio principalis regulæ est, ut 239
procedat in principali absente, quia ipse etiam de calumnia tenetur jurare, ut dicam infra *cap.* 17. ubi habetur, an & quando ei mittatur juramentum calumniæ, & cujus sumptibus. † Trigesima quarta declaratio principalis regulæ est, quod procedit etiam in 240
advocato, qui & ipse de calumnia jurabit, per tex. *in d. l. 2. §. 1. in princip. & ibi gloss. in verbo patronus, & in d. §. 1. in fin.* & ibi Cyn. *n. 2. & in l. 1. n. 5. C. de jurejur. propt. calum.* Panormit. *in d. c. inhærentes, in princip.* Marian. Socin. *in d. c. in pertractandis, n. 8. in fin. & num. 25. & 44. vers. 32.* vide quid idem Socin. de hoc sentiat *in d. capiteris, nu.* 14.

Digitized by Google

241 & dixi supra, *cap.* 12. *n.* 32. † & tenetur jurare advocatus, etiamsi suus principalis juraf-
242 set, Socin. *in cap. cum in causa, num.* 27. *ante medium.* † de consuetudine autem non
seryatur, ut advocatus juret de calumnia, teste Baldo *in d. l.* 2. *nu.* 5. *in princ.* Bart. *n.* 2. *&*
10. *ibid.* & non solum consuetudo non est, ut advocatus juret, sed etiam extat consue-
tudo in contrarium de facto, quod scilicet advocatus non juret, licet aliter de jure sit, ut
supra dixi, prout ex Bart. tradit Socin. *d. n.* 41. quamvis in fine dicti num. vitio impresso-
ris in meo Codice desit dictio (*Non*) ante verbum (*juret*,) & sic videatur Socin. di-
cere, quod est consuetudo, quod juret; sed apparet ex verborum serie, quod sensus non
243 potest stare sine dicta dictione (*Non.*) † dicit tamen Socin. ibidem, quod esset bonum,
advocatos jurare, & idem habetur ex Surdo, in Rota Mantuana, *decis.* 18. & Panormi. *in*
d. cap. inhærentes, num. 5. *in princ.* ubi dicit, quod fortè talis consuetudo non valet & re-
censet aliquos advocatos precibus amicorum defendisse injustas causas, & eos in foro
animæ dicit teneri ad interesse. Et idem voluit *in c. caterum, n.* 3. *eod. tit.* Nec obstat,
quod in quæstione quid juris non juretur de calumnia, ut dicam infra, *c.* 20. *nu.* 5. ubi *vi-*
244 *de sub num.* 7. cum quibus ego sentio. † & *in d. decis.* 18. etiam habetur, quod si advo-
245 catus calumniam committeret, teneretur in expensis de suo proprio. † nec omissio talis
juramenti calumniæ advocati vitiat processum, ex Socin. *d. num.* 44. *in fin.* & stante ta-
li consuetudine, omissio non vitiaret processum, etiamsi peteretur jurari per advoca-
tum, prout vitiat si peteretur jurari per principalem, ut dixi *supra c.* 7. *num* 8. ego tamen
teneo cum Panormitan. quod talis allegata consuetudo non teneat, & sit potius corrup-
tela, quod advocatus non juret, & id tradiderunt Dd. ad eximendos se à præstatio-
ne talis juramenti; & credo processum & sententiam illo casu esse nullam, quando in
246 actis producerentur informationes advocati nolentis jurare. † Jurare autem debet, si
quando jurat advocatus in animam propriam, tum quia lex sibi mandat, ut juret pro
se & non pro alio, tum etiam quia ad jurandum in animam alterius requiritur spe-
ciale mandatum, ut dicam *infra cap.* 16. quod mandatum non habet advocatus.
247 † Forma talis juramenti advocati traditur per text. *in dict. leg.* 2. juxta tradita per So-
cin. *in dict. cap. cum in causa, num.* 20. *in fine.* Sed Imperator *in dict. leg.* 2. non po-
nit formam, remittit tamen se ad dicta ab se in suis aliis constitutionibus; & talis ju-
ramenti advocati forma habetur *in l. rem non novam, §. patroni autem causarum, C.*
248 *de judiciis.* † Trigesima quinta declaratio principalis regulæ est, quod habet locum
etiam in procuratore, qui & ipse de calumnia jurare tenetur, ut dicam infra *cap.* 16.
ubi latissimè, & an sit nullus processus & nulla sit sententia, si procurator recusет de
249 calumnia jurare? dic ut supra dixi de advocato. † Trigesima sexta declaratio prin-
cipalis regulæ est, ut habeat locum etiam in nuncio, qui non est ad actus citationis
vel similes constitutus ab aliquo privato & particulari, ut causam suam expediat,
nam & ipse de calumnia jurat, Socin. *in dict. c. in pertractandis, num.* 24. *vers.* 22. *quero,*
ubi Marian. Socin. reddit rationem, cur jurare possit talis nuncius, quod in aliis non ac-
cidit, & est; quia talis nuncius concipit verba in personam domini; idemque dicit in *d.*

c. cum

Digitized by Google

c. cum in causa, n. 14. in princ. ex mente Cyn. *in d. l. 2.* & non solum jurare potest, sed etiam, si petatur, tenetur jurare de calumnia, ut dixi *in sæpe repetito c. 7.* † Trigesima septi- 250
ma declaratio principalis regulæ est, quod habet locum in defensore, qui satisdedit de judicato solvendo; quia & ipse de calumnia jurat, si ipse convenitur in causa principali, Socin. *in d. c. in pertractandis, num. 40. versic. 27.* † & progrediendo ulterius Socin. *in* 251
d. n. 40. distinguit, quod aut dictus defensor interessit animo novandi, quod intellige facta litis contestatione, quia ante non fit novatio, ut Soc. ibi. & tunc ipse defensor jurat, ut procurator in rem suã, de quo procuratore dicam *infr. c. 16.* aut defensor non interessit animo novandi, sed repetendi: & tunc subdistinguit, quod aut iste defensor convenitur ex propria obligatione, & tunc ipse jurat de calumnia aut ex promissione domini convenitur, & tunc ipse dominus jurat, vel interessit animo non repetendi, & tunc ipse jurat, ut dictũ est. Si verò convenitur fidejussor ejus, tunc ipse fidejussor defensoris jurat, ut Socin. *dict. versic. vigesimo septimo.* & hæc procedunt in defensore alterius, qui defensor satisdedit de judicatum solvendo, sed quid dicendum erit de debitore principali, qui præstitit fidejussorem, & fortè insolidum obligatum & in forma Cameræ, & cum juramento, & dicitur defensor necessarius fidejussoris? † & du- 252
bium non est, quod defensor necessarius debet admitti ad defensionem sui fidejussoris, ad tradita per Alberic. *in l. quoties, num. 25. in princip. C. de precibus Imperat. offeren.* Marc. Anton. Cucc. *in tract. de notariis, num. 136.* & illud axioma inficiari non potest, quando simpliciter fidejussorem dedit, etiam obligatum in forma Cameræ, dummodo tamen non in solidum & uti principalem. Et multi notarii tyrones tales necessarios defensores admittere nolunt, & malè faciunt: sed dubium maximum super hac quæstione est circa necessarium defensorem, qui dedit fidejussorem in solidum in forma Cameræ, & cum juramento obligatum: quia isto casu non dicitur fidejussor. † sed respectu creditoris tam ipse principalis debitor, quàm ejus fidejussor obli- 253
gatus, ut præmittitur, sunt duo rei debendi, licèt inter se dicantur debitor, & fidejussor? ut bene discutit Castracan. *de societ. offic. cap. 64.* † hujusmodi dubitatio ali- 254
quando orta est in tribunali Illustrissimi Domini Auditoris Cameræ, & ex judicantium benignitate est admissus debitor principalis, ut necessarius defensor, *per allegata supra ex Alberico & Cucco*, quamvis de rigore juris contrarium sentirem. † nisi contractus esset talis, qui de sui natura importet fidejussionem necessariò; 255
licet notarii ex quodam non usu, sed abusu apponant clausulam in solidum, obligationem Cameralem, & juramentum. Ut exempli gratia, quando quis fidejubet de judicio sisti, vel est fidejussor indemnitatis, de quo consule Afflict. *decisione 318. & ibi Ursill.* & similibus aliis fidejussoribus; quia in talibus admittetur principalis debitor, ut necessarius defensor. † Quod autem dico de fidejussore indemnitatis, in- 256
telligo, dummodo talis fidejussor indemnitatis ultra promissionem indemnitatis non promitteret aliquod aliud factum, quia eo casu in illo facto quod promitteret ultra promissionem indemnitatis, non esset fidejussor, sed principalis debitor, vel

declа-

Digitized by Google

declaravit Rota *in una Aquilina relevationis die 31. Januarij, 1578. versic. circa medium, coram Illustrissimo & Reverendissimo Domino Blanchetto tunc Rota auditore, nunc Cardinali amplissimo in manuscriptis.* Et sic in isto facto, quod promisit ultra promissionem indemnitatis, contractus non importaret ex sui natura fidejussionem.

257† In aliis casibus, in quibus contractus ex sui natura non importat fidejussionem, & sunt insolidum obligati, teneo admittendum non esse principalem debitorem, ut necessarium defensorem, licet de observantia tribunalis dicti Illustrissimi Domini auditoris Camerae fiat, ut supra dixi. Quam observantiam ab aliquibus judicentium introductam censeo non improbandam, & quod deberet principalis debitor ad causam admitti, & protestante ipso, ut nihil contra suos fidejussores fiat, nisi ipso principali debitore in quolibet actu legitimè citato, deberet, sicut tertius admittitur pro suo interesse, ut dixi *supra in 14 declar.* multoties enim accidit, quod debitor principalis scit aliquas exceptiones solutionis, compensationis, aut similium, quas ejus fidejussores nescium. Non admitterem tamen principalem debitorem ad totalem defensionem suorum fidejussorum, ut ita permittitur obligatorum, ad finem, ut citatio principali debitori & defensori facta afficeret etiam fidejussores; nam iste actus esset nimis praejudicialis fidejussoribus, sed talem defensorem admitterem duntaxat ad effectum, ut contra fidejussores non possit deveniri ad aliquem actum praejudicialem ipso debitore principali

258 inscio, ac non citato. † Et cujuscunque generis defensor jurabit de calumnia, & *id in* animam propriam, & non in animam alterius, quia ad id non habet aliquis defensor legitimum mandatum, prout requiritur ad jurandum in alterius animam, ut dicam infra

259 *cap. 16.* † Trigesima octava declaratio principalis regulae est, quod procedit etiam in fidejussore, qui & ipse jurat de calumnia in causa, in qua pro suo principali satisfecit, *gloss. in d. l. 2. §. sin autem abfuerint, in verbo, subeat, versic. aut ipsemet,* & tunc sic, ad in-

260 star fidejussoris. Unde colligitur fidejussorem etiam isto casu jurare. † Jurabit iste fidejussor in animam propriam, quia non habet mandatum ad jurandum in animam al-

261 terius, prout requiritur, ut dixi, & dicam *cap. 16.* † Et praedicta praesertim procederent, si fidejussor esset de judicato solvendo, & reus principalis latitaret lite contestata, quia tunc talis fidejussor poterit etiam non conventus defendere reum latitantem, per text. *in l. licet in pupillari, §. reo latitante*; qui textus *juncta ibi gloss. in verbo, defendant, ff. de procurat.* dicit fidejussorem non solum id per se facere posse, sed etiam per procurato-

262 rem. † ibid. glossella marginalis dicit ex mente Baldi, quod fidejussor est procurator

273 rei. † Ad quam materiam fidejussoris utile duco ponere unum notabile, quod si quis fidejusserit de judicio sisti, & id sine scriptis fecerit, & inde non est confecta scriptura, non tenetur, nisi infra duos menses lis initietur, per *l. si fidejussor §. sancimus, & ibi gloss. in verbo, liberari, C. de fid. & mand.* Quod fallit si fidejussit in publica causa, ut ibidem

264 text. & gloss. † Trigesima nona declaratio principalis regulae est, quod habet locum in comparente in judicio pro amico, qui post litem contestatam se absentavit: nam & ipse tenetur jurare de calumnia, *gloss. in l. liberto, §. item in judicium, in verbo, aget, post*

Digitized by Google

medium ff. de negoc. gest. quod intellige, si est admissus ad causam defendendam per judicis decretum. † Jurabit iste comparens in judicio pro amico in animam propriam, 265
& non in animam amici, à quo non habet speciale mandatum ad jurandum in animam
suam. † & ad jurandum in animam alterius requiritur speciale mandatum, ut voluit 266
Rota *decis.* 1. *num.* 3. *de juram. calum. in nov.* & dixi supra, & dicam infra, *c.* 16. † Qua- 267
dragesima declaratio principalis regulæ est, quod habet locum in comparente pro
conjuncta persona, Specul. *in tit. de juram. calum. §. 2. n. 5. in fi.* † ubi vult quod conjun- 268
cta persona admittatur etiam ad appellandum pro conjuncto. † & licet Adden. ad Ro- 269
man. *sing.* 227. *incipien. & illam. l. Patri, in prima addit.* dicant, quod conjuncta perso-
na admittitur pro conjuncto ad jurandum de calumnia, etiam sine speciali mandato,
non credo id verum esse: nam non est bona ratio, nec argumentum concludit ab eis
adductum, dicendo; conjuncta persona non indiget speciali mandato ad jurandum de
calumnia, aliàs sequeretur, quod jura dicentia conjunctam personam admitti pro con-
juncto nunquam haberent locum. Quia argumentum negativum de parte ad totum in
casu nostro non procedit, sunt enim quædam partes substantiales judicii, in quibus re-
quiritur speciale mandatum, ut est juramentum istud nostrum, contestatio litis, & simi-
lia. Conjuncta persona admittitur quidem pro conjuncto, sed fallit in iis, quæ mandatum speciale requirunt, ut sunt præmissa: nec ex hoc dici poterit, quod dicta jura asserentia conjunctum admitti pro conjuncto nunquam haberent locū, quia in aliis comparere poterit, ut ad petendam copiam, petendam dilationem, & similia. Præterea, duo sunt mandatorum genera: alterum tacitum, alterū expressum, aliqui actus expressum requirunt, in aliis sufficit tacitum mandatum. Conjuncta persona habet tacitum mandatum, & ideo comparere potest, & admittitur in omnibus actibus non requirentibus mandatum expressum, & in quibus tacitum sufficit. Juramentum verò calumniæ requirit mandatum expressum; & ideo non procedit argumentum, nunquam admitteretur conjuncta persona, si non admittitur ad jurandum de calumnia sine speciali mandato; nam transit argumentum de actibus requirentibus mandatum expressum, ad actus, in quibus sufficit mandatum tacitum. Alia responderi possent, quæ subtilis lector perpendet, sed iis omissis concludo quod conjuncta persona comparens pro conjuncto non admittitur ad jurandum de calumnia sine speciali mandato. † Nec poterit jurare in 270
animam conjuncti, quem defendit in aliquo casu, nisi in illis casibus, in quibus simplex procurator admittitur, de quo procuratore dicam infra *cap.* 16. Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 41. *in fin.* † poterit tamen petere dilationem ad denunciandum suo conjun- 271
cto, quem defendit, ut veniat ad jurandum, Socin. *dict. num.* 41. *in princip.* † vel si mavis, 272
distingue cum Socin. *dict. n.* 41. ubi hunc articulum dubium facit, quod aut dicta conjuncta persona venit ut defensor, & tunc dicendum erit, ut dixi supra, *hoc eod. c.* 15. *declar.* 37 *n.* 250. *& seq.* † aut conjuncta persona venit pro conjuncto, ut actor, & tunc 273
subdistinguit: quod aut est pater aut alius ascendens habens filios & descendentes in
potestate, & isti quia habent administrationem, jurare possunt, ut Socin. *d. n.* 41. † vel 274

Digitized by Google

dicta conjuncta persona non est de dictis ascendentibus, & tunc majus dubium est, quamvis enim conjuncta persona admittatur pro conjuncto cum cautione de rato, ut Socin. *d.n.41.* Vant. *in tract. nullit. in tit. de nullit. sent. ex inhabilit. & defect. mand. compar. nu.* 130. *& in tit. quib. mod. sentent. null. defen. poss.* & sine tali promissione de rato non 275 admittitur, ut Vant. *ubi supra.* † sanguinis conjunctio praedicta non supplet in exigentibus speciale mandatum, ut Socin. *ibid.* & juramentum calumniae exigit speciale man- 276 datum, ut sepe dixi, & ponam *in cap.* 16. † & in omni casu sive sit de ascendentibus, sive non ascendentibus, jurare cogetur conjuncta persona in animam suam propriam, 277 cum non habeat à conjuncto suo mandatum legitimum ad jurandum † & praemissae autoritates Socin. non videntur concludere, quod conjunctus cogi possit ad jurandum de calumnia, dum pro conjuncto comparet, sed an possit jurare; nos autem concludimus, quod teneatur jurare, cum sit de personis litigantibus, *ut in prin. hujus cap.* praesertim in casibus, in quibus conjunctus admittitur contra vel praeter voluntatem conjuncti, quia videtur proprium interesse prosequi, ut per Bart. *in d.l.2.n.12. C. de jurej. propt.* 278 *calum.* † Quadragesima prima declaratio principalis regulae est, ut habeat locum in comparente nomine absentis, & allegante causas absentiae, quia & ipse de calumnia jurare tenetur, Joan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de juram. calum. §. 2. in verbo, §. pen. litera Y, in fin.* Socin. *in dict. cap. literae, num.* 13. *versic.* 20. Sed ego valde dubito, quod istud juramentum non possit dici juramentum calumniae, sed dicatur potius juramentum malitiae vel veritatis, aut aliud simile, cum fit super articulo & emergenti particulari absentiae duntaxat. Nisi quis institueret judicium totum super absentia alicujus; quia si judicium intentatum esset principaliter super alicujus absentia, tunc pro- 279 cul dubio diceretur juramentum calumniae. † Jurabit iste comparens ad allegandum causas absentiae in animam propriam, quia ad jurandum in animam absentis, pro quo allegat absentiae causas, non habet speciale mandatum, ut requiri ad jurandum in 280 alterius animam dixi supra, & dicam infra, *cap.* 16. † Quadragesima secunda declaratio principalis regulae est, quod habet locum in comparente pro invito, qui comparens jurabit de calumnia: pone exemplum in parentibus, filiis, & aliis de agnatione, qui possunt agere pro invito, qui forte volens trahitur in servitutem, vel est in quasi possessione servitutis, & non vult trahi in libertatem, & similibus, gloss. *in dict. leg. 2. §. 1. in verbo, meminisse,* Marian. Socin. *in d.c. in pertract. andis, num.* 42. quia suam quodammodo injuriam & causam agere videntur, ut Socin. *d. num.* 42. Bart. supra relatus *in d.l.2. n.* 281 12. † & jurabit iste comparens pro invito in animam propriam, quia ad jurandum 282 in animam alterius non habet speciale mandatum, ut de aliis praemissis dixi. † Quadragesima tertia declaratio principalis regulae est, quod habet locum in tutore, qui & ipse jurabit de calumnia, Specul. *in tit. de juramento calumniae, §. 3. in princip.* Petr. Vander. *in pract. judic. lib. 3. c. 2. versic. de calumnia, in princ. tex. in d.l.2. §. tutores & curatores, & §. quod observari,* & ibi Cyn. Bald. *num. 3. & 4.* & Alberic. *num. 5.* idem Cyn. *in l.1. num. 4. C. de jurejuran. propt. calum.* Marian. Socin. *in d.c. in pertractandis, n. 8. & 20. &*

in

Digitized by Google

*in d.c.cum in causa,n.*12 *in princ.* Panorm.*in d.c.cum causam, n.*10. † Rationes hujus 283
dicti duæ à Soc.redduntur *in d. nu.* 8. prima ratio est,quia ipse tutor præsumitur melius informatus,quam minor suus principalis de justitia causæ, quam etiam reddit Panorm. *in d.c.cum causam,n.*10.*vers.casu.* Altera redditur *d.n.*20.& est, quia ipse tutor est legitimus administrator,de quo administratore,quod jurare teneatur dicam infr. *eod.hoc c.* † si autem minor ejus principalis esset melius informatus, tunc juraret minor de calu- 284
mnia,ut melius informatus,cum præsentia tamen tutoris, Cyn. *in dict.§.quod observari, num.*6.*gloss.ibid.in verbo,scire,in princ.* † dum autem discutitur, an minor teneatur ju- 285
rare vel non jurare, debet intervenire tutor ad hunc actum: sed non debet autorare ad hoc vel illo modo respondendum,confitendo vel negando Socin. *in dict. cap.cum in causa.d.n.*20. ubi dicit id procedere, sive tutor sit actor, sive reus. † jurat tutor in ani- 286
mam propriam,ut per gloss. *in d.c.in pertractandis,in verbo,In animam jurantis,* Socin. *in d.c.cum in causa,n.*11.*in prin.& dicam infra de curatore,& alibi.* † si verò tutor non 287
juraret requisitus de cal.ejus contumacia non jurantis non præjudicat pupillo,Panorm. *in c.cum in causa,n.*21.*de jur.cal.* Soc.*in d.c.in pertractandis, & in c.cum in caus.* & re-
mittit se ad dicta per ipsum,*in tit.de dol.& contumac.* Idemque asseverat Soc. *loco prædicto,de contumac.curator. non jurantis,* dic in hoc articulo quod talis contumacia nocet,quando vera tutoris confessio nocet,& quod contumacia non nocet, ubi vera confessio non nocet,ut dicam infra de Prælato,*n.*405.*& n.*425. † sed si plures essent tuto- 288
res,omnes jurabunt,vel unus pro omnibus,secundum Socin.*d.n.*20.*per tex.in l.*1.*C.si ex plurib.tutor. & curator.* & Specul.ab eo relatum *gloss.in d.l.*2.*§.hoc etiam, in verbo, vel à plurima.* † Quod unus juret pro omnibus,ut præmittitur, locum sibi vendicabit, 289
si alii contutores nolint,vel non possint jurare,ut est text.*in d.l.*1.*C.si ex plurib.tut.vel curat.& ibi gloss.in verbo,noluerint,in princ.* unde donec non constiterit, quod cæteri contutores nolint aut non possint jurare de calumnia, non sufficit unum ex contutoribus jurasse.† Nec loquor nunc,quando essent tutores plures in solidum dati, vel per a- 290
liam dictionem æquipollentem,per quam dictionem (in solidum) vel aliam æquipollentem quilibet tutor posset sufficienter administrare, quia tunc sufficeret unum jurare,per administrationem in solidum ei attributam. † Juxta prædicta notandum duco, 291
quod text. *in dict.l.*1.*C.si ex plurib. tut. vel curat.* loquitur de tutoribus datis simpliciter, & non cum plures tutores essent dati cum præcepto, quod conjunctim procedant,ut sæpe fieri vidi, vel per aliquam similem clausulam auferentem actum in solidũ. Quoniam isto casu non sufficeret unum tutorem jurare pro omnibus, sed omnes conjunctim jurare debent; † causa enim limitata limitatum producit effectum, Paris. 292
*cons.*112.*n.*12.*lib.*4. † Quadragesima quarta declaratio principalis regulæ est,quod ha- 293
bet locum in curatore bonis dato,qui & ipse de calumnia jurat.Socin.*in d.c in pertractandis,num.*22.*in princip.* sive sit actor,sive reus,ut ibid.Socin.ubi dat etiam rationem, quæ est, quod jurare potest, quia habet legitimam administrationem. Sed ista ratio Socini est ad probandum,quod possit jurare,sed ratio quod cogi possit,est,quia est per-

Digitized by Google

persona litigans & interveniens in judicio, ut dixi supra *hoc eod. cap. in prin. & in cap.*
294 *14.* † Datur autem iste curator bonis, & non cogetur principalis persona jurare de calumnia, nec mittetur ei notarius, ut absentibus fieri debere dicam infra *c.* 16. quando principalis est absens ultra mare, vel valde remotus, vel ignoratur ubi sit; Specul. *in dict. tit. de juram. calum. §. 3. num.* 11. *in fine*, Bald. *in auth. principales personæ*, § *fin autem,*
295 *num.* 1. *C. de jure jurand. propt calumn.* Socin. *in d. cap. cum causam, num.* 1. † Datur etiam talis curator bonis, quando principalis est in hostium potestate, per text. *in l. ab hostib. §. ego autem, ff. quib. caus. maj.* 25. *annis in integr. restit.* Datur præterea iste curator bonis ejus qui cessit bonis, quando creditores, in quorum favorem cessit bonis, volunt bona
296 cessa distrahere pro consecutione crediti ipsorum, & ita practicari vidi. † Jurant etiam isti curatores in animam propriam, quia habent legitimam administrationem, Socin. *in d. cap. cum in causa, num.* 22. *in princ. gloss. in d. c. in pertractandis, in dict. verbo, in ani-*
297 *mam jurantis.* † Modum dandi talem curatorem bonis absentis, videre poteris apud
298 Purpurat. *consil.* 118. *lib.* 1. & ponam infra *cap.* 17. † Quæ dixi de curatore dato bonis absentis & bonis cessis, dico etiam de curatore dato hæreditati jacenti, & quando datur curator hæreditati, dum hæres, qui est creditor, intentat judicium pro suo credito consequendo contra hæreditatē, juxta doctrinam Angeli, *Instit. tit. de actionibus*, & prout etiam practicari vidi: nulla enim ratio diversitatis videtur inter hos curatores, &
299 cur prædicta non habeant locum etiam in dicto curatore hæreditati jacenti dato. † cujus curatoris hæreditati jacenti dandi modum vide apud Andr. Gaill. *pract. obs. lib.* 2. *ob-*
300 *serv.* 13. † Quibus adde unum notabile ex Decian. *respon.* 119. *n.* 10. *lib.* 2. quod judex domicilii, quod defunctus habebat, potest ex officio dare curatorē hæreditati jacenti, & creditores ibi debent actiones personales exercere, & hæreditatem excutere, & sic creditores moverent actiones contra hæreditatem jacentem in loco ubi bona existunt, non autem in loco, ubi defunctus domicilium habebat, dicto curatore hæreditati ja-
301 cenți jam dato minimè citato sententia esset nulla. † Quid autem in simili articulo dicendum esset, si defunctus habuisset bona, & domicilia etiam ubique cum familia in diversis locis, & quando commoratur in uno, quando in alio domicilio, & in uno tantum moritur, & quando moritur in uno domicilio, in quo minus habitare solebat? quid dicendum sit perpende ex te, sufficiat me movisse dubium, non enim expedit in omni materia movere omnem lapidem vagando à nostro juramento, ad quod rede-
302 undo dico: † Quadragesima quinta declaratio principalis regulæ est, quod procedit in quolibet curatore; qui & ipse de calumnia jurat pro minore suo principali, *d. l.* 2. *§. tutores & curatores, §. quod observari, & ibi gl. in verbo, vel curatores, sequitur glo. margi.* & Cyn. *in ead. l.* 2. *n.* 1. *in princ.* Spec. *in tit. de jur. cal. §. in princ.* Marian. Socin. *in d. cap. in pertractandis. num.* 8. Alberic. *in d. l.* 2. *num.* 5. ubi diluit contraria. Petr. Vanderan. *in pract. dict. verbo de calumnia.* Panormit. *in d. c. cum causam, n.* 10. & hæc procedunt, sive
303 dictus curator sit actor, sive sit reus, Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 21. † Rationes hujus dicti duæ à Socin. reddunter, quarum prima est quod curator præsumitur melius infor-

ma-

Digitized by Google

matus de iuſtitia cauſæ, quàm minor, ut Socin. *d. num.* 8. quàm etiam reddit Panorm. *d. num.* 10. † Secunda ratio eſt, quia curator eſt legitimus adminiſtrator, ut Socin. *d.* 304
n. 21. † ſi autē minor eſſet melius informatus quàm curator, juraret minor, ut dixi *ſup.* 305
de tutore in decl. 43 *n.* 284. † Quod juret curator in animā propriam, & an contumacia 306
curatoris noceat minori, & quando ſunt plures curatores inſolidum vel non inſolidum dati, dic ut dixi ſupra, *declar.* 43. *de tutoribus.* † quicquid enim mandatur in tutoribus, 307
debet in curatoribus obſervari. *l. ſi plures, de admin. & peric. tutor.* † Quadrageſima 308
ſexta declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in clericis ſeculari-
bus, qui & ipſi de calumnia jurare debent, ſive agant, ſive conveniantur ex facto pro-
prio, *gloſſ. in d. l.* 2. §. *ſed quia veremur, in verbo, remitti poſt medium, verſ. alii diſtin-*
xerunt, & in cap. 1. *in verbo, criminali, veeſicul. ſed hæc hodie non ſervantur, tex.*
juncta gloſſ. 1. *verſicul. in cauſis civilibus, in c. caterum,* ubi Panormit. *in princ. de ju-*
ramen. calumn. §. 3. *num.* 16. † ſive agant vel conveniantur pro facto, & re, non ta- 309
men ſpirituali eccleſiæ, ſed pro vinea, oliveto & ſimil. *gloſſ. in d. verb. remitti, & in d.*
c. 1. *in verbo, criminali.* † ſive agant vel conveniantur pro re ſpirituali, ut ſuper decimis 310
& ſimilibus, de quibus *infr. c.* 19. & 20. verba faciam. † Ex quibus conſtat clericos 311
in omnibus caſibus teneri jurare, & ſic firmatur concluſio ſimpliciter, quod clerici te-
neantur jurare de calumnia prout ſimpliciter nulla facta diſtinctione tradit Alb. *in d. l.*
2. *n.* 27. Bart. *ibid. in* §. *ſed quia veremur, num.* 4. † & tenentur clerici jurare per ſe i- 312
pſos, quando per ſe ipſos cauſam agunt, & per eorum proprias perſonas, *gloſſ. in d. cap.*
1. *in d. verbo criminali, per tex. in cap. fin. de juram. calum.* † hodie tamen poſſunt per 313
procuratorem jurare, licet iſte articulus olim eſſet controverſus valde, ut Socin. *d. c. in*
pertractandis, num. 7. † ſed quando pars adverſa inſtaret jurari per ipſosmet clericos, 314
etiam ſi eorum advocatus, & procurator juraſſet, tenentur ipſi clerici principales in
cauſa præſtare illud juramentum, ut dixi ſupra *hoc eod. cap. num.* 5. & 6. † attamen 315
videtur inhibitum clericis jurare de calumnia ſine ſui ſuperioris licentia, ad tex. *in d.*
cap. 1. §. *penult. & in gloſſ. fin. ibid.* † & dicta licentia debet obtineri ſpecialis ad ju- 316
randum de calumnia, ut Socin. *in d. cap. cum in cauſa, num.* 17. & debet eſſe verbis
expreſſa, & non ſufficit tacita, ut volunt Annotantes ad Panor. *in c. inhærentes, n.* 20. *in*
verbo, licentia, de jur. cal. & licentia intelligitur, quæ datur expreſsè, & quæ datur ta-
citè, dicitur voluntas, ut Annotan. ad Panormit. *in cap. ſignificaſti, in princip. in verbo,*
epiſcopi licentia, de for. compet. † & non ſolum debet eſſe ſpecialis ad jurandum de ca- 317
lumnia, ſed puto debere eſſe dictam licentiam ſpecialem ad talem certam cauſam, ut
vere poſſit ſpecialis dici, ut ponam infra, cum de mandato ſpeciali agam. *c.* 16. † præ- 318
dictaq; licentia debet peti etiam in conſtituendo procuratore ad jurandum de calum.
Panormit. *in d. c. inhærentes, num.* 20. *in fin.* Socin. *in d. c. cum in cauſa, num.* 18. † 319
Dum dixi, quod clerici debent impetrare veniam à ſuo ſuperiore, dicitur procedere,
dum litigant coràm non ſuo judice, ut habetur *in d. gloſſ. fin. d. c.* 1. facit Socin. *in d. c.*
cum in cauſa, num. 15. *verſ. alii vero dicunt.* ubi id de mente aliorum tradit. † Ratio 320

Digitized by Google

est, quia juramentum calumniæ defertur authore Prætore, ut dixi supra, *cap. 6. nu. 1.* & sic clericus consentiret in judicem non suum, quod facere non potest, *ut in d. gloss.*
321 *fin.* & Socin. *in d. cap. cum in causa, d. num. 15. circa fin.* † & quod dixi supra ex *d. gl. & Socin. ubi supra proximè*, quod licentiam sui superioris impetrare teneantur clerici, dum litigant coram judice non suo, dictus judex non suus dupliciter intelligi potest: vel coram judice Ecclesiastico non suo, ut quando quis clericus Reatinus litigaret coram Episcopo Tiburtino, qui non est suus judex & ordinarius. Quilibet enim Episcopus habet diœcesin separatam, & separatos subditos, & eorum jurisdictio non extenditur ad alienos subditos, & hinc est quod unus Episcopus non valet sine dimissoriis ordinare alienum subditum alterius Episcopi, nec similem alienum subditum excommunicare, ut in Summistis passim habetur, & ubi agitur de clavibus ecclesiæ, & in tracta-
322 tu de Episcopo. † Excepto Episcopo Romano, qui est ordinarius cunctorum, ut tenuit Rota *in una Bononien. Sancti Petronii, vers. neque etiam obstat, quod in casu, die 28. Aprilis, 1593. coram illustrissimo & reverendissimo domino Mantica, tunc Rota auditore, tunc Cardinali amplissimo, in manuscriptis.* † & ut pater patrum concurrit cum o-
323 mni potestate & jurisdictione, ut per Cott. *in memorial. in verbo, beneficia.* † Hinc ob-
324 servatum habemus in sacris Canonibus sparsim, in annalibus illustrissimi, & reverendissimi domini Cardinalis Baronii, aliisque scriptoribus, quod Episcopi Romani pro tempore excommunicarunt subditos alienæ diœcesios, non solum privatas & ordinarias personas, sed etiam regali ac imperiali dignitate præditas, & his temporibus sanctissimus dominus noster Clemens Octavus, intra paucos abhinc dies dicitur excommunicatum iri magnum Principem licet is sit subditus Episc. Ferrarien. ob usurpatam Ferrariæ civitatem, omnique ejus ducatu, cum fortellitiis, castris, tormentis bellicis dicti status, qui est feudum Ecclesiæ Romanæ apertum, & devolutum ad eandem, per
325 obitum ducis Alphonsi secundi Estensis, sine filiis & successoribus in dicto feudo. † & quia Romanus Pontifex à Deo duplicem potestatem habet, spiritualem scilicet & temporalem, significatam per illos duos gladios, quos beatus Petrus se habere dixit in Evangelio, ut habetur apud Lucam *cap. 22.* ibi (ecce duo gladii hic) & habetur *in c. omnes sive Patriarchalis, §. illam vero, & ibi gloss. in verbo, cælestis, in 22. distinct.* Gravat. ad Vestr. *lib. 2. in verbo, alius Camera*, non solum insurgit contra eum gladio spirituali, sed etiam armis temporalibus ad ulciscendam tantum injuriam sibi, toti collegio illustrissimorum, & reverendissimorum dominorum Cardinalium, ac Romanæ Ecclesiæ illatam, cum valido exercitu ultra consuetum Romanorum Pontificum summa celeritate comparato. Deus author pacis tangat cor dicti Principis ad dimittenda & reddenda quæ sunt Dei Deo, & quæ Cæsaris sunt, sibi Cæsari reservanda, & dubitare de præmissa Romani Pontificis potestate nefas est, ejus tamen Vicarius habet authoritatem limitatam & restrictam in diœcesi Romana, ut per Vestr. *in pract. lib. 1.* dum
326 agit de vicario Papæ. † sed omisso armorum strepitu, redeundo ad nostrum institutum, dico, quod si clericus litigaret coram non suo judice Ecclesiastico, tunc non sit necessaria

saria dicta licentia sui judicis, & superioris, cum ille judex Ecclesiasticus non suus, efficitur suus judex per clerici consensum in jurisdictionem suam, nihil enim prohibet posse clericum consentire in judicem non suum, dummodo sit Ecclesiasticus, & in illis, in quibus consentit, non turbet jurisdictionem sui superioris, & Episcopi, quia isto casu credo impetrandam dictam licentiam à suo Episcopo, de cujus interesse agitur, ad Lapum *allegat* 58. *num.* 14. *per c. significasti, de foro compet.* † Vel judex non suus in- 327
telligi potest de judice laico, & in isto casu semper est necessaria licentia sui superioris: nam coram judice laico nunquam possunt clerici conveniri in civilibus, neque in criminalibus, Panormit. *in cap. clerici, num.* 6. *de judic.* Plot. *cons.* 49. *n.* 26. *de communi.* † 328
Neque coram Principe, ut per Panormitan. *in cap. cum non ab homine, in princip, ext. eod. tit.* Plot. *d. num.* 26. † ubi id ampliat, etiam si clerici non incederent in habitu & 329
tonsura, quod utique de jure procederet. † Sed sacrosanctum concilium apud Triden- 330
tum ultimo statuit, tales clericos non incedentes in habitu & tonsura, & non inservientes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non gaudere privilegio fori Ecclesiastici, ut habetur *in d. concilio sess.* 23. *de reformation. c.* 2. ubi videtur id mandare dictum concilium circa clericos prima tonsurâ initiatos & in minoribus ordinibus constitutos ante decimumquartum annum; ideo perpende dictam authoritatem concilii; quia non videtur ibi aliquid disponere, circa majores annis 14. clericos, non incedentes in habitu & tonsura. † Imo Panorm. *in d. c. clerici, in d. num.* 6. voluit quod clericus coram lai- 331
co conveniri nequit, etiamsi Papa sciret & toleraret. Et quod non posset induci aliqua consuetudine, ut conveniri posset; & insuper Mar. Anguisol. *cons.* 28. *num.* 11. dicit, quod neque expresse Papa mandare potest, ut clerici subjaceant judicio laico: cum jure divino, cui Papa non derogat, ut dixi supra, *cap.* 3. mandatum sit, ne nos laici tangamus unctos Dei. † At quando clerici sunt autores nominati, an possint declinare forum 332
judicis laici? vide Gramat. *decis.* 21. *n.* 7. 8. *&* 9. & Mynsing. *cent.* 1. *observ.* 22. *& cent.* 5. *observ.* 14. ubi quod non. Licet Gramat. sibi contrarius *in decis.* 61. *num.* 6. aliter tradat. † Habent etiam judicem laicum clerici, quando agitur de bonis feudali- 333
bus, Panormit. *in cap. cæterum quod, num.* 6. ubi etiam annotantes, *de judiciis, & num.* 22. *in princ.* Andr. Gaill. *pract. observ. lib.* 1. *observ.* 37. *num.* 3. † Item quando cau- 334
sa est realis inter clericum, & laicum; nam in actione reali persona non dicitur obligata, & sic non trahitur in judicium persona Ecclesiastica, sed res ipsa, Gaill. *d. obs.* 37. *num.* 4. † Item quando agitur super possessorio, vel quasi, etiam in causis spiritualibus, 335
quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale; nec est inconveniens quod respectu ejusdem rei petitorium sit spirituale, & possessorium temporale, cum inter se nihil commune habeant, Gaill. *d. obs.* 37. *nu.* 5. *& obs.* 38. *nu.* 4. *&* 5. ubi habes quando decimarum causa ad judicem laicum spectet. Et intellige prædicta cum clericus super dicto possessorio convenire vult laicum & non è converso, ut *Gaill. ubi supra proximè.* Facit bona annotat. Zachar. ad Panormit. *in dict. cap. literas, numer.* 6. *in verbo, quod non.* ubi loquitur in possessorio jurispatronatus, & Panormit. *d. num.* 6.

ubi

Digitized by Google

336 ubi vide in similibus, & pulchrius *num.* 8. † Item quando clerici reconveniuntur, se-
337 cundum magis communem, de qua Gail. *d. obs.* 37. *num.* 6. † Item quando clericus esset necessarius defensor laici conventi coram judice laico, ut puta si clericus esset venditor, & vellet defendere laicum emptorem coram judice laico molestatum super
338 re vendita, Gaill. *d. obs.* 37. *num.* 7. † Item quando clericus in instantia succedit laico, Gail. *d. observ.* 37. *num.* 8. & licet Panormitan. *in cap. quia V. numer.* 12. sentiat quod instantia inchoata contra laicum non transeat in clericum, qui ideo non potest conveniri coram judice laico, in qua materia vide multa adducta per annotant. ad Panorm. *ibi, in verbo, instantia inchoata. de judiciis.* Tamen tertia additio ibi concludit concordando opin. quod instantia in clericum transit, sed clericus non utetur privile-
339 gio, vide ibi. † Item personæ Ecclesiasticæ regalia habentes ab Imperio & Imperato-
340 re, habent in præmissis judicem eundem, ut Gail. *d. observ.* 37. *num.* 11. † Istud tamen fallit in Romano Pontifice, qui licet à Constantino Imperatore habuerit multa regalia in ejus donatione facta Silvestro Magno Pontifici, non ex hoc in illis debet ha-
341 bere judicem laicum. † quia donatio facta Ecclesiæ censetur facta Deo, ut per Jul. Clar. *in §. donatio, q.* 11. *num.* 5. *vers. item quæro, per cap. verum, de condit. appos.* †
342 Unde dicentur potius reddita, quam donata Deo, ea, quæ Pontificibus Romanis ejus Vicariis in terra donantur, & sic videmus quod Gregorius Pontifex in donatione multorum olivetorum facta beato Petro, & sculpta in marmore in basilica sancti Petri Romæ, dicit se potius reddere, quam donare dicta oliveta beato Petro, & beato Paulo. Alios plures casus habere poteris apud Gail. *ubi supra remissivè, aliosque Doct. ext. de for. compet.* in quibus clerici judicem laicum adire debent; & in istis casibus non possunt jurare de calumnia sine licentia prædicta sui prælati, neque ad id consti-
343 tuere procuratorem, ut dixi supra. † Licentia, sine qua clerici non possunt jurare de calumnia coram non ipsorum judice, non impetratur de consuetudine, ut per Socin. *in d. c. cum in causa, num.* 17. sed dicta consuetudine, seu potius observantia, quæ extat non petendi per clericos à suis superioribus talem licentiam, ut Socin. testatur *d. n.*
344 17. cessante, utique talis licentia esset impetranda. † Si tamen omitteretur talis licentia, & clerici jurarent coram non judice ipsorum, non ex hoc vitiarentur processus & sententia in præjudicium litigantium cum clericis, neque ipsorum clericorum, ut Socin. *in d. capit. cum in causa, num.* 15. *& d. gloss. fin. in d. cap.* 1. *de juramento calumniæ,*
345 *in fin.* quam pro notabili sequitur ibi Panormit. *num.* 17. *in princ.* † sed dicta licentia impetranda per clericos à suis superioribus, respicit quandam obedientiam & reverentiam erga eorum prælatos, si petatur; si non petatur arguit inobedientiam & irre-
346 verentiam. † Quando, & quomodo talis licentia petatur à prælatis & superiorib. ipsorum per clericos, consule Panorm. *in d. 6. inhærentes, num.* 17. *& multis seq.* Soc. *in d.*
347 *c. cum in causa, num.* 15. 16. 17. ubi late id tradit. † Videtur præterea juram. calum. præstari per clericos debere tactis Evangeliis, quia si Episcopus non jurat tactis Evangeliis, ergo alii tactis Evangeliis jurant, prout arguit Soc. *in d. c. cum in causa, num.* 10.

&

Digitized by Google

& Panorm. *num.* 3. *in princ.* † Et licet dictum iuramentum scilicet Episcopus non ju- 348
rat, ergo alii, & sic clerici jurant tactis Evangeliis: videatur non stringere, ex quo non sequitur necessario, Episcopus non jurat ergo alii jurant: nam possent esse alii, qui non jurant. Sed argumentum prædictum stringit, præsupposito, quod regula sit, ut jur. cal. præstetur tactis Evangeliis, ut dixi supra *c.* 6. Cum à prædicta regula sit exceptuatus Episc. potuit validè Panormit. & Soc. arguere, quod alii omnes jurare, & sic clerici, deberent. † Exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptuatis, Afflict. *decis.* 239. 349
num. 2. Rebuff. *conf.* 165. *num.* 2. Rom. *conf.* 100. *num.* 2. Turzan. *reg.* 86. Purpurat. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de vden.* Cagnol. *in l.* 1. *num.* 37. ubi num. seq. hoc multifariam limitat, & quomodo hoc intelligatur ponit Rom. *conf.* 379. *nume.* 13. & ibi Mandos. *in addition. in litera B. in verbo includuntur*, Turzan. *d. reg.* 86. † Subdunt etiam Socin. 350
d. n. 10. & Panorm. *in d. c. cum in causa*, *num.* 6. quod de jure clerici in causis levibus interrogantur per sanctam consecrationem, & quod in gravioribus debent jurare tangendo sacra, ut Panormit. *d. num.* 6. † His tamen omissis communis observantia viget, 351
quod Ecclesiasticæ personæ non jurant tactis Evangeliis, nec tactis scripturis aliquibus, sed tacto pectore more clericali, si est simplex clericus: more sacerdotali, si est sacerdos, & more prælatorum, si est prælatus, & similibus modis inspectis scripturis. Quam 352
† observantiam tractam esse dicit ab eo, quod emissio manus jurisjurandi signum est, idque elicit *ex l. quidam. ff. de probat.* Vestr. *in pract. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. ubi vide Gravat. *in addit. num.* 41. *litera K*, *in verbo*, *ut non alias*: † & præmissa observantia se- 353
quenda est in causis levibus, sive gravibus. † Quadragesimaseptima declaratio princi- 354
palis regulæ est, ut procedat in syndico monasterii, qui etiam de calumnia jurat. gloss. *in d. l.* 2. *§. hoc etiam in d. verbo*, *vel à plurima*, Cyn. *in eod. l.* 2. *§. quod observari*, *n.* 11. Bart. *in eod. l.* 2. *§. hoc etiam*, *nu.* 3. *&* 4. † Fallit tamen hæc declaratio, quando Ab- 355
bas esset melius informatus, ut dicam infra de Abbate. † Jurat autem iste syndicus in 356
animam propriam, Socin. *in d. c. in pertractandis*, *n.* 39. Ubi reddit rationem, quæ est, quod talis syndicus est legitimus administrator, dummodo tamen syndicus sit generalis, ut Socin. ibi, & *in eod. c.* Panormitan. *numer.* 4. † Et prædicta quæ de syndico tra- 357
duntur, locum habent in quocunque syndico Ecclesiæ, collegii, universitatis, ut Socin. *d. numer.* 39. *& in c. cum in caus. numer.* 12. † Contumacia dicti syndici an 358
noceat monasterio? dic ut ponam infra de Prælato, *hoc eod. c. in declar.* 53. † Quadra- 359
gesimaoctava declaratio principalis regulæ est, quod locum habet in Orphanotrophis, hospitalariis, qui omnes jurant de calum. Speculat. *in tit. de juram. calum. in princip. glo. in d. l.* 2 *§. quod observari*, *in verbo*, *persona*, Bald. *in d. §. quod observari*, *n.* 7. Marian. Socin. *in d. cap. in pertractandis*, *num.* 24. *in princip.* ubi dicit id procedere, quia isti habent generalem administrationem. † Quadragesimanona declaratio principalis 360
regulæ est, quod habet locum in Abbate, qui si per se agit, jurabit de calum. ipse Bart. *in d. l.* 2. *§. hoc etiam*, *num.* 4. Socin. *in d. c. in pertractandis*, *numer.* 18. *in princip.* † 361
Imo quod ipse solus Abbas pro monasterio possit jurare, firmat gloss. *in d. l.* 2. *in d.*

Digitized by Google

verbo, vel à plurima ex aliorum ſententia, & in c. Imperatorum, in verbo, cogere non
362 *debemus.* † quod procedere poſſet, quando Abbas eſſet melius informatus, quàm ſyn-
363 dicus, vel aliquis alius de monaſterio, ut per *gloſſ. in d. verbo, vel à plurima.* † ſed ſi
nollet Abbas per ſe ipſum jurare, certè cogendus non eſſet, & poſſet ad id conſtituere
364 ſyndicum vel procuratorem, ut Socin. *d. num.* 18. † Quinquageſima declaratio prin-
cipalis regulæ eſt, quod procedit etiam in Vicedomino, quia etiam ipſe de calumnia
jurat, ſive ſit actor, ſive reus, ad Socin. *in d. cap. in pertractandis, num.* 23. ubi dicit
idem ſervandum in Vicedomino, quod ſervatur in œconomo, de quo dicam infra, *in*
declarat. 54. Ibique dat rationem, dicens, quod jurat Vicedominus, quia habet legi-
365 timam adminiſtrationem rerum Epiſcopalium. † Quinquageſima prima declaratio
principalis regulæ eſt, ut procedat etiam in Epiſcopo, qui & ipſe etiam de calumnia
jurare tenetur, per textum, *in d. c. cum in cauſa, & ibi gloſſ. in verbo, per ſeipſum,* Spe-
366 culat. *in titul. de juram. calum.* §. 3. *in princip. & num.* 18. † & jurat per ſe, ſi per ſe-
ipſum Epiſcopus cauſam agit, & ut tex. *in d. cap. cum in cauſa*, & ibi Panormitan. *nu-*
367 *mer.* 1. *&* 2. † ſed ſi per alium elegerit litiga e, jurabit per illum alium, per quem cau-
368 ſam agit, ut tex. *in d. cap. cum in cauſa*, & Panormitan. *d. num.* 1. *&* 2. † & id per pro-
curatorem facere poterit, ut dixi ſupra de clericis *in declarat.* 46. & etiam in ſpecie de
369 Epiſcopo tradit Socin. *in d. cap. in pertractandis, num.* 51. † An autem Epiſcopus te-
neatur conſtituere procuratorem, dum litigat? Joan. Ant. Rubeus Alexandrinus *in*
tract. de poteſtate procuratoris, ſub num. 218. dicit, quod ſi Epiſcopus per ſe ipſum li-
tigando diſtrahi poſſet à divinis, debet conſtituere procuratorem, & non litigare per
370 ſe. † Si vero diſtrahi non poſſet à divinis, vel citaretur à Romano Pontifice, poſſet per
371 ſe litigare. † Idque extendit Rubeus ad alios prælatos inferiores, ut ibi per eum, ubi vi-
dere poteris alias diſtinctiones. & ad prædicta vide etiam Socin. *in d. cap. cum in cauſa,*
372 *num.* 3. † Et, quæ de juramento Epiſcopi dixi, procedunt ſive ſit cauſa propria Epiſco-
373 pi, ſive Eccleſiæ, ad tradita per Specul. *in titul. de juram. calum.* §. 4. *num.* 6. † & tale
juramentum præſtat Epiſcopus non tactis Evangeliis, ſed propoſitis & illis inſpectis,
per tex. *in d. cap. cum in cauſa, & ibi gloſſ. in verbo, per ſeipſum, Aut. ſed judex, & ibi*
gloſſ. in verbo, propoſitis, & ibidem gloſſella marginalis, C. de Epiſcop. & cleric. Spe-
culat. *in d. §.* 4. *num.* 5. Socin. *in c. cap. cum in cauſa, num.* 2. *&* *num.* 10. *verſ. nam ſi*
ſpeciale, & verſ. Epiſcopus vero jurat. Panormitan. *ibidem num.* 1. *&* 2. *qui ibid. n.* 6.
dicit, quod id procedit in cauſis levibus, in quibus etiam per ſanctam conſecrationem
ſufficit ipſum jurare, in arduis vero, & ubi Epiſcopus eſt infamatus det ſacra tangere.
374 † Sed hodie conſuetudo extat, de qua teſtatur Stracca *in annot. ad Cravett. conſ.* 48. *in*
fin. & Veſtr. *in pract. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 7. *in princ.* quod Epiſcopus juret tacto pectore, &
375 in hoc dic, ut dixi ſupra de clericis, *declar.* 46. Formam † juramenti ab Epiſcopo præ-
376 ſtandi de calum. innuit Spec. *in tit. de jur. cal.* §. 4. *n.* 6. † Iſtudq; jur. præſtat Epiſc. in a-
377 nimam propriam, *gl. in d. verb. per ſeipſum.* † Indiget etiam Epiſc. licentia Romani Pon-
378 tificis ad juranduꝫ de calum. *per c.* 1. §. *pen. de jur. cal.* † ſed de conſuetudine id non ſer-
vatur.

Digitized by Google

vatur, teſte *gl.ſi.in d.c.1.*quam ſequitur Panorm.*ibid.n.* 16.ubi eum vide,& *n.* 19.& Soc. *in d.c.cum in cauſa,n.*15.*&* 17.*poſt medium.*† poſſet tamen id ſervari in Epiſcopis vici- 379
nis Curiæ Romanæ,ut per gloſſellam marginalem *ad d. gl.ſi. in d. c.* 1. † nec viciaretur 380
proceſſus neq; ſententi i, t im ex parte Epiſcopi, tum ex parte adverſarii, ſi talis licentia non peteretur, maxime ſtante tali conſuetudine,ſeu potius communi obſervantia,ut Soc. *d.n.* 15.& Panorm.ubi ſupra proximè *n.*16.*in princ.*talis enim licentia impetranda à Papa per Epiſcopum non reſpicit formam juramenti calumniæ, ſed quandam reverentiam & obedientiam debitam à cunctis Epiſcopis Epiſcopo Rom.† Prætermittendum 381
non eſt, quod ſi oportet citari Epiſcopum, deberet citari in ſcriptis, ſicut illuſtris perſona citatur,Rubeus *in d. tr.de poteſt.proc.n.*215 *per c.fin.* 5. *q.*2. † Epiſcopus enim æ- 382
quiparatur illuſtri perſonæ, *gl.*1 *notab.in l.ad ſimilitudinem,C.de Epiſc.& Cler.*pulchra annotatio Sebaſt.Sapiæ ad Panorm.*in c.cum in cauſa,n.*4.*lit. C,in verb.illuſtrib. perſona.* † idemq; dicit de Cardinalibus.& dum † dico Epiſcopos & Cardinales æquiparari illu- 383
ſtribus, intelligo de illis illuſtribus,quos jura vocent illuſtres, quibus vix aſſimilari poſ- 384
ſunt magni reges; non intelligo de illuſtrib.noſtri temporis,in quo ambitio in tantum excrevit,ut quilibet particularis civis,ſi ei non ſcribatur uti illuſtri, & illud epithetum ſeu illum titulum non habeat in literis miſſivis transmiſſis ſibi ab aliis, & non ſtipuletur in inſtrumentis eodem modo; ejus oculi nequeunt ſine ſuperciliiattractione legere literas,nec ejus aures audire ſtipulationes notariorum ſine magna animi amaritudine, ſpernens titulum magnifici,quod honoris gratia dabatur Laurentio, Juliano, & aliis ex familia Medices, qui erant primates tunc temporis Italiæ, & quaſi arbitri Europæ (ſi hiſtoricis fidem adhibendam credimus.) Et quid plura ? Petrus Creſcentius dicans ſuum tractatum de agricultura regi Siciliæ,vix eum vocat magnificum ; qui titulus hodie uſurpatus eſt à quocunq; plebeiſſimo. Ob iſtam uſurpationem titulorum, ab inferiorib. factam coacti ſunt Prælati ad retinendam dignitatem Eccleſiæ aſſumere titulos excelſiores ; etſi eos velimus vocare illuſtres,mundo eſſemus deriſui. † Præterea tritiſ- 385
ſimum juris axioma eſt,quod nemini licet eſſe judicem in cauſa propria,*per rub.& tex. in l.unica,C.ne quis in ſua cauſa.*† Fallit tamen iſtud in Epiſcopo,& Prælato,qui eſt ju- 386
dex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ,*in c.cum veniſſent,ubi Felin.n.*7.*de judic. gl.in c.ſi quis erga,in fi.*2.*q.*7.*n.*6.& Bald.*n.*7.*in d.l.unica,C ne quis in ſua cauſa.*ſi † igitur Epiſco- 387
pus in cauſa ſuæ Eccleſiæ litigaverit in ſuo tribunali,in dicto quoq; judicio jurabit de calumnia,cum lex indefinite loquatur mandans jurari de calumnia in omni cauſa, ut dicam inf.*c.*19.† & indefinita æquipollent univerſalibus, Franc. Curt.*in l.legem,quam n.* 388
4. *C. de pactis*, Rebuff. *conſ.* 173. *numer.* 10. † Imo timeo, ne Epiſcopus teneatur, 389
dum eſt judex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, triplex juramentum calumniæ præſtare ; unum ut judex judicaturus : aliud ut advocatus, qui pro Eccleſia patrocinatur ; & tertium ut principalis , in cujus utilitatem vertitur victoria cauſæ ſaltim quoad uſumfructum. Licet Prælatum non eſſe judicem competentem , & poſſe recuſari ut ſuſpectum, habeatur apud Panormitan. *in cap. cum veniſſent, num.*9. *in fin. de juram.calum.*

Digitized by Google

390 & iſtud propter commodum, quod inde Prælatus ſentit, ut Panormitan. ibid. † Intelligе tamen prædicta, quod Epiſcopus eſt judex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ, quando Eccleſia eſt rea; poterat enim dubitari, an eſſet judex competens propter commo-
391 dum quod inde ſentit. † Sed ſi agit contra laicum ſuper poſſeſſorio etiam pro decimis, & aliis ſpiritualibus, non autem ſuper petitorio; non judicarem Epiſcopum poſſe trahere ad ſuum forum laicum reum, ſed debere adiri judicem laicum: & in eo ſervarem, quæ ſervanda dixi in clericis, ſupra *in declarat.* 46. ubi poſui ex Gaill. plures caſus, in
392 quibus clerici habent judicem laicum. Actor † enim regulariter forum rei ſequi debet, *l. juris ordinem, & ibi gloſſ. in verbo, ſequatur, C. de jurisd. omn. jud. in verbo, rei forum, & ibi gloſſ. in verbo, ſequatur, C. ubi in rem actio. c. ſi clericus laicum. in fin. de foro compet.* Speculat. *de compet. judic. addition.* §. 1. *in princip. & in titul. de reconvent.* §.
393 1. *num.* 6. † & licet dicta regula non habeat locum in Eccleſia, ſed ipſa habeat electionem fori, ut per Capic. *deciſ.* 160. Iſtud debet intelligi, ut habeat electionem fori, dummodo non coram ſe ipſa trahat, & coram judice ſuſpecto, propter intereſſe, quod dictus judex habet cum cauſa Eccleſiæ, quæ ſancta debet eſſe, & ſancta eſt, habet tamen aliquos miniſtros avaros, qui ejus ſanctitatem maculare non poſſunt, ſed quan-
394 tum in eis eſt eam aliquando obnubilant præſertim lippis oculis hæreticorum. † Et in aliquibus tribunalibus Epiſcoporum adſunt aliqui Vicarii, Notarii, & Fiſcales rapaces, qui ob eorum lucrum omnia jura ſubvertunt, & quascunque cauſas etiam laicorum ad eos non ſpectantes trahunt yiva vi ad eorum forum, inhibentes litigantibus, ac etiam ſecularibus judicibus ſub pœnis pecuniariis atque excommunicationis, & forum ſeculare prorſus expilant in ſpretum maximum officialium ſecularium ſedis Apoſtolicæ: & quod pejus eſt, cum quidam judex ſecularis voluiſſet ſuam jurisdictionem jure mediante tueri, non obſtante, quod eſſet officialis ſedis Apoſtolicæ, fuit de facto excommunicatus ab Epiſcopo illius civitatis, ubi erat gubernator, inconſulto Romano
395 Pontifice. Quamvis inconſulto dicto Pontifice, & ſine ejus expreſſo & ſpeciali ordine & mandato excommunicari non potuiſſet, cum eſſet officialis ſedis Apoſtolicæ, ut eſt
396 text. notandus *in c. Matthæus, extra de hæreticis.* † Quam indignitatem ſummus Romanus Pontifex ſuorum officialium ferre non debet, ſed poſtquam innotuerit, prout per me nunc innoteſcit, medelam afferre debet huic morbo; tum propter intereſſe ſui ipſius pontificis, & ſedis Apoſtolicæ, tum propter utilitatem ſubditorum dictæ ſedis, tum & tertio propter dictorum officialium utilitatem & dignitatem. Quoniam dicti miniſtri Epiſcoporum avaritia propria ducti expilant ſeculares multis, ac pœnis ad eos non ſpectantibus, & arbitrio eorum applicant illas, cum venirent applicandæ cameræ Apoſtolicæ, ſi exigerentur à ſeculari officiali, ſubditi non expilarentur in duob. tribunalibus uno eodemq; tempore, nec ventilarentur & agitarentur tum in civilib. tum in criminalib. coram duobus judicibus cum maximo eorũ diſpendio: & poſtremo officiales ſedis Apoſtol. laici permanerent in ſua majeſtate, & decoro, & impinguati emolumentis

legi-

Digitized by Google

legitimis allatis eis ex cauſis laicorum, & etiam clericorum legitimè ad eos ſpectantibus non cogerentur ob emolumenta, ad ſeſe ſpectantia, ipſis ſubtracta, & ob proventus legitimos, & à miniſtris Epiſcopalibus eis oblatos excoriare, ne fame pereant ſubditi eis commiſſi, & illos emungere etiam uſque ad ſanguinem. Hæc neſciunt Romani Pontifices, & illi quibus ipſi collationem officiorum committunt, quia ſi ſcirent, utique remedium afferrent: & ſi non afferunt, de brevi accidet, quod officiales ſedis Apoſtolicæ laici inſervient pro ſigno tabernæ (ut vulgò dici ſolet) & dicti officiales de promiſſis non reclamant, nec certiorant ſuperiores, quia timent non amittere officia; & malunt cum ignominia jurisdictiones à ſuperioribus eis commiſſas indies corrodi & debilitari; & in ignavia gaudere paucis proventibus ſine labore; & in quiete denudare populos eis commiſſos; quàm defendere & tutari jurisdictiones eis traditas cum labore, vigilantia, & ſtudio; & proventus ſibi juſtos conſervare ſine aliqua oppreſſione ſubditorum, & eorum ſegnitiem accreſcit timor ſyndicatus futuri, quia ex conſtitutionibus Pontificiis in ſyndicatibus interveniunt Epiſcopi, vel eorum vicarii, & ideo dicti officiales diffidentes in ſyndicatu poſſe defendere eorum actiones in officio exaratas, quærunt morem gerere in jurisdictione dictis Epiſcopis & eorum Vicariis, ut propitios eos in ſyndicatu habeant. † Dixi ſupra *in declara.* 46. *ſub num.* 325. 397

Quod Romanus Pontifex habet duos gladios repreſentatos apud B. Lucam in Evangelio *cap.* 22. & quod unus ſignificat in Eccleſia poteſtatem ſpiritualem, alius in eadem Eccleſia poteſtatem temporalem, & ſic ſunt veluti duo gladii in una vagina, habente duos loculos diſtinctos, unum loculum pro gladio ſpirituali, alium loculum pro gladio temporali & ſeculari; gladium ſpiritualem dat Rom. Pontifex reverendiſſimis Epiſcopis; gladium verò temporalem & ſecularem in ſtatu immediatè ſubjecto ſedi Apoſtolicæ etiam in temporalibus tribuit officialibus, quos ad gubernia civitatum transmittit. Si gladius ſpiritualis vult ambos loculos vaginæ occupare, opus eſſet devaſtare illam partem diviſoriam, quę eſt in vagina inter unum cultrum & alium, & ſic eſſet monſtroſum videre unum tantum cultrum in una vagina devaſtata natantem, & non valentem occupare ambos loculos, illosque ſufficienter replere. Et idem accideret ſi gladius temporalis & ſecularis vellet occupare loculum gladii ſpiritualis. Sicut in Evangelio dantur duo gladii diſtincti, ita in Eccleſia conſervantur diſtinctæ jurisdictiones à Pontifice datæ, & judex Eccleſiaſticus curet, quę ſunt ſui fori de jure, & judex ſecularis quæ ſui ſunt fori, & unus alterius jurisdictionem non præoccupet. † Et terminando hanc digreſſionem non inutilem, nec impertinentem, ad iſtos miniſtros Epiſcoporum, qui miniſtri quærunt trahere laicos ad eorum forum agentibus clericis, unde laici terrentur, dico, quod Lapus acerrimus defenſor jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & præſertim *in allegat.* 58. ubi conatur variis intellectibus contra ſeculares limitare, *d. c. clericus Laicum*, dicit *in d. alleg. ſub num.* 11. quod ratio, cur fuit introductum, ut clerici vocarent in jus ſeculares coram judice Eccleſiaſtico, eſt propter negligentiam judicis ſecularis in reddendo clericis juſtitiam, & idem poſt eum ſentiunt etiam Panorm. Soc. 398

Digitized by Google

& alii ſcribentes, *extra de judic. & de foro competenti*, ubi ſparſim. Unde elicitur, quod ubi non adeſt iſta ratio, nec introductio iſta locum habebit, nec ſecularem ad forum laicum trahere de jure poterunt, ſi clericis juſtitiam miniſtrare judex ſecularis non neglexerit. An autem contumacia Epiſcopi non jurantis de calumnia noceat Eccleſiæ?
399 vide infra, ubi de Prælato dicam *in declar. tit.* 53. *num.* 405. † Quinquageſima ſecunda declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum in Archiepiſcopo, qui etiam de calumnia jurare tenetur, Speculat. *in tit. de juram. calum. §.* 3. *in princ.* & dic de eo, quæ de
400 Epiſcopo ſupra dixi. † Quinquageſima tertia declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum in quocunque Prælato, qui & ipſe de calumnia jurare debet, Socin. *in d. c.*
401 *cum in pertractandis, num.* 17. † Nec cogetur Prælatus id per ſe explicare, ſed poterit conſtituere ſyndicum, vel procuratorem, ut Socin. *d. n.* 17. & de ipſo dic in materia iſta jurandi per ſe, vel per alium ea, quæ dixi ſupra de clericis *in declarat.* 46. & de Epiſco-
402 po *in declarat.* 51. † Jurat autem de calumnia Prælatus in animam propriam, Socin.
403 *d. num.* 17. † & rationem reddit Soc. *in d. c. cum in cauſa, n.* 13. & eſt hæc, quod Prælatus
404 ſit legitimus adminiſtrator, † Socin. etiam *d. n.* 17. addit, quod Prælatus jurat non ſolum in animam propriam, ſed etiam Eccleſiæ; cujus opinio quomodo ſalvari poſſit, non video, cum ipſemet *in d. c. cum in cauſa, num.* 12. ut retuli ſupra *hoc eod. c. in declarat.* 10. dicat non poſſe jurari in animam univerſitatis, quia animam non habet, & nunc in animam Eccleſiæ, quæ ſimiliter animam non habet, dicit jurari de calumnia per Prælatum, ac ſi Eccleſia & beneficium Prælati animam haberet, in hoc dic, ut ponam infra
405 *hoc eod. cap. in declarat.* 55. † Aliquando accidit, quod Prælati ſunt contumaces in non jurando de calumnia, ideo videndum eſt, an contumacia Prælatorum noceat Eccleſiæ? & hanc quæſtionem format Panormit. *in d. c. Imperatorum, num.* 3. *in princ.* & indifferenter tenet, quod præjudicet, & *in c. cum in cauſa, n.* 21. ubi loquitur de Epiſcopo, & ibi Socin. *in d. c. cum in cauſa, num.* 44. *& 45.* referunt plures opiniones, & tandem concludunt, quod contumacia talium in non jurando non præjudicat Eccleſiæ in caſibus, in quibus vera eorum confeſſio non præjudicaret Eccleſiæ; & in caſibus, in quibus vera confeſſio eorum præjudicaret Eccleſiæ, eſt majus dubium: ſed tunc prælatus, vel ſyndicus & ſimiles de ſuo tenentur ad litis æſtimationem; & ſi ipſi non ſint ſolvendo, tenetur Eccleſia. Et modum puniendi ſimiles prælatos nolentes jurare de calumnia, ponit Panormit. *in d. c. cum in cauſa, nu.* 22. per remedium poſſeſſionis, ut ibi per eum. Prælatus autem ſtricto modo dicitur, qui habet jurisdictionem, ut apud eundem Panor. *in c. decernimus, num.* 17. *in fin. de judic.* Largo autem modo etiam venit quilibet cleri-
406 cus habens curam animarum, ut idem *d. n.* 16. *in princ.* † Quinquageſima quarta declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in eo, qui habet univerſalem adminiſtrationem, qui græcè œconomus vocatur, nam & ipſe jurat de calumnia, text. *in d. c. in pertractandis*, & ibi gloſſ. *in verbo, œconomus*, & ibid. Socin. *n.* 1. *& 2. in princ.* text. *in c. Imperatorum, de jur. calum.* Speculat. *in tit. de jur. calum. §.* 3. *in princip.* ſive dictus œconomus ſit actor, ſive reus. Socin. *in dict. cap. in pertractandis, num.* 22. ubi reddit rationem,

quæ

Digitized by Google

quæ est, quia œconomus habet liberam administrationem. † Et quod Socin. dicit in 407
cap. in pertractandis prædicto : Quod scilicet non requiratur speciale mandatum in œconomo ad jurandum de calumnia, videtur superfluum, cum ad jurandum in animam propriam juramtis non requiratur speciale mandatum, & œconomus juret in animam propriam, ut per Socin. ipsum *in dicto cap. cum in causa, num.* 12. & Panormitan. *in dicto cap. in pertractandis, num.* 4. *in fine.* † Et quamvis Socin. *in dicto cap. in pertra-* 408
ctandis, num. 2. & Panormitan. *num.* 2. ibidem dicant, quod œconomus jurat si habet notam causam, & alibi idem Socin. voluit, quod si non habet notam causam, non jurat, dico istud Socini dictum posse procedere, quoad merita causę & negocii principalis, sed non quoad ordinatoria processus, & judicii, circa quæ tenetur jurare semper, ut in procuratore dicam, idque facere debet in animam propriam, ut dixi supra : & de œconomo vide plura apud Panormit. Socin. & alios scribentes in titul. *extra, de juram. calum.* † Quinquagesima quinta declaratio principalis regulæ est, quod habet locum in 409
quocunque alio administratore administrationem generalem habente : qualis est, secundum Bald. *in dict. §. quod observari, num.* 7. ille qui administrationem ab homine, à lege, vel judicis habet autoritate, text. *in dict. §. quod observari, & ibi gloss. in verbo, persona, & in verbo, jurejurando*, Bald. *ibid. num.* 1. & 7. Speculat. *in tit. de juramento calumniæ, §.* 3. *in princip.* Marian. Socin. *in dicto cap. in pertractandis, num.* 18. *versic. quarto decimo.* † qui autem dicantur legitimi administratores, tradit Bald. *dicto num.* 410
7. † eoque maximè jurare debebunt de calumnia dicti administratores, si in re, de 411
qua agitur, haberent usumfructum, ut supra dixi de patre habente usumfructum in bonis filii. † Præsertim dicti administratores jurabunt de calumnia respectu administra- 412
tionis eorum, qui intellectu carent, ut infantes, furiosi, mentecapti, qui neque de veritate jurant, ut Socin. *d. n.* 18. † si autem principalis ex genere proximè dictorum esset 413
melius informatus, quàm administrator, ipse jurabit, qui est melius informatus, non tamen jurabit de calumnia, sed de veritate tantum ad relevandum adversarium ab onere probandi, ut placuit Socin. *d. nu.* 18. † & tales administratores non potuerunt interro- 414
gari, nec ipsi respondere tenentur de veritate interrogata, & si ipsi responderent, non præjudicarent eorum principali, ad Socin. *dict. num.* 18. *in fin.* † Ubi subdit, quod dicti 415
administratores possint jurare de calumnia, etiam sine speciali mandato, quod utique superfluum est, ut dixi supra *in declarat.* 54. *num.* 407. *de œconomo, & clarius dicam infra.* Cum jurent in animam propriam, ut ex Bart. & Bald. *in d. §. quod observari*, Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 39. † Dum etiam Socin. *in d. c. in pertractandis. d. num.* 39. vo- 416
luit, quod dicti administratores jurant de calumnia, dummodo ipsi habeant notam causam : mihi non satisfacit dicta conditio adjecta, quia semper dicti administratores jurare debent de calumnia saltem quoad ordinatoria processus & judicii, ut dixi supra *in declarat.* 54 *nu.* 408. *in fin.* † Quinquagesima sexta declaratio principalis regulæ est, 417
quod habet locum in cessionario, qui ipse jurat, sive suo, sive cedentis nomine agat, Socin. *in d. c. in pertractandis, nu.* 43. *in princ.* & ratio est, ut per Socin. ibi, quia causa est sua

pro-

Digitized by Google

418 propria. † Alii distinguunt, ut per Socin. *d.num.* 43. dicentes, quod aut periculum est cessionarii, & tunc cessionarius jurat: aut periculum est cedentis, & tunc cedens jurat. † Tamen Joan. Andr. ad Specul. quem refert ibi Socin. *d. num.* 43. *in fine*, vult,
419 quod uterque, videlicet cedens & cessionarius juret de calumnia, & rationem reddit, quæ est quod inclusa in juramento calumniæ, de quibus supra *cap.* 2. dixi, magis respiciunt prosecutionem litis, quàm merita causæ & illius justitiam, ut dicam etiam infra
420 *c.* 16. † cujus opinioni accedo, addens distinctionem quæ talis est, quod cessionarius habet utiles, cedens verò directas actiones ossibus suis infixas habet. Et ideo quoad utiles actiones jurabit solus cessionarius, qui habet utiles actiones, & sic periculum spectat ad ipsum, & isto casu procedit opinio relata supra *num.* 418. quoad verò directas actiones, quę ossibus cedentis infixæ sunt, & ab illis separari nequeunt, jurabit uterque, videlicet cedens & cessionarius. Cedens jurabit, quia ejus nomine agitur per cessionarium & ad cedentem spectat periculum & commodum rei controversæ, & istud juramentum cedentis erit circa merita & justitiam causæ: cessionarius autem isto casu jurabit, quoad ordinatoria processus, & litis prosecutionem, cum rei controversæ commodum & periculum spectet ad cedentem & ejus nomine ipse cessionarius agat. Ex quibus habes verificatam opinionem distinguentium, relatam sub *num.* 418. ut scilicet juret cessionarius, si ad eum periculum spectet, id est, in actionibus utilibus, & quoad juret cedens, dum ad eum periculum spectat, id est, in actionibus directis, sed isto secundo casu non jurat solus cedens, ad quem periculum spectat, cum eo jurabit etiam cessionarius quoad litis prosecutionem. Habes etiam verificatam opinionem Joan. Andr. quod uterque juret in secundo præmisso casu, quando intentantur directæ actiones, & commodum & incommodum rei controversæ spectat ad cedentem. Si verò Joan. Andr. intelligeret, quod in omni casu juret cedens & cessionarius, falsa esset ejus opinio, cum quando intentantur actiones utiles, quarum commodum & incommodum ad cessionarium spectat, nihil habeat agere cedens, & ideo tunc cedens non jurabit; sed uterque jurat secundum opinionem Joan. Andr. pro suo interesse, quod in judicio habet, sed non semper jurat uterque, quia non semper habet interesse in causa. Habes etiam servatam declarationem nostram, quod cessionarius juret semper, uno tamen modo quando agitur pro actionibus utilibus, alio modo cum agitur pro directis actio-
421 nibus cessis. † Hæc materia actionum cessarum difficillima est & longa, ideo eam prætermitto, & recurrere poteris ad Jas. & alios *instit. tit. de action.* Et unum notabile non vulgare dicam duntaxat ad cognoscendum, quando utiles, & quando directæ actiones cessæ intelligantur, quę cognitio non est passim ab omnibus tradita; idque ex Alex. *in l. apud Julianum, §. utrum autem, num.* 2. *ff. ad Trebell.* & est, quod tunc cessæ intelliguntur actiones utiles, quando commodum & incommodum rei cessę spectat ad cessionarium, quando autem commodum & incommodum rei cessæ spectat ad cedentem, tunc intelliguntur cessę actiones directæ, & id accidit quando aliquis consti-
422 tuitur simplex procurator ad agendum nomine cedentis. † Unde cessionarius agens no-

Digitized by Google

nomine proprio intelligitur intentare utiles, agens nomine cedentis intelligitur intentare directas actiones, ut Alex. voluit *in l. 1. §. usufructuarius, num. 9. ff. de nov. oper. nunc. & in d. §. utrum autem.* † Quinquagesima septima declaratio principalis regulæ 423
est, quod habet locum in domino & vasallo, qui jurare de calumnia ad invicem tenentur, altero illorum id exigente, ut Mozz. *in tract. de feudis, in rubr. de naturalibus feudi, num.* 236. sed cogita, quid sibi voluit Mozzius dum ibi dicit, quod vasallus non potest exigere à domino hoc nostrum juramentum, nec dominus à vasallo, & si alius exegerit, alter tenetur jurare: nam si privatur quilibet ipsorum potentia exigendi, quomodo si alter exigit hoc juramentum, alius tenetur jurare? Quamplures alias declarationes ad hanc regulam principalem positam *in princip. hujus cap.* reperire poteris ex te apud Doct. & in volum. etiam *cap.* 16. 17. 18. 19. *&* 20. sed sufficiat has posuisse. † Et pro 424
coronide hujus c. scias aliqua notabilia ad præmissa spectantia. Primum notabile est, quod, quoties in judicio interveniunt œconomi, syndici, vel similes habentes generalem administrationem, judex potest eligere quos vult, ut jurent: vel ipsos, vel eorum principales, si principales sint justiores. † Secundum notabile est, quod in casibus, in 425
quibus eorum vera confessio non potest præjudicare eorum principalibus, nec nocet eorum contumacia in non jurando de calumnia: in casibus verò, in quibus eorum vera confessio præjudicaret principalibus, præjudicabit etiam eorum contumacia in non jurando de calumnia, & tunc dicti œconomi & alii prædicti de suo tenentur ad litis æstimationem, & si ipsi non sunt solvendo, tenentur eorum principales, ut supra dixi de prælato, ex Socin. *in d. cap. cum in causa, num.* 44. *declarat.* 53. *num.* 405. & sic patet contra tales dari actionem directam, contra suos principales verò subsidiariam. Et an detur eorum principalibus restitutio? vide infra *c.* 15. *n.* 89. *&* 90. † & quando eorum 426
contumacia sonat in delictum, contumacia talium non nocebit eorum principalibus, quia delictum non censetur mandatum, ut ex Socin. ibid. † Tertium notabile est quod 427
aliqui tenent œconomum syndicum, patrem & alios præmissos administratores rerum alienarum præstare juramentum calumniæ in animam propriam, & non in animam universitatis, monasterii, filii, & aliorum similium, cujus sententiæ fuerunt Panormi. *in c. Imperatorum, n.* 5. *de jur. cal.* Luc. Petus *in pract. c.* 1. *lib.* 3. *n.* 11. Socin. *in rub. de jur. cal. num.* 9. ubi loquitur in specie de syndico & actore, *tex. in c. in pertractandis, & ibi glo. in verbo, In animam jurantis.* † Alii contra, & quod non in animam propriam, sed in a- 428
nimam principalium ipsorum jurent, tradiderunt, & hujus sententiæ fuit Specul. *in tit. de juram. calum. §.* 1. *num.* 13. ubi de syndico & actore, † & prædictæ duę contrariæ o- 429
piniones conciliantur, quod non jurant in animam suorum principalium tantum, nec in animam propriam universitatis tantum, sed in animam eorum de universitate, qui eos constituerunt syndicos & actores, & similes, quia universitas non habet animam, prout supra dixi *in declarat.* 10. *num.* 120. ex Henric. Ferran. Specul. & Bald. & simul jurant in animam propriam quoad ordinatoria processus, judicii, & causæ, ut dicam infra *num.* 433. ad instar procuratoris, ut *in d. declara.* 10. *d. n.* 120. dixi. † quæ conciliatio non pro- 430

Digitized by Google

cedit ſimpliciter judicio meo, ſed diſtinguendum eſt, an talis ſyndicus & alii habentes liberam adminiſtrationem, ut præmittitur, & legitimam ab ipſismet ſuis principalibus traditam, & ab aliis conſtituuntur in propriis negociis univerſaliter, & tunc ſimiles adminiſtratores habentes liberam, legitimam, ac univerſalem adminiſtrationem,
431 jurant in animas illorum, qui ipſos conſtituerunt. † Vel habent legitimam, liberam, & univerſalem adminiſtrationem non ab ipſis eorum principalibus, ſed à lege vel ex autoritate judicis ex officio, ſeu ad inſtantiam partis adverſæ, ut ſæpe fit, & illo caſu nunquam jurabunt in animam ſuorum principalium quoad merita & juſtitiam cauſæ: quia nullus actus ſuorum principalium concurrit, per quem poſſit præſumi mandatum ad jurandum traditum, ſicut præſumitur in aliis præmiſſis adminiſtratoribus habentibus univerſalem & liberam adminiſtrationem traditam ab ipſis principa-
432 libus. † Sed iſti adminiſtratores dati à lege, vel judice ex officio & ejus autoritate, vel à parte adverſa inſtante, nullo actu principalium ipſorum concurrente ad illorum conſtitutionem, excuſare ſe debent eo modo, quo dicam *capite* 16. excuſari procuratorem datum ex officio à præſtando juramentum calumniæ in animam pro-
433 priam, quoad merita cauſæ & illius juſtitiam: † quoad verò ordinatoria proceſſus & proſecutionem litis quilibet adminiſtrationem generalem habens, cujuscunque generis ſit, jurat de calumnia in animam propriam, ut dicam infra
434 *capite* 16. *numero* 80. & iſta ſit pro maxima firmiſſima. † & ſi aliquis prædictorum, qui alieno nomine agunt vel reſiſtunt, calumniam commiſerit, punitur ipſe in expenſis de proprio, ut dicam infra *capite ſequenti in fine*, & *capite*
435 23. *in principio*. † atque ſic ſatisfactum eſt utrique parti rubricæ. Nam in principio poſui regulam, quod litigantes omnes tenentur jurare de calumnia, & *numero* 429. & 433. quod in animam propriam, quoad ordinatoria proceſſus & judicii quilibet agens alieno nomine, & habens adminiſtrationem, ſimiliter tenetur juramentum noſtrum præſtare. In medio autem capituli præſentis, & inter principium ac finem tradidi ſparſim multas perſonas, quę de calumnia jurare
436 poſſunt, etiam quoad merita cauſæ. † Nec poſtremò omittere volo, quod ſi aliquis ex præmiſſis, qui tenentur jurare in animam propriam, dum alieno nomine agunt vel defendunt, ſi requiſiti contumaces fuerint in non jurando in animam propriam, etiamſi in alio non præjudicarent eorum principalibus, in eo ſemper præjudicabunt, quod eorum principales non reportabunt commodum ex proceſſu per eos formato, quia ſemper nullus erit, ut de procuratore dicam, *cap.* 16. *numer.* 83. & *ſeqq.* Idemque dico de illis, qui poſſunt jurare in animam ſuorum principalium, & id explicare nolunt.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT. XVI.

Procurator an possit vel teneatur præstare juramentum calumniæ?

SUMMARIA.

1. *Procurator quod juret de calumnia intelligitur de procuratore ad lites.* 2. *Eò procurator varios habet significatus.* 3. *Procurator regulariter non potest de calumnia jurare, & n.4. & 11. Nisi habeat mandatum speciale, n.6.12.13. & 35. Imo specialissimum, n.7.* 5. *Iur. calumnia est accessorium, sine quo causa expediri nequit.* 8. *Mandatum speciale requiritur in procuratore laicorum. Etiam Ecclesiasticorum, nu.9. & 10. 14. Procurator cum mandato generali ad omnes causas & facultate speciali ad jurandum de calumnia an possit de calumnia jurare, & num.15.16.17.18.19.20.21.22.23, 28.92. & 95.* 23. *Notary malè faciunt cogendo jurare dominos principales, qui constituerunt procuratores cum mandato generali cum clausula,* ad lites. 24. *Res eadem non debet diverso jure censeri. Declara, ut n.26. & 146.* 25. *Mandati capitula respectu diversarum personarum dicuntur diversa capitula, & n.146.* 27. *Mandatum procuratorium dividi potest.* 29. *Procurator cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia, vel cum clausula* ad lites, *jurat de calumnia in animâ propriam.* 30. *Procurator cogi potest ad jurandum de calumnia, etiamsi suus principalis juraſſet.* 31. *Procurator non potest jurare in animam domini, nisi id in mandato sit expressum, & n.42.* 32. *Procurator non admittitur ad jurandum de calumnia, nisi in mandato adsit, quod possit de calumnia jurare.* 33. *Procurator non potest de calu. jurare, etiamsi cum cautione de rato, & c. fuisset admissus.* 34. *Cautio de rato, & c. legitimat procuratorem, quoad omnes actus, præterquam ad jurandum de calumnia.* 36. *Procuratorem cum speciali mandato non admittendo judex facit injuriam.* 37. *Dominus an jurabit de calumnia, & non procurator, quando dominus allegatur justior? & n.38. & 39* 40. *Procurator cum mandato speciali, & facultate jurandi de calumnia, poterit cogi ad jurandum de calumnia etiam appellatione remotâ, remissivè, & n.105.134.* 41. *Procurator habens speciale mandatum non juret in animam propriam, sed in animam domini sui.* 43. *Procurator habens generale mandatum cum facultate jurandi de calumnia in animam domini, poterit jurare in animam domini, etiamsi non habeat speciale mandatum.* 44. *Dominus præsumitur constituere procuratorem ad jurandum de calumnia in animam propriam, licet id non exprimat.* 45. *Procurator semper tenetur jurare de calumnia in animam propriam instante de hoc parte adversa. Etiamsi vovisset, vel juraſſet non jurare, numer.* 46. *Aut etiam si suus dominus juraſſet ibi, num.* 47. *Etiam si suus principalis dominus non teneretur jurare, num.* 48. 49. *Procurator habens legitimum mandatum speciale tenetur de calumnia jurare in animam propriam: Aut si mandatum generale habeat, num.* 50. 51. *Dicta de procuratore principali locum habent etiam in procuratore subrogato.*

52. *Procurator ſubrogatus tenetur jurare de calum. etiamſi procurator principalis juraſſet,& n.65.* 53. *Procurator nolens jurare in animam propriam non præjudicat domino per ejus contumaciam,& n.82.88.& 100.* 54. *Procuratoris nolentis jurare in animam propriam contumacia conſuevit in Camera Imperiali mulctari pecunialiter.* 55. *Juram calum.quod præſtat procurator in animam propriam,non procedit quoad merita cauſæ,ſed quoad proceſſum,& n.60. Idq; maxime procedit in procuratore dato à judice ex officio non habenti procuratorem,n.56.* 57. *Cautela procuratoris dati ex officio eſt,ut petat à judice ſibi remitti jur.calu.quoad merita cauſæ. Quod judex facere tenetur, n.58.* 59. *Juramentum calu.continet plura capitula concernentia proceſſum & proſecutionem cauſæ,quàm illius merita,& n.72.* 61. *Procurator datus ex officio à judice non jurat de calum. in animam domini, quando in eo conſtituendo non concurrit aliquis actus poſitivus domini principalis.* 62. *Procurator jurans in animâ domini debet id exprimere. Aliàs cenſebitur juraſſe in animam propriam,n.64.& 66.* 63. *Actus præſumuntur facti potius nomine proprio quàm alieno.* 67. *Procurator jurans ſimpliciter poſt petitionem factam quod juretur in animam principalismet, intelligitur juraſſe in animam domini.* 68. *Indefinita æquipollent univerſali. Quomodo procedat; vide n.75.76.77.* 69. *Interpretatio verborum ſemper debet fieri contra eum,qui in ſua dubia petitione juramenti de calumnia ſe fundat.* 70. *Interpretatio verborum contractus ſemper fieri debet contra eum,qui potuit apertius legem contractus dicere. Et quis dicatur potuiſſe legem contractui dicere,remiſſivè,n.71.* 73. *Copia indiciorum ante torturam eſt danda ei,qui examinatur tanquam principalis quoad ſe,& teſtis quoad alios.* 74. *Senſus,in quo res prævalet,capi debet remiſſivè* 78. *Bonum & malum omne in cauſis pendet à procuratoribus.* 79. *Juram calu.ſi ſimpliciter petitur præſtari, intelligitur petitum jurari per procuratorem quoad proceſſum,& n.68.* 80. *Juram.calu.ſi ſimpliciter petatur,poterit præſtari per quemlibet alium,qui comparere poteſt alieno nomine,& ſine mandato.* 81 *Juramentum calumniæ ſi petitur præſtari cum aliqua clauſula, quæ eſſet apta comprehendere utrumque juramentum præſtandum,ſcilicet per dominum,& per procuratorem, debet tale juramentum præſtari eo modo, quo utraq; juramenta comprehendantur.* 83. *Procuratoris ficta confeſſio præjudicat domino in caſibus, quibus ficta confeſſio domino præjudicaret.* 84. *Procurator excuſatur à juram.calum. præſtando in animam domini,quando ſuus principalis non tenetur jurare de calumn.* 85. *Procurator unus ſolus non poteſt jurare de calumnia,quando ſunt duo conſtituti,non inſolidum. Sed jurabunt ambo,n.86.& 88.* 87. *Paria ſunt aliquid non fieri,vel perperam & inutiliter fieri.* 89 *Reſtitutio non conceditur domino adverſus negligentiam procuratoris nolentis jurare de calumnia in animam domini. Et ratio. Niſi quando procurator non eſt ſolvendo,n.90.91.* *Terminus decendij ad appellandũ non currit,niſi à die ſcientiæ domini,quando procurator non eſt ſolvendo,& negligens fuerit in appellando.* 93. *Procurator habens generale mandatũ etiam cum facultate jurandi de cal.non poteſt cogi ad jurand.de cal. Et quare,& n.* 118.133.94. *Conſuetudo contraria juri non eſt attendenda.* 95. *Conſuetudo dicitur con-*

tra

Digitized by Google

tra jus, non quia placitis Doctorum repugnet, sed quia repugnat juri expresso. 96. *Doctores nostri imitantur aves, ut cum una volat alia sequantur.* 97. *Procurator cum speciali mandato, & facultate jurandi de calum. potest cogi ad jurandum. Declara, ut num.* 98. 98. *Procurationis ad officium nemo est invitus trahendus & num.* 92. 99. *Procurator cum speciali mandato, & facultate jurandi de calumnia, si recusat jurare in animam domini, dominus reus habeatur pro confesso, & actor cadet ab actione intentata, & num.*82. 101. *Observantia vel consuetudo, qua allegatur ad hoc ut procurator cum generali mandato, & facultate jurandi de calumnia allegatur ad hoc, ut admittatur pro domino absente, & in ejus favorem, & non pro domino presente, & in ejus damnum. & num.*103. 102. *Absentia ratione multa conceduntur.* 104. *Procurator cum generali mandato, & facultate jurandi, quod admitti debeat, & quod possit cogi, sunt termini diversissimi.* 106. *Ratio cur inducta sit observantia, vel consuetudo, quod procurator generalis cum facultate tamen jurandi de calumnia admittatur.* 107. *Mandato cum non legitimo si non juratur, habetur ac si juratum non esset.* 108. *Procurator generalis cum facultate jurandi de calumnia, quod possit cogi, tunc agitur de damno incurrendo.* 109. *Favorabiliores esse debemus illi parti, qua tractat de damno vitando, quàm illi, qua tractat de lucro captando.* 110. *Favorabilior est causa rei, quàm actoris pro damno vitando.* 111. *Ignorantia juris non excusat in lucris captandis. Tamen juris excusat in damno vitando, num.* 112. 113. *Ignorantia juris non excusat rusticum in lucro captando. Secus in damno vitando, num.* 114. 115. *Testibus deponentibus pro damno vitando magis creditur, quàm deponentibus pro lucro captando.* 116. *Contrariorum eadem est disciplina. Nisi quando est diversa ratio, numer.* 117. 119. *Mandatum speciale requiritur in procuratore, qui tanquam procurator vult venire ad plenam defensionem & non solum speciale, sed specialissimum: præsertim ad actus, qui requirunt mandatum speciale. Secus si veniret ut defensor, nu.* 120. 121. *Procurator cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia potest admitti ad jurandum de calumnia quando non agitur de magno præjudicio sui domini, & num.* 123. *Secus si ageretur de magno præjudicio, num.*124. & 125. 122. *Reus est favorabilior actore.* 124. *Argumentum à contrario sensu rectè sumitur à doctrina Doctorum.* 126. *Ratio eadem ubi militat, debet militare eadem juris dispositio, & num.*129. 127. *Ratio futuri præjudicialis eventus eadem militat in non admittendo procuratore, & in non cogendo.* 128. *Procurator dum admittitur non potest parari domino præjudicium futuri eventus, & privatus est potentia parandi præjudicium.* 129. *Judicia criminalia ad instar civilium rediguntur.* 130. *Observantia, seu consuetudo admittendi procuratorem generalem cum facultate jurandi de calumnia ad jurandum, si extenderetur ad cogendum etiam similem procuratorem, daretur via fraudibus.* 131. *Procuratores cum generali mandato, ut plurimum constituuntur per dominos, & non informantur de omnibus causis movendis contra ipsos.*

Digitized by Google

132. *Procurator cum generali mandato cum facultate etiam jurandi de calum. dominum non ligaret in causis injustis, & n.* 15. 135. *Procurator, qui cogitur ad jurandum, jurat; alias non diceretur cogi.* 136. *Litigantes omnes obligati sunt ad jur. cal. non simpliciter, sed alternative, & nu.* 140. 137. *Verba debent intelligi secundum subjectam materiam.* 138. *Juram. appositum in materia de sui natura alternativa, debet alternativè intelligi, & non obligat ad unum.* 139. *Alternativa electio regulariter est debitoris.* 141. *Mandatum, in quo quis constituitur,* Procurator generalis, & specialis ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *dicitur generale, & non speciale, & n.* 144. & 145. 142. *Mandatum speciale dicitur illud, quod à principio, quo fit, est speciale ad certam determinatam causam.* 143. *Tituli à primordio posteriori formatur eventus, & n.* 145. 146. *Mandatum si est generale tantùm, & non generale & speciale simul, nihil operabitur in eo clausula solita apponi.* Etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale. 147. *Rescriptum subreptitium redditur, si in eo narratur comparativum, cujus positivum non sit verum.* 148. *Procurator cum generali mandato si cogi non potest ad jurandum de calumnia, quomodo procedendū sit pro expeditione causa, si talis procurator generalis fuit constitutus ante motam litem in citando. Et quomodo si fuit constitutus post litem cœptam, n.* 149. 150. *Dominus si moratur in curia, & copiam sui non facit, sed latitat, quomodo citari debeat. Qui si non compareat quomodo formabitur processus, n.* 152. 151. *Citatio si emanare deberet extra curiam, quomodo relaxanda sit, remissivè.* 153. *Processus per contradictas, & edicta non conceditur, nisi propter absentiam, & nume.* 154. 155. *Absentia adversarii non probatur sufficienter juramento.* 156. *Citandus si habet domicilium in urbe, debet ultra superius dicta citari etiam in suo domicilio.* 157. *Curator datur bonis, quando citandus nescitur ubi sit.* 158. *Citatio prima debet esse personalis, si in causa non proceditur executivè.* 159. *Citationes omnes debent esse personales, si causa est commissaria.* 160. *Procurator habens speciale mandatum ad certam causa si non jurat, tenebitur domino suo ad damna. & c. & n.* 162. 161. *Procurator sciens malam causam fovere suum dominum, non debet jurare de cal.* 163. *Paria sunt scire, vel scire debere.* 164. *Dominus mandando pro se jurari de cal. in tali causa speciali, præsumitur habuisse justam causam.* 165. *Procurator acceptando mandatum speciale, & defendendo causam facit præsumi, quod dominus habuerit justam causam.* 166. *Procurator cum mandato generali, qui possit admitti ex communi observantia; & consuetudine, tenetur domino ad damna, & c. si sit negligens in jurando de cal. Dummodo mandatum acceptaverit.* 167. *Procuratores ad multa damna tenentur eorum dominis principalibus.* 168. *Procurator petens jurari in animam domini, debet ipse prius habere mandatum ad jurandum de calumnia.* 162. *Procurator dominus litis effectus post lit. contest. de cal. jurat. Etiam sine mandato, n.* 170. 171. *Procurator Fisci tenetur jurare de cal. Licet usus servet contrarium, n.* 172. 173. *Procurator in rem suam tenetur jurare de cal. Quia ipse dicitur principalis, n.* 174. *Jurabit quoq; dominus, quando ipse*

Digitized by Google

*ipse dicitur melius informatus, vel procurator suspectus allegaretur ab adversario,n.*175. 176. *Procuratori in rem suam, & aliis procuratoribus, an sit concedenda dilatio ad jurandum de calum. remissivè.* 177. *Procurator ad negotia, qui pro suo domino potest agere & defendere an possit de cal. jurare,& n.*178.*&* 179. 180. *Actor tutoris,& curatoris pupillorum,& minorum,qui est constitutus cum decreto judicis tenetur jurare de cal.* 181. *Actor tutoris,& curatoris pupillorum,& minorum constituitur ex causa. Cum decreto judicis,n.*182. *Periculo tutoru vel curatoris,n.*183. 184. *Procurator non constituitur ante lit. contest. per tutores & curatores, sed actor. Qui si committit calumniam & de cal. juravit,condemnabitur in expensis de suo proprio.* 186. *Mandatum procuratoriũ expirat morte regulariter. Et an per resurrectionẽ domini reviviscat,n.*187.

IN præcedenti cap. *in declar.*35.breviter dixi, quod procurator jurat de calumnia; 1
idq; intellige de procuratore ad lites; †cum de aliis variis significatibus,quos ha- 2
bet iste terminus (*Procurator*) de quib. tradit Jo. Ant. Rubeus Alexand. *in suo tr. de potest. procur. n.* 248 *& seq.* non loquor. † Et quidem regulariter procurator non 3
potest de calumnia jurare, per gl. *in l. vel hæreditas, in verbo, cogendum, in fin. ff. de procur.* † sed quod procurator admittendus sit, est *gl. in auth. principales personæ, in verbo,* 4
migraverit, in fine, C. de jurejur. propt. cal. Marian. Socin. *in cap. in pertractandis,n.*15. *de jur. cal.* † Hujus autem ultimæ opinionis ratio videtur esse, quia juramentum calu- 5
mniæ est accessorium, sine quo causa expediri nequit, gloss. *in cap. fin. in verbo, per seipsum, in princ. de jur. calum.* & sic videtur tacitè etiam datum mandatum ad jurandum de calumnia ad hoc, ut causa expediri queat. † Quæ ultima opinio procedit, quando 6
procurator habet legitimum mandatum & speciale, Roman. *singul. octavo, incipien. an juramentum testiũ.*Gravet. ad Vestr. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 15. Marian. Soc. *in d. capit. in pertractandis,n.*38.*in fin. tex. in cap. fin.& ibi gl. fin. in vers. quod verum. & in vers. dic. l. qui bona, de jur. cal. in* 6. †& non solum tale mandatũ debet esse speciale; sed specialis- 7
simum, ut per Rub. *in d. tr. de potest. procur. n.* 264.† quod speciale mandatum requi- 8
ritur in laicis, secundum Spec. *in tit. de jur. calum.* §. 3.*n.*13. *prope fin.* † in Ecclesiasti- 9
cis vero personis non procedit, quæ agunt pro Ecclesia, vel pro re Ecclesiæ, quia talium personarum procurator non indiget speciali mandato, sed generale sufficit, secundum Spec. *d.n.*13. *prope princip.* Soc. *in d.c. in pertractandis, n.* 25. *&* 28.*in fin.* † 10
sed ista opinio Specul.& Socini mihi non placet,& bene verum est,quod Ecclesiasticæ personæ habentes generalem administrationem bonorum Ecclesiæ admittuntur pro Ecclesia,vel pro re Ecclesiæ sine speciali mandato, non enim indigent illo similes personæ, ut tradidi sparsim *supr. c.*15. sed quod procuratores ipsorũ non indigeant speciali mandato, id verũ non credo,nec credo errare, cum iste non sit articulus fidei, quæ etiã videtur esse sententia Panorm. *in c. inhærentes.n.*15. *vers. ego puto, de jur. cal.* Aliud enim est tales personas sine speciali mandato ad jurandum admitti, & ipsas tali non indigere mandato; aliud est, quod similium personarum procuratores non indigeant speciali

man-

Digitized by Google

11 mandato. † Regulariter igitur procurator non jurat de calumnia, ut dixi *ſupra, num.* 3.
12 † Fallit tamen hæc regula in procuratore habente mandatum ſpeciale, ut dixi *ſupra,*
13 *num.* 6. *&* 7. † de qua fallentia aliqui antiquitus dubitarunt, & an procurator etiamſi habeat ſpeciale mandatum poſſit de calumnia jurare ; ſed hodie eſt expeditum quod
14 poteſt jurare, ut infra dicam. † An autem talis ſpecialitas reſpicere debeat juramentum calumniæ ſimpliciter ita, quod non requiratur aliqua alia ſpecialitas ad certam, & determinatam cauſam ; & quod mandatum generale quidem ſit quoad cauſas, ſpeciale tamen ad jurandum de calumnia : vel quod non ſufficiat mandatum generale etiam cum clauſula ſpeciali ad jurandum de calumnia, niſi etiam mandatum ſit ſpeciale ad talem certam & determinatam cauſam : fuit ardua quæſtio, & duæ fuerunt præcipuæ opiniones. Prima opinio fuit negativa, & quod non ſufficiat mandatum generale etiam cum clauſula ad jurandum de calumnia, niſi exprimatur etiam certa & determinata cauſa, in qua mandatur jurari ; quam opinionem tenuerunt Doct. non levis autoritatis relati à Gaill. *pract. obſ. lib.* 1. *obſ.* 83. *num.* 3. & expreſſe Bart. *in d. l.* 2. *§. ſin autem, num.* 4. *C. de jurejur. propt. cal.* Panorm. *in c. in pertractandis. num.* 5. *de jur. cal.* Sebaſt. Sapia *in annotat. ad Panorm. in c. inhærentes, num.* 15. *in verbo, in ſyndico, eod.*
15 *tit.* † Hujus ſententiæ ratio eſt ; quia ſi daretur in mandato generali facultas jurandi de calumnia, intelligeretur mandatum jurari in cauſis juſtis, non autem in injuſtis, & ſic in injuſtis non ligaret dominum, Bart. *in d. §. ſin autem, num.* 4. *in fin.* Panorm. *in d. c. in pertractandis, d. num.* 5. Socin. *in d. c. in pertractandis, num.* 37. *in princip.* ubi di-
16 cit id notandum ex doctrina. † Quod ſi virtute talis mandati juraretur, eſſent omnes proceſſus nulli, quia juratum non fuit, ut debuit, ut Soc. & Gail. locis præcitatis proximè, licet ipſe Socin. inferius dixerit Bart. opin. poſitam *in l. qui bona, §. ſi alieno, ff. de damno infecto,* & per me inferius recitandam, eſſe æquiorem, & eſſe diligenter ob-
17 ſervandam in praxi, tradit Gail. *d. obſerv.* 83. *prope fin.* † Secunda opinio fuit affirmativa, & aliorum tenentium, quod ſufficiat clauſula ſpecialis ad jurandum de calumnia appoſita in mandato generali ad omnes cauſas & lites, ſine expreſſione ad certam & determinatam cauſam & litem, Lucas Petus *in pract. Capitol. lib.* 2. *c.* 3. *num. gloſſella marginalis ad gloſſ. fin. in c. fin. de juramento calumnia in* 6. Socin. *in cap. cum in cauſa, num.* 13. *verſ. ſi vero eſt procurator generalis, de jur. calum.* Andr. Gail. *d. obſ.* 83.
18 *num.* 4. † Et pro hac ſecunda affirmativa opinione eſt communis obſervantia, à qua recedendum non eſt, teſte Bart. *in d. l. qui bona,* Socin. *in d. cap. in pertractadis, num.* 36. *prope fin. & num.* 51. Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l.* 2. *§. fin. autem, litera B, in verbo, jurandum de calumnia,* Sebaſt. Sapia *in annotat. ad Panormitan. in capitul. inhærentes, num.* 15. *in verbo, in ſyndico, de juramento calumnia.* Luc. Petus *d. capitul.* 3. *num.* 7. *in fin.* idem Socin. *in d. capitulo cum in cauſa, num.* 51. *verſ. ſi vero habuiſſet mandatum,* Gail. *d. obſ.* 83. *num.* 4. Nec Bart. *in d. l. qui bona, §. ſi alieno,* eſt contrarius ſibi ipſi *in d. l.* 2. *§. ſin autem,* quia in iſto *§. ſin autem,* loquitur de jure, ut ibi vide-
19 re eſt ; at *in d. §. ſi alieno,* loquitur de obſervantia. † Et ita paſſim ſervatur in Camera Impe-

Digitized by Google

Imperiali, per ea quæ tradit Gail. *d. observ.* 83. † Idque ſervatur paſſim in urbe, in man- 20
datis habentibus clauſulam ad lites, quia ſub dicta clauſula ad lites comprehenditur ju-
ramentum calumniæ, quod eſt acceſſorium, ſine quo cauſa non poteſt expediri, ut di-
xi ſupra, *num.* 5. † Sed in tribunali illuſtriſſimi Domini auditoris Cameræ vidi per ali- 21
quos notarios ſervatum, ut faciant jurare de calumnia dominum principalem cauſæ &
litis, ſi pars adverſa petat jurari per principalemmet, & Dominus principalis ſit in Ur-
be: Quæ obſervantia communis eo magis confirmatur, quia ut plurimum conſtitu- 22
untur procuratores in ipſis actis cauſæ & litis jam cœptæ, vel de proximo incipiendæ,
& mandatum procuræ concipitur primo contra perſonam adverſarii, & deinde addi-
tur clauſula generalis: Et contra quascunque alias perſonas; & ſic reſpectu illius ter-
tiæ perſonæ in mandato expreſſæ, quæ jam incœpit, vel de proximo incipiet cauſam
& litem, dictum mandatum erit ſpeciale contra certam perſonam, & ad jurandum de
calumnia; licet non ad certam cauſam expreſſe, ſed bene tacitè, & ex conjecturata
mente conſtituentis procuratorem hujusmodi. Reſpectu vero aliarum perſonarum
in ſimili mandato non expreſſe nominatarum, erit quidem ſpeciale ad jurandum de
calumnia, ſed generale reſpectu perſonæ, & cauſæ certæ. Et procurator vigore talis
mandati admittetur reſpectu perſonæ certæ nominatæ, & ad certam cauſam ex conje-
cturata mente conſtituentis in actis jam intentatam, vel de proximo intentandam,
ſecundum primam opinionem, & dicetur habere ſpeciale mandatum tum ad juran-
dum de calumnia, tum contra certam perſonam, & etiam ad certam cauſam ex con-
jecturata mente conſtituentis, & tacitè, ut dixi; & reſpectu aliarum perſonarum
non expreſſe nominatarum, ſed per illam clauſulam collectivam, (Quascunque alias
perſonas, &c.) admittetur juxta ſecundam relatam opinionem, & communem obſer-
vantiam. † Ideo puto, quod tales Notarii male faciant cogendo dominos principa- 23
les etiam exiſtentes in urbe, ſine juſta cauſa expreſſa in petitione talis juramenti de ca-
lumnia, ubi conceptum ſit mandatum modo præmiſſo: quia reſpectu certarum
perſonarum in mandato nominatarum dicetur mandatum ſpeciale expreſſe, ſed tacitè
ad illam cauſam, & ſic ſecundum utramque opinionem deberet admitti procurator
prædictus, quamvis aliquis ſubtilius inveſtigando poſſet opponere, quod prima relata
opinio locum habeat, non quando tacitè habet mandatum ad talem cauſam, & ex
conjecturata mente conſtituentis, ſed quando datur mandatum ſpeciale ad certam il-
lam cauſam. Reſpectu vero aliarum perſonarum expreſſe non nominatarum in
mandato dicetur quidem mandatum generale, ſed cum clauſula ad lites, & ſic ad ju-
randum de calumnia, ut ſupra dixi. † Nec obſtat dicere, quod dictum mandatum 24
debeat in totum reputari ſpeciale, aut generale, non autem uno reſpectu generale, alio
reſpectu ſpeciale, cum res eadem non debeat diverſo jure cenſeri, ad tradita per Ti-
raq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 18. *nu.* 21. Cephal *conſ.* 218. *num.* 33. *lib.* 2. † Nam 25
reſpectu diverſarum perſonarum dicuntur diverſa capitula dicti mandati, & in capitu-
lis diverſis non oportet unum regulari ſecundum aliud, Bellon. *conſ.* 46. *nu.* 10. & 11.

Digitized by Google

26 † Præterea res eadem potest diverso jure censeri, diversis tamen respectibus, facit *cap. inter dilectos, vers. caterum, de fid. instrum.* Rip. *in l. fin. num.* 122. *C. de revoc. donat.*
27 Imol. *cons.* 146. *n.* 8. alludit Tiraq. *d. gl.* 18. *n.* 18. † Maximè autem mandatum procuratorium dividi potest. Capic. *decis.* 8. *n.* 1. Vant. *in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex*
28 *defec. proces. n.* 100. † Quandocunque itaq; in mandato generali respectu personæ, sive causæ apposita esset clausula potestatis jurandi de calumnia, sive ad lites, sub qua clausula ad lites extenditur juram. calum. certum est procuratorem posse de calum. jurare ex observatione Cameræ Imperialis, & urbis Romæ, & communi, de qua supra.
29 † Et talis procurator generalis cum facultate jurandi de calumnia, jurabit in animam
30 propriam, Socin. *in d. c. cum in causa, n.* 13. *circa medium.* † & ad jurandum cogi poterit quamvis dominus ejus juraverit. Bald. *in auth. principales personæ, n.* 1. Panorm.
31 *in d. c. in pertractandis, n.* 5. † & nisi mandato sit insertum, talem procuratorem posse de calumnia jurare in animam sui domini, jurare non poterit in animam domini: quia ad jurandum de calumnia in animam alterius requiritur speciale mandatum ut Gravat. ad Vestr. *lib.* 5. *c.* 2. *n.* 15. Rot. *decis.* 1. *n.* 3. *de jur. calum. in novis*, & dixi sæpius su-
32 pra, *n.* 15. † Etsi in mandato non adsit facultas jurandi de calumnia, ut præmittitur, sive mandatum sit generale contra omnes personas, & ad omnes causas, sive speciale contra certam personam, & ad certam causam nullo modo poterit procurator de calumnia
33 jurare, Soc. *in d. c. in pertractandis, n.* 26. *in fin. ubi de communi.* † Et non poterit jurare etiamsi cum cautione de rato. &c. fuisset admissus talis procurator: Soc. *in d. c. in per-*
34 *tractandis, n.* 27. † Cautio enim de rato &c. legitimat procuratorem quoad omnes actus, præterquam ad jurandum de calumnia, ut per Bald. *in auth. principales personæ,*
35 *§. hoc etiam, num.* 1. *in princ. C. de jurejur. propt. cal.* † Imo antiquitus aliqui dubitarunt, an procurator posset jurare de calumnia, quamvis dictus procurator mandatum speciale haberet ad certam & determinatam causam cum facultate jurandi de calumnia, vel cum clausula ad lites: hodie tamen expeditum est, quod potest jurare tex. *est expressus in c. fi. de juram. calum. in* 6. Bart. *in d. l.* 2. *§. fin autem, num.* 1. *C. de jurejur. propter calum.* Panorm. *in d. c. inhaerentes, nu.* 15. *circa medium.* Socin. *in d. c. in per-*
36 *tractandis, num.* 37. *vers. circa tertium membrum*, Gail. *d. obs.* 83. *in princip.* † & judex non admittendo talem procuratorem cum speciali mandato facit injuriam: quia videtur dominus mediante persona procuratoris jurare tanquam per picam & orga-
37 num, ut Soc. *d. nu.* 37. *& in eod. c. nu.* 15. *& ibid. Panorm. in fin.* † Nisi allegaretur, quod dominus justior sit, & propterea peteretur per ipsummet ut justiorem jurari, per
38 ea quæ tradit Socin. *d. n.* 37. & isto casu dominus ipse jurabit, ut refert ibi Socin. † sed
39 ipse Socin. id non admittit *in d. n.* 51. ut dominus cogatur ipsemet jurare, cum ipse justior est & dicit sufficere, quod ille, qui est constitutus procurator, sit justus. † dicit etiam ibi idem Soc. quod etiamsi principalis sit justior, non poterit cogi ipse dominus principalis ad jurandum, ubi est constitutus procurator cum mandato speciali ad certam causam cum potestate jurandi de calumnia: sed quando generali ad omnes causas,

& li-

Digitized by Google

& lites cum facultate tamen jurandi de calumnia. † Plus addit Soc. *d. n. 37. in fin.* quodo judex poterit cogere talem procuratorem cum speciali mandato ad certam causam ad jurandum de calumnia etiam appellatione remota, nisi aliqua justa causa dictum procuratorem excuset, super qua coactione ad jurandum remota appellatione, & de causis, quæ excusant recusantem, vide quæ dixi de actore, & reo recusante jurare, supra, *capit.* 14. † Et dictus procurator habens speciale mandatum non jurat in animam propriam, sed in animam sui domini, *gl. in d. c. cum in causa, n.* 13. *vers. procurator vero, & vers. idem voluit, addit. ad gl. fin. in d. capit. in pertractandis*, Petr. Vanderan. *in sua pract. judiciali, lib.* 3. *capit.* 2. *vers. de calumnia*, Marant. *in speculo, par.* 6. *in secunda judicii par. in tit. de juramento, actu* 1. *n.* 8. Luc. Pet. *in pract. Capitolin. lib.* 2. *capit.* 3. *n.* 5. Gravat. ad Vestr. *lib.* 5. *capit.* 2. *n.* 15. Andr. Gail. *d. obs.* 83. *n.* 1. & 2. Ruin. *cons.* 73. *n.* 5. *volum.* 5. † Nec ad jurandum in animam Domini sufficit mandatum speciale ad jurandum in certa causa, sed in mandato debet exprimi ad jurandum in animam domini, alias jurare non posset in animam domini, cum ad jurandum de calumnia in animam domini requiratur speciale mandatum, ut supra dixi ex Gravat. & Rot. quibus addo Bald. *in l.* 2. *§. fin autem, n.* 1. *C. de jurejur. propt. cal.* † & quamvis mandatum non esset speciale ad certam causam, sed generale ad omnes causas, cum clausula tamen ad jurandum de calumnia in animam domini constituentis, procurator jurabit in animam domini ex communi observantia, de qua supra, & vigore mandati quoad jurandum in animam domini. † Licet aliqualem afferre posset dubitationem, & an præsumatur dominus mandasse jurari de calumnia in animam propriam, quando fecit mandatum ad jurandum de calumnia, & non expressit in animam cujus, tamen præsumitur mandasse jurari in animam propriam, cum procurator ad jurandum non indigeat mandato speciali Domini, si in animam propriam vult jurare, ut per gloss. *in c. in appellationis, in verbo, ab ipsis, de jur. cal. in* 6. Corroborantur prædicta, dum ipse dominus constituit procuratorem ad sic jurandum, & vigore dicti mandati præcedentis, & uti procurator ipse procurator jurat de calumnia, tunc enim videtur procurator in animam domini jurare, dummodo tamen exprimat, se jurare vigore dicti mandati; vigor enim dicti mandati expressus est ut juret in animam domini. Et in istis casibus dic, sicut infra ponam. † Neq; procuratori sufficiet jurare in animam domini, si adversarius instet jurari etiam in animam ipsius procuratoris; quia isto casu instante parte adversa, sive sit speciale, sive sit generale mandatum, sive habeat clausulam ad jurandum de calumnia, vel ad lites, sive non habeat dictam clausulam mandatum ipsius procuratoris, tenetur etiam jurare de calumnia in animam ipsiusmet procuratoris *addit. secunda ad Speculat. in tit. de jur. cal. §.* 3. *n.* 13. *addit. ad gl. fin. in d. cap. in pertractandis, gl. in d. l. in appellationis, §. procuratores in d. verbo, ab ipsis*, Luc. Pet. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. & 11. *in princip.* Gravat. ad Vestr. *d. lib.* 5. *c.* 2. *in verbo, & si pars, n.* 15. *in princip.* Vanderan. *in d. pract. lib.* 3. *c.* 2. *vers. de calumnia, in princip.* Gail. *pract. obs. lib.* 1. *obs.* 83. *n.* 1. ubi dicit id consentaneum Cameræ imperialis ordinationi,

41 42 43 44 45

Digitized by Google

46 Soc. *in d. c. cum in causa, nu.* 14. *circa medium*, Rota *d. decis.* 1. *n.* 3. *in nov.* † & quod procurator instante parte adversa teneatur jurare de calumnia in animam propriam, amplia ut procedat, etiam si procurator jurasset, vel vovisset non jurare, in quo dic, ut
47 posui supra, *cap.* 15. *declar.* 2. *&* 3. † Amplia secundo, ut teneatur jurare in animam propriam, etiamsi suus dominus jurasset de calumnia. Specul. *d.* §. 3. *nu.* 13. Panorm. *in d. c. in pertractandis, num.* 5. *glossella marginalis, in d. l.* 2. *d.* §. *sin autem gloss. viden-*
48 *da in d. verbo, ab ipsis*, † Amplia tertio, ut teneatur jurare procurator, etiamsi suus principalis & dominus non teneretur jurare, prout sunt multæ personæ, quæ non tenentur jurare de calumnia, de quibus aliquas recensebo infra *c.* 18. *& seq.* Surdus *decis.* 18. *Rota Mantuana*, cujus contrarium vide infra, *n.* 84. *ex Baldo*, & intellige ut ibi ponam.
49 † Et de procuratore habente mandatum speciale ad certam causam, quod jurare teneatur de calumnia in animam propriam voluit Panorm. *in d. c. in pertractandis, n.* 5. Gail.
50 *pract. obs. lib.* 1. *obs.* 89. *n.* 11. † & de procuratore habente mandatum generale, quod jurare teneatur in animam propriam, tradit Maranta *in Speculo par.* 6. *in* 2. *part. judic.*
51 *in tit. de juramento, actu* 1. *n.* 8. † Prædictaq; locum habent non solum in procuratore
52 principale, verum etiam in procuratore subrogato. † Quia procurator subrogatus tenetur jurare de calumnia, etiamsi procurator habens potestatē subrogandi, qui ipsum subrogavit, de calumnia jurasset, *gl. in d. c. in appellationis, in verbo, deputantur*, Spec. *in tit. de jur. cal.* §. 2. *in fin. vers. dic per eum*, & ibi Jo. Andr. *in addit. litera A. vers. nun-*
53 *quid hæres.* † si autem procurator in animam propriam nollet jurare, quæritur de ejus contumacia, an domino noceat? & dicitur quod non nocet Domino, sed denegatur procuratori audientia, ut Gail. *d. obs.* 89, *n.* 3 *in fin.* inhærens opinioni Salceti, quam ibi
54 Gail. *n.* 5. *in fin.* æquiorem dicit, in quo articulo dic, ut dicam infra. † ibiq; subdit Gail. *sub n.* 4. quod in camera Imperiali dicta contumacia procuratoris in jurando in animam propriam consuevit pecunialiter mulctari. Et laudarem idem servari ubique, ne protervorum procuratorum, & semper aliquid iniquum contra adversarium molientium
55 iniquitas impunita remaneat. † Istud juramentum, quod procurator tenetur præstare in animam propriam, non procedit quoad merita causæ & rei controversæ naturam sed quoad progressum & prosecutionem judicii, Petr. Vanderan. *in pract. in d. vers. de*
56 *calum.* faci Marian. Soc. *in d. c. cum in causa, n.* 14. † & quod dictum juramentū præstandum in animam procuratoris nō procedat, quoad merita causæ & rei controversæ naturam, habet locum maximè in procuratore, qui spontaneus non est, sed à judice datur: ut puta, cum quis non invenit procuratorem ob adversarii potentiam, vel aliam causam, ob quam judex ex officio procuratorem dat alicui. Andr. Gail. *pract. observ.*
57 *lib.* 1. *observ.* 88. *num.* 4. *& n.* 9. † Ubi sub *n.* 11. dat cautelam pro tali procuratore, quæ est, ut petat sibi remitti juramentum quoad merita causæ, & rei controversæ naturam, sub hac forma, videlicet (Domine judex juramentum calumniæ ex parte adversa exactum, quoad merita causæ propter conscientiam mihi remitti peto. In reliquis
58 vero ad officium procuratoris pertinentibus jurare paratus sum) † Cui petitioni

judex

judex locum dare debet,& ad prædicta concedenda esse pronus,ut Gail. *dict. num.* 11.
† cum juramentum calumniæ plura capita contineat concernentia processum & pro- 59
secutionem causæ,quam illius merita,ut Gail. *d. num.* 11. *& dixi supra cap.* 2. † & iste 60
procurator ex officio datus jurabit in animam propriam super prædictis juxta suam
præmissa n petitionem ex Gail.traditam,& juxta ea, quæ dicta sunt supra *num.* 55. † in 61
animam verò domini iste procurator ex officio datus non jurabit de calumnia, quia in
ipso constituendo non concurrit aliquis actus domini & principalis sui per quem a-
ctum in ejus constitutione possit saltem tacitè argui ejus consensus, si tamen aliquis a-
ctus domini concurreret cum officio judicis in tali procuratore dando, existimo tunc
posse jurare de calumnia in animam domini ex tacita conjecturata ejus mente,dummo-
do tamen sit constitutus à judice ex officio cum facultate jurandi, vel clausula ad lites.
Vide in præmissis, quæ dixi de habentibus administrationem aliorum, *supra cap.* 15. 62
vers. fin. † Advertat quoque procurator dum jurat, ut exprimat se jurare in animam
domini,referendo verba (in animam domini) juxta ea quę tradit Bart. *in d. l.* 2. *§. fin
autem.* Panorm. *in d. c. in pertractandis, num.* 5. quia in dubio præsumeretur juralle in
animam propriam,ut tradit Socin. *in d. c. cum in causa, num.* 14. *in fin.* & hoc,quia perso-
na intrinseca non debet præsumi, & intelligi, ut ibid. Socin. † Alia etiam ratio reddi 63
potest,cur præsumeretur juratum nomine proprio ipsius procuratoris,quæ est,quod a-
ctus præsumuntur facti nomine proprio facientis potius quàm alieno. Turzan. *reg.* 6.
Achil. Personal *in tract. petit. hereditat. num.* 714. Cephal. *cons.* 250. *num.* 45. *lib.* 2. &
sic uni membro juram. calum. esset satisfactum, quoad eam scilicet partem, quæ con-
cernit ordinatoria, progressum & prosecutionem judicii, non quoad merita causæ. † 64
Unde si petitum esset,ut juretur de calumnia in animam domini & procuratoris, non
esset satisfactum petitioni,si procurator simpliciter juret, licèt Socin. ex mente aliorum
in dict. num. 14. tradiderit, quod si procurator habet mandatum ad jurandum de calu-
mnia,& simpliciter juret,intelligitur juratum in animá procuratoris,& domini, idemq;
sensit Alex. *in l. qui bona, §. si alieno nomine. num.* 7. *de damn. infect.* † quam sententiam 65
nullatenus probo, cum in dubio præsumatur in animam propriam juralle, ut dixi su-
pra,etiam si habeat mandatū:nam mandatum non est sufficiens ad faciendum præsumi,
quod juraverit in animam domini,cum ex eo, quod mandatum habet, & est procura-
tor, tenetur jurare etiam nomine proprio in animam propriam: quod utique non te-
neretur facere,si non haberet mandatum, & non esset procurator. † Nisi forte pro- 66
curator juraret asserens se jurare vigore mandati,ut dixi supra *num.* 44. vel petitum es-
set jurari in animam domini, vel in animam domini & simul in animam procuratoris,
& procurator in jurando dicat se jurare de calumnia ad satisfaciendum importunitati
partis adversæ,ut plerique faciunt,& dictæ partis adversæ petitioni,vel simi'ia verba ha-
bentia relationem ad petitionem adversarii: quia tunc censetur juratum etiam in ani-
mam domini per procuratorem simpliciter jurantem,& non expresso, quo nomine ju-
ret,alàs non esset satisfactum parti adversæ,nec ejus petitioni. † Et dicta verba idem 67

Digitized by Google

operantur: si petatur jurari de calumnia per principalem: quia cum ad petitionem adversarii relationem habeat, procurator habens mandatum speciale & legitimum, & simpliciter jurans addendo dicta verba, intelligitur juraſſe in animam domini solius, cùm pars adversa petierit jurari per dominum, & dominus jurat in animam propriam quoad merita causæ, non autem quoad progressum judicii, & illius prosecutionem in animam procuratoris, & ipse dominus non regat judicium, nec habeat mandatum ad jurandum de calumnia in animam procuratoris quoad progressum & prosecutionem judicii. Cum igitur petens sic jurari per principalemmet, videatur petere sibi satisfieri, quoad unam partem tantum juramenti calumniæ, concernentem merita causæ & rei controversæ naturã, satisfactum petitioni videtur, si sic addendo dicta verba; videlicet quod jurat ad satisfaciendum petitioni & importunitati partis adversæ, juretur per procuratorem habentem legitimum & speciale mandatum ad jurandum in animam do-
68 mini.† Quæri posset non absre, si simpliciter petatur jurari de calumnia, & non addatur in animam cujus, an domini vel procuratoris: & si tali petitioni, ut præmittitur simpliciter factæ, simpliciter præstetur jur. cal. in cujus animam censeatur petitum jurari & juratum, in animam domini, vel in animam procuratoris? & prima fronte videtur dicendum, quod indefinitè sit petitum jurari de cal. & sic videatur petitũ jurari de cal. tàm à domino, quàm à procuratore; quia uterque jurare tenetur. Nam indefinita æquipollent universali; Franc. Curt. *in l. legem, quam n.* 4. *C. de pact.* Rebuff. *cons.* 173. *n.* 10 *ut dixi c.* 15. ut brevitati studens omissis scholasticis disputationib. quæ hinc inde proponi possent, meam sententiam in medium proferam, dico quod intelligitur petitum jurari in animam procuratoris judicium regentis, & quoad ordinatoria judicii, & progressum ac prosecutionem causæ; & sic juratum etiam intelligitur, & rationes, quibus
69 moveor, duæ potissimæ sunt. † Prima sumitur ex interpretatione verborum petentis jurari de calumnia, quæ interpretatio semper fieri debet contra talem petentem jurari de calumnia, qui in tali dubia sua petitione se fundat, *l. veteribus, ff. de pactis*, Cagnol. *in l. semper in obscuris, num.* 16. *ff. de regul. juris*, facit Rot. *in una Romana sponsionum, coram Illustrissimo & Reverendissimo Domino Cardinali Blanchetto tunc*
70 *Rotæ auditore, die* 30. *Octobris, anno* 1587. *versic.* 4 *quia in manuscriptis*, † ubi voluit, quod interpretatio verborum contractus fieri debet contra eum, qui potuit apertius
71 legem contractus dicere, & non dixit. † & ibidem habes quis dicatur potuisse legem dicere contractui: & quod in dubio interpretatio fit pro obligato ad diminutio-
72 nem suæ obligationis. † Secunda ratio est, quia juramentum calumniæ plura capitula continet pertinentia ad ordinatoria, progressum & prosecutionem judicii & causæ, & sic pertinentia ad officium procuratoris, quàm capitula pertinentia ad merita causæ & rei controversæ naturam, & sic concernentia juramentum domini, ut supra, *hoc eodem capite* dixi, & habetur supra *cap.* 2. Cum igitur juramentum calumniæ contineat plura capitula concernentia procuratorem, quàm dominum, videtur dictum juramentum prævalere in hoc, & sic videtur intelligendum in eo sensu, in quo prævalet,

ar-

Digitized by Google

argum. l. quæritur, ff. de statu hominum. † per quem text. voluit Foller. *in pract. crim.* 73
in 2. parte, versic. capiat informationem, num. 22. quod si quis examinatur ut principalis quoad se, & testis quoad alios, debet dari ei sic examinato copia indiciorum, sicut datur reo principali inquisito: quod utique non fit in teste, ante torturam: quia in eo qui examinatur ut principalis quoad se, & testis quoad alios, prevalet illa ratio principalitatis, ut Foller. *ubi supra*, & facit idem *ibid. in 3. parte, tertia partis, versic. & si confitebuntur, num.* 90. † & quod sensus, in quo res prævalet, capi debeat, & secun- 74
dum illum intelligatur, conferunt dicta in similibus casibus, quos secundum diversitatem materiæ tradunt Bart. *in qu.* 15. *versic. incipien. secundò dic. quod ad perfectionem*, Anchar. *consil.* 384. *num.* 4. Vulpell. *responso.* 34. *num.* 9. Herculan. *in tract. de caut. de non offenden. c.* 17. *n.* 4. *& arg. eorum, qui habentur in l. eum qui, §. si injuriam, ff. de injur.* † Nec obstat, quod dicitur indefinita æquipollere universalibus; cùm eadem ra- 75
tio non reperiatur in juramento calumniæ domini, & in jur. cal. procuratoris, ut patet ex supradictis, & in *c.* 2. & ubi non est eadem ratio, non habet locum dicta regula, quod indefinita æquipolleant universalibus, *l. quæsitum, §. illud, ff. de leg.* 3. † quam regulam 76
etiam in dicto testis limitant Marius Anguisol. *cons.* 115. *num.* 2. *volum.* 1. Gail. *pract. observat. lib.* 2. *obser.* 108. *num.* 7. & in eodem dicto testis & in instrumento limitat, & ibi quod non habeat locum, Marsil. *singul.* 171. † & pluribus modis limitat eam 77
etiam Cagnol. *in l. prima, ff. de regulis juris.* † Alia adduci possent pro & contra 78
hanc sententiam scholastica argumenta, quæ aliis subtilioribus ingeniis discutienda relinquo, & præmissis rationibus, quibus intellectus acquiescere videtur, brevitatis gratia contentus sum; & subticeo tertiam rationem, quæ maximè movere debet, & ob quorundam procuratorum Deum non timentium non pono: ab ipsis enim, ut plurimum omne malum in litibus provenit, protrahuntur lites, informantur testes, distrahuntur domini principales litigantes à veritate dicenda, & stimulantur ad mendacia. Et ego novi Advocatum, qui nunc in inferno cruciatur, sub cujus clientela cùm esset quidam litigans non pauper, ipse advocatus dixit procuratori, hic clientulus est bonus pipio pro nobis, ideo sciamus nobis illum conservare: & pro commodo & utilitate advocati, qui multos proventus percipiebat in informando desuper in scriptis, & viva voce in omni minimo dubio, protractum fuit diu juramentum ab adversario petitum, & clientulus habitus pro confesso, & spoliatus possessione, quæ ab ipso petebatur per adversarium, & per hanc amissionem possessionis clientulus fuit effectus mendicus, & sua domus onerata filiabus pulchris & nubilis ætatis in dispersionem abiit, nec causam prosequi valuit. Et unũ non prætermitto, quod quidam, qui favoribus tuebatur causam dicti clientuli; videns eum debilitatum facultatibus, ausus est tentare honorẽ dicti clientuli, & ab ipsomet patre quæsivit, ut sibi prostituere vellet filias, aliàs ipse nolebat ulterius causam favoribus tutari; unde clientulus interno dolore oppressus occubuit: ad hæc aliquando tales mali homines adducunt clientulos. Noscо etiã procuratorẽ adhuc viventẽ & non timentẽ Deum, qui dixit procuratori adversario, intelligo quod nostri

pr in-

Digitized by Google

principales tractant concordiam,& mihi displicet,quia est causa utilis pro nobis, & vellem eam durare & non concordari. Hæc pauca posui contra propriam voluntatem, timens non offendere innumeros bonos advocatos, & procuratores timentes Deum, quorum ministerium per istos iniquos vituperatur; & calamus in se retinere noluit, sperans,quod si aliquis talis legat hunc librum, resipiscat & recedat à via sua mala, & non exspectet judicium,quod secuturum est contra advocatũ prædictum, & illum carnalem, qui causam fovebat favoribus: ambo enim paulò post judicio evidenti Dei ignominiosè perierunt, & hæreditas eorum ab extraneis in fruitra scissa, & dilapidata prorsus in instanti fuit. Subticeo inquam hanc tertiam rationem, quæ maximè movere debet ad intelligendum, quod si petatur modo præmisso jurari, & eodem modo juretur,dicatur petitum jurari,& juratum in animam procuratoris,à quo pendet omne
79 malum,& omne bonum in causa. † Ex quibus infero ad unum notabile,quod stantibus præmissis,si peteretur simpliciter,ut juraretur de calumnia,intelligeretur petitum jurari per procuratorẽ quoad ordinatoria, progressum & prosecutionem judicii, ut dixi: Cumque ad sic jurandum teneatur procurator in animam propriam jurare, & procurator non indigeat aliquo mandato ad jurandum in animam suam propriam; sequitur necessariò, quod si petatur simpliciter de calumnia jurari, poterit etiam jurari per simplicem procuratorem mandatum habentem absque aliquo alio speciali mandato;
80 quia in animam propriam jurat. † Idque etiam facere potest quilibet alius,qui comparere valet alieno nomine & sine mandato, de quibus aliqui sunt descripti *supra cap.*
81 15. † Nisi fortè peteretur jurari cum aliqua clausula,quę ex sui natura esset apta comprehendere quamcunque juramenti calumniæ speciem,vel cum clausula [Omni meliori modo, &c.] quia isto casu virtute talium clausularum crederem non esse satisfactum petitioni, nisi etiam juraretur in animam domini, vel adderentur in jurando illa verba [quod jurat ad satisfaciendum petitioni, vel importunitati adversarii] & sic impleretur utraque pars juramenti calumniæ, videlicet, pars spectans ad dominum,&
82 pars spectans ad procuratorem. † Dixi supra *hoc eodem cap. num.* 53. quod si procurator recusat jurare in animam propriam, ejus contumacia non præjudicat domino: quod certè non procederet, si procurator recusaret jurare in animam domini quoad merita causæ,& rei controversæ naturam: ejus enim contumacia domino præjudicaret, quia factum procuratoris domino præjudicat. text. *in l. si procurator, §. 2. C. de procurator.* latè Gail. *pract. obs. lib. 1. observ. 45. nu. 1. & seq.* & *sub num. 2.* dat rationem, quod dominus sibi imputare debet, quia talem procuratorem negligentem elegit, intellige
83 tamen hoc,ut dicam infra, *num. seq.* † & dicti procuratoris ficta confessio præjudicaret domino in casibus,in quibus ejus vera confessio præjudicaret domino, ut per Soci. *in d. c. cum in causa, num. 40. in princip.* ubi discutit hunc articulum, & remittit se ad dicta per ipsum *in titulis de confess. & de dolo & contumac. & in vers. decimo octavo quaro, in fin.* concludit,quod processus est nullus,& quod sibi hæc opinio placet. Quam sententiam,quod processus sit nullus,si procurator sit contumax in non jurando, duco

veram

Digitized by Google

veram non ſolum, quando procurator eſt contumax in non jurando in animam domini, verum etiam quando eſt contumax in non jurando in animam propriam requiſitus; Recuſat enim jurare ſuper principalioribus capitulis contentis ſub juramento calumniæ, ut præmittitur. † & huc tendunt dicta per Bal. *in l. qui bona, §. ſi alieno nomine, n. 2 ff. de damn. infect.* ubi vult, quod ſi dominus relevatur ab onere præſtandi juramentum calumniæ, ipſe procurator non debet dicto onere gravari, procedit enim dicta doctrina Baldi in juramento præſtando in animam domini, quoad merita cauſæ, & rei controverſæ naturam, à quo juramento ſi dominus relevatur, (ut ſunt multę perſonæ, quas ponam infra, *cap.* 18.) Procurator etiam deberet relevari ab onere præſtandi tale juramentum; & ſi non præſtaret, ejus contumacia domino non præjudicaret. Nam quoad ordinatoria, progreſſum & proſecutionem judicii ſemper tenetur jurare procurator in animam propriam, ut dixi ſupra *hoc eod. c. n. 48. ex Rota Mant.* quæ in iſto caſu intelligi debet. † Quid dicendum eſſet, ſi accideret caſus, quod duo eſſent procuratores conſtituti cum mandato legitimo, ſive ſit mandatum generale, ſive ſit mandatum ſpeciale ad certam cauſam, cum facultate tamen in utroq; mandato conceſſa ad jurandum de calumnia, ſed non eſſent dicti procuratores conſtituti inſolidum, & aliquis ipſorum recuſaret jurare, an dominus eorum habendus ſit pro confeſſo? dic quod unus procurator ſolus non poteſt de calumnia jurare, quia quando ſunt plures procuratores conſtituti non inſolidum, unus ipſorum ſine alio nihil poteſt agere, *c. ſi duo procuratores, de procurator. in 6. Rotæ in una... coram dicto illuſtriſſimo & reverendiſſimo Blanchetto, die Veneris* 18. *Martij*, 1588. *in principio in manuſcriptis.* † & ſi unus ipſorum jurat, alius non jurat, debet procurare dominus, ut alius etiam juret, & ſi hoc non efficiat, habebitur pro confeſſo dominus, quatenus ſit reus, ſed ſi eſſet actor dominus, cadet à cauſa, & ab inſtituta actione, ut dixi ſupra *c.* 14. quia non ſufficit juramentum unius procuratoris, ubi plures ſunt non inſolidum: & ille qui jurat ſolus, perperam & inutiliter jurat, & idem eſſet, ac ſi juratum non fuiſſet. † Paria ſiquidem ſunt aliquid non fieri, & perperam, vel inutiliter fieri, Bero. *conſil.* 180. *num.* 10. *volum.* 3. Crot. *conſil.* 149. *n.* 28. *& conſil.* 220. *num.* 58. *vol.* 2. † Et prædicta, quod dominus habeatur pro confeſſo, intellige, ſi non vult jurare in animam ſui domini & principalis, ille, qui recuſat jurare ex pluribus procuratoribus; & de hoc dic idem, quod dixi *ſupra c.* 15. *in declar.* 43. *de tutore*, cum ſunt plures tutores dati. Nam ſi nollet dictus unus procurator ex pluribus in animam propriam jurare, non poſſet dominus haberi pro confeſſo, ſed denegaretur audientia illi procuratori, qui recuſat jurare, ut dixi ſupra ex Gail. *in hoc cap. num.* 53. *&* 82. proceſſus tamen eſſet nullus, ut ſupra dixi *num.* 83. *in fi.* † Quærit etiam Gail. *d. obſ.* 45. *num.* 3. an contra negligentiam talium procuratorum, de quibus ſupra, *n.* 82. *&* 83. *&* 88. detur domino reſtitutio? & concludit quod non: ratioq; ab eo redditur, & eſt, quia habet dominus remedium ordinarium contra procuratorem negligentem, nimirum actionem mandati ad damna & intereſſe, per jura ibi à Gail. adducta, quæ tranſcribere nolui brevitati conſulens. † Fallit tamen iſtud quando procurator non eſt ſolven-

84 85 86 87 88 89 90

Digitized by Google

do, ita ut dominus agendo contra eum via actionis, damna & interesse recuperare non posset, quia tunc dominus restituitur, ut Gail. *d. observ. 45. n 3.* intellige tamen, quod restituatur quoad hoc, quod actor non cadat à causa, & reus non habeatur pro confesso,
91 non autem quoad validitatem processus, quia processus erit semper nullus. † Et in simili dicit Gail. *d. obs. 45. n. 7.* quod non currit decendii ad appellandum terminus, nisi à die scientię domini de sententia lata, si procurator negligens fuerit ad appellandum,
92 & dictus procurator non sit solvendo. † Superius vidimus, an procurator cum generali mandato ad omnes causas, habens tamen mandatum ad jurandum de calumnia, deberet admitti ad sic jurandum, & dixi sub *num.* 17. 18. 22. 28. admittendum ex communi consuetudine vel observantia. Videndum remanet nunc, an talis procurator cum generali mandato, & facultate jurandi de calum. possit cogi ad jurandum de calumnia? Et primo fronte videtur dicendum, quod sicut debet admitti, sic etiam possit cogi ad jurandum de calumnia, & si non jurat dictus procurator, habeatur ejus dominus pro confesso si est reus, vel cadat ab actone si est actor, ut dixi paulò ante, & *in c. 14.* ut servetur æqualitas, quæ in judiciis est servanda, *l. si cum dies, § si arbiter, in fin. ff. de recept. arbitr.* Speculat. *in tit. de assessore, §. 5. n. 4. circa fi. & in tit. de expensis, §. 6. num. 22.* & dum discutio, an procurator cogi possit ad jurandum de calumnia; intelligo de procuratore, qui mandatum non acceptavit, quia nemo ad onus procuratoris invitus est trahendus, ut dicam infra, *num.* 98. præterquam in casibus, in quibus ex officio datus,
93 ut dixi supra, *num. 56. & seq.* † Ego autem contrarium sentio, & quod cogi non possit talis procurator habens mandatum generale cum facultate jurandi de calum. Nam certum est, quod antiquitus nullatenus jurare licebat, nunc verò resolutum est, quod per procuratorem jurari possit, *ex c. fin. de juram. cal. in 6.* & dixi supra, *n. 35.* Et ad probandum, quod possit jurare de cal. talis procurator cum mandato generali, & potestate jurandi de calumnia, allegatur consuetudo seu communis observantia, de qua dixi
94 supra, *n. 17. & 18.* † quæ consuetudo cum sit contraria juri, & textui expresso *in auth. principales personæ, C. de jurej prop. cal.* non videtur attendenda, *c. series tui de testibus.*
95 † Et ista consuetudo dicitur contra jus, non quia placitis repugnet Doctorum, sed quia repugnat expresso juri, ut in casu nostro, *l. contra legem, ff. de legibus, l. non dubium, & ibi scribentes, C. eod. tit.* Sed quia illam consuetudinem, vel observantiam Doctores dicunt attendendam, ut supra dixi, *num. 17. 18. 90.* & nos eandem observandam dica-
96 mus. † Doctores enim nostri imitantur aves, ut cum una volat, aliæ sequantur, illustrissimus & reverendissimus dominus Cardinalis Mantica in suo consilio post decisiones Rotæ Bononien. ad materiam, *auth præterea, C. unde vir & uxor*; quod edidit ante, quàm assumeretur à sanctissimo domino nostro ad Cardinalatum, *pag. mihi 313.*
97 † Et ut ad rem veniamus, dico, quod dubium non est procuratorem specialem ad certam & determinatam causam cum potestate jurandi de calumnia, posse cogi ad juran-
98 dum, ut Socin. *in d. c. in pertractandis, n. 37.* † dummodo tamen dictum mandatum acceptaverit, quia non posset cogi, si mandatum non acceptavit; nemo enim invitus co-

gitur

Digitized by Google

gitur ad mandatum ſuſcipiendum, *l. invitus, C. de procuratoribus, & dixi ſupra, num.* 92. 99
† Et ſi talis procurator non jurat, ob ejus contumaciam in non jurando dominus habebitur pro confeſſo, vel cadet à cauſa, ut ſæpe dixi ſupra *hoc eod. c. & in c.* 14. quod intellige, ſi recuſaret jurare in animam domini, † quia ſi non jurat in animam propriam 100
talis procurator, ejus contumacia domino non præjudicat, ut dixi ſupra, *nu.* 53. 82. & 88. † Dubium verò eſt, an poſſit cogi, quando procurator habet generale mandatum 101
ad omnes cauſas cum poteſtate jurandi de calumnia? & iſtum caſum nec Socin. *d. n.* 37 nec alius, quem viderim, tetigit in tali procuratore generali. In quo dubio dicendum exiſtimo, quod communis obſervantia vel conſuetudo quæ allegatur, & de qua ſupra *hoc eod. c. n.* 17. 18. 19. 20. & 92. allegatur ad hoc, ut admitti debeat pro ſuo principali & domino abſente, & in ejus favorē ſine ſpeciali mandato, & non pro domino abſente vel præſente, & in ejus damnum. † Ratione autem abſentiæ multa conceduntur, ut Pa- 102
norm. *in c. caterum, n.* 7. *in fi. de jur. cal.* & Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 29. *in fi.* ubi latè hanc meteriā, ſed non admodum explicitam habes, † ſi igitur eſt inductum ad favorem 103
domini abſentis ex præcitata conſuetudine & obſervantia, ut admittatur talis procurator generalis cum mandato ad jurandum de calumnia, retorqueretur in ejus odium, ſi poſſit in contumaciam talis procuratoris dominus puniri & haberi pro confeſſo, vel cadere à cauſa, & inducta ad favorem in odium non debent retorqueri. Panorm. *in c. intelleximus, n.* 4. *extra de judic.* † Præterea ſunt termini diverſiſſimi dicere talem pro- 104
curatorem cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia admitti ad jurandum de calumnia, & dicere talem procuratorem cogi ad jurandum de calumnia poſſe; admittitur enim volens, cogitur autem invitus. Conſuetudo, vel obſervantia, quæ allegatur, ex ſupradictis, ſuper eo allegatur, quod debet ad jurandum admitti talis procurator generalis cum facultate tamen jurandi de calumnia inſerta in mandato generali: ergo ex eo inferri non poteſt, quod cogi poſſit, ex diverſis enim non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.* † & quamvis lippis & tonſoribus pateat iſtos terminos eſſe 105
diverſos, id etiam probare juvat ex Socin. *in d. c. in pertractandis, num.* 37. *in fine.* ubi Socin. non ſolum oſtendit eos diverſos, ſed etiam contrarios ſub his verbis, videlicet [Et pari ratione, ſicut judex neceſſitatur admittere talem procuratorem; ita per contrarium, ſi habet ſufficiens mandatum, poteſt compelli per judicem ad jurandum, nec appellatio eum defendit.] Quæ autoritas Socini videtur prima fronte contra nos, ſed non eſt contra nos, cum ibi ipſe tractet de procuratore ſpeciali, nos autem loquimur de procuratore cum generali mandato. † Non obſtat, quod æquum videatur, ut ſi talis 106
procurator cum mandato generali vult admitti ex conſuetudine, & obſervantia ſupra poſita; debeat etiam poſſe cogi: quoniam ratio, cur eſt inducta talis conſuetudo ſeu obſervantia, ut admittatur procurator cum mandato generali, & non requiratur ſpeciale, eſt, quia *per dict. auth. principales perſonæ*, ſoli principales jurabant per ſe: deinde ſupervenit *c. fin. de jur. calu. in* 6. in quo permittitur, ut procurator cum ſpeciali mandato ad certam cauſam poſſit jurare de calumnia, & ſic per *d. c. fin.* derogatum eſt rigori *d.*

Digitized by Google

auth. Postea opiniones Dd, vel notariorum, qui actis præerant præjudicialibus, nullo dato certo autore induxerunt quandam consuetudinem & observantiam, ut ad jurandum de calumnia admitteretur etiam procurator cum mandato generali pro absente, dummodo talis procurator haberet facultatem jurandi de calumnia, & sic sunt mode-
107 rati magis rigorem *d. auth.* ad effugiendas pœnas non juranti impositas. † Quandoquidem si juraretur cum non legitimo mandato, haberetur ac si juratum non esset, ut de
1 mente Castren. voluit Soc. *in d. c. in pertractandis, n.* 37. & sic incurrerentur multæ pœnæ impositæ non jurantibus, de quibus egi *supra c.* 14. & agam *infra c.* 21. Ex quibus elicitur, quod dum talis procurator cum generali mandato, & facultate jurandi de calu. admittitur ad jurandum pro domino absente, tractatur de vitando damno pœnæ incur-
108 rendæ. Dum † verò tentatur de illo cogendo, accidit contrarium. Nam si talis procurator cum generali mandato, & facultate jurandi posset cogi ad jurandum, poterit certè judex declarare renuentem jurare cecidisse à causa & actione, si actor est: & si est reus, ipsum haberi pro confesso. Unde constat, quod respectu petentis cogi talem procuratorem tractatur de lucro captando actu, vel spe: respectu verò illius, cujus procuratorem generalem cogi petitur, tractatur de damno vitando, ut scilicet non cadat à
109 causa, vel non habeatur pro confesso. † Et quando ab una parte tractatur de lucro captando, ab alia de damno vitando, favorabiliores esse debemus illi parti, quæ de damno
110 vitando agit, quàm illi, quæ agit de lucro captando. † Hinc dixit quidam Neotericus Germanus *cons.* 94. *num.* 60. *par.* 2. quod pro damno vitando favorabilior est causa rei,
111 quàm actoris, *per l. generaliter, in prin. C. de instit. & substit.* † & similiter licet ignorantia juris non excusat in lucris captandis, ut ex *Deci. in l. juris ignorantia, nu.* 3. *C. qui ad-*
112 *mitti*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 8. *gloss.* 8. *num.* 22. Bellon. *cons.* 74. *num.* 27. tamen †
113 in damno vitando talis ignorantia excusat, ut per Dyn. *consil.* 4. *num.* 12. † Et in specie, quod rusticum non excusat talis ignorantia, cùm agit de lucro captando, est annotatio
114 Stracc. ad Cravett. *consil.* 2. *n.* 11. † Licèt rusticum excuset, cum agit de damno vitando,
115 ut per Cepoll. *cons.* 56. *n.* 10. *in civilib.* † Præterea facit, quod de testibus dicitur, ut credatur potius deponentibus pro damno vitando, quàm pro lucro captando, ex Rota *in una Romana societatis officij, die* 19. *Januarij*, 1583. *in fin.* quam refert Boccac. *de societ. offic. num.* 154. & sexcenta similia exempla adduci possent, in quibus debet illis faveri magis qui tractant de damno vitando, quàm illis, qui tractant de captando lucrum.
116 † Nec dicatur, quod isti duo termini, admitti, & cogi, sint contrarii, ut supra ex Socino probavi, & ideo debeat idem jus in cogendo constitui, quod in admittendo talem procuratorem statutū est: cùm contrariorum sit eadem disciplina ad Cephal. *cons.* 209. *n.*
117 179. *lib.* 2. quia respondetur, † quod istud axioma fallit, quando contrariorū est diversa ratio, ut ex præmissis est in casu nostro, Bart. Romulcus *in comment. rubr. de acquir. poss. n.*
118 16. & 22. † Ex quibus concludo, quod in casu nostro statuendū est etiam, ut cogi non possit ad jurandum de calu. talis procurator cum mandato generali & facultate jurandi de calumnia ad evitandum damnum, ne scilicet dominus ejus cadat ab actione institu-

ta,

Digitized by Google

ta, si est actor; vel habeatur pro confesso, si est reus ob ejus contumaciam, ut supra *hoc eod. c. & in c.* 14. dixi. † Maximè autem in hanc sententiam descendi illectus auto- 119
ritate Socin. *in cap. veniens, num.* 69. *vers. ego arbitror, de accusationibus.* ubi vult, quod si procurator tanquam procurator vult venire ad plenam defensionem, ita, ut per ejus dictum, factum, vel neglectum plene præjudicetur domino, isto casu non solum requiritur speciale sed specialissimum mandatum, præsertim ad actus qui de sui natura requirerent mandatum speciale, prout est juramentum calumniæ, & respondendum positionibus: † aut procurator vult venire ut simplex defensor, quia utile est absen- 120
tes à quocunque defendi: & tunc debet admitti, etiam sine mandato, non tantum cum mandato generali. Et ibi Socin. subdit, multa suppleri posse per judicem in favorem absentis, & ad ejus defensionem, quæ non permitterentur, si non ageretur de ejus favore, sed de præjudicio: & concludit, quod ubi potest absenti afferri præjudicium plenum per factum, dictum, aut neglectum procuratoris, debet procurator habere mandatum speciale,; præsertim, si per factum, dictum, aut neglectum procuratoris incideretur in pœnam, prout est in casu nostro, in quo per neglectum procuratoris caderet actor ab actione; & reus haberetur pro confesso, quia in similibus pœnalibus requiritur speciale mandatum, ut Socin. *d. num.* 69. † & dicta consideratio, an per tale jura- 121
mentum possit afferri præjudicium domino, si habet locum in actore, & in admittendo ejus procuratore generali sine speciali mandato, cum facultate tamen jurandi de calumnia, & quod possit admitti, quia non agitur de ejus magno præjudicio, ut concludit Panorm. *in c. cæterum, num.* 7. *in fin.* & Socin. *in d. c. in pertractandis, numer.* 29. *ante fin.* † multo fortius debet habere locum in reo, quia est actore favorabilior, Boer. 122
cons. 30. *num.* 8. † si igitur consideratio, quod afferri non possit præjudicium domino, 123
facit admitti similem procuratorem actoris cum generali & sine speciali mandato, ex citata doctrina Socin. & Panormit. & id ex prædictis extenditur ad reum. † Arguen- 124
do nunc à contrario sensu (quod argumentum à contrario sensu recte sumitur à doctrinis Doctorum, ut videtur innuere Joan. de Garronibus *in auth. ex testamento, nu.* 10. *ante fin. vers. ex quibus concludo, C. de secundis nuptiis*, & de communi testatur Vivius *lib.* 1. *opin.* 71. *num.* 10. dicere possumus & debemus, quod ubi afferri poterit præjudicium domino, talis procurator non admittitur. † Assumendo nunc istud pro- 125
xime dictum, quod procurator cum generali & non speciali mandato cum facultate tamen jurandi de calumnia, quando præjudicium potest domino afferre, non debet admitti, ergo à fortiori multo minus cogi debet; licet dicti duo termini sint diversi, imo contrarii, ut videtur innuere Socin. relatus supra, *num.* 105. & de uno ad aliud non recte inferri posse, dixerim, *num.* 104. *& sequen.* in casu nostro fieri poterit de uno ad alium inferendo, quia eadem ratio præjudicii militat in utroque, videlicet, tam in admittendo, quam in cogendo; & ubi militat eadem ratio, debet esse eadem contrariorum disciplina, Bartholom. Romuleus *ubi supra, num.* 15. † cum ubi militat eadem ra- 126
tio, debeat militare eadem juris dispositio, Rota *in una Romana de Incoronatis, die* 28.

Digitized by Google

127 *Junii, 1577. in fin. coram Aldobrandino nunc ſummo Pontifice.* † quod eadem ſit ratio utriusque in caſu iſto, probatur ex eo quod dum dico, quando talis procurator generalis poteſt præjudicium afferre non debet admitti, pono futurum eventum poſſe eſſe dubium, & quod poſſit vel non poſſit parare præjudicium, & ideo non admittitur. Dum dico talem procuratorem poſſe cogi ad jurandum, licet non ponam illam orationem (quando poteſt afferre præjudicium.) intelligitur ex natura verbi; nam qui cogitur jurare, ſi jurat, evitat pœnas ejus domino non juranti impoſitas: ſi vero non jurat, non ſolum non evitat pœnas prædictas, verum illas incurrit, & ſic apparet rationem futuri
128 & eventus in utroque caſu præmiſſo dubii eandem eſſe. † Sed non itidem dicitur in alio caſu dum *ſup. n.* 116. arguebatur, quod idem jus ſtatuendum eſſet in cogendo, quod in admittendo. In admittendo enim nullus poteſt eſſe dubius futurus eventus, non enim poteſt incurri aliqua pœna, qui enim admittitur ſemper jurat, & ſic evitat pœnas prædictas: qui vero cogitur non ſemper evitat pœnas præfatas, ut dixi proximè; & ſic ille, qui admittitur, privatus eſt potentia parandi præjudicium, ille autem qui cogitur habet
129 potentiam reducibilem ad actum afferendi præjudicium. † Nec relevat dicere, quod Socin. *in d. cap. veniens, in citato, num.* 69. loqui videatur in criminalibus, & ideo non eſſe inferendum ad civilia: quia ſi per dictam Socin. doctrinam habemus deciſum caſum in criminalibus, ex ea inferri poteſt, ad civilia, cum criminalia judicia ad inſtar civilium redigantur: maximè quia iſto caſu militat eadem ratio præjudicii in civilibus, quæ in criminalibus, & ideo debet militare eadem juris diſpoſitio, *L. à Titio, ff. de ver-*
130 *bor. obligationib. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & dixi ſupra, num.* 126. † Accedat prædictis, quod ſi dicta obſervantia, ſeu conſuetudo admittendi ad jurandum de calumnia talem procuratorem cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia, ad illum caſum cogendi talem procuratorem ad jurandum extenderemus, daremus anſam fraudibus, nam poſſet aliquis actor aſtutus convenire talem procuratorem cum generali mandato, & de cauſa non informatum, & ipſum imperatum urgere ad jurandum, qui nollet, veluti de cauſa & de ejus meritis non informatus, jurare incautè & imperatus ad jurandum accedere; præſertim perterritus ex quo poſſet criminaliter cauſa cognoſci, ſi calumniaretur. ut dicam *infra, c.* 23. & in dicti procuratoris jurare nolentis contumaciam poſſet declaratoriam obtinere, ut habeatur dominus pro confeſſo, ſi eſt reus: & quod dico de reo, dico etiam de actore, & hominum malitiis non eſt indulgendum, *l. in fundo, §. cenſuimus, verſ. neque malitiis, ff. de rei vendic.* ſed illis obviandum eſt, *c.*
131 *ſedes, de reſcriptis.* † Præterea ſimiles procuratores cum mandato generali, ſolent ut plurimum conſtitui, & à dominis non informantur de omnibus cauſis, quia impoſſibile eſſet dominos prævidere poſſe omnes lites ipſis movendas ab adverſariis, & ſic dicti procuratores ignorant cauſas ut plurimum, & de meritis cauſarum non informati ſunt: quare etiam ſi tales procuratores vellent jurare de calumnia, eſſent rejiciendi, & non admittendi; cum perſonæ, quæ coguntur jurare debeant eſſe idoneæ, & de cauſa informatæ, ne ancipites cogantur ſubire perjurium, ut tradit Panormitanus *in d. capitulo*

cati-

Digitized by Google

caterum, num. ſeptimo, paulo ante fin. & ibidem Socin. *numero quinquageſimo, in fin. & in dicto capitulo, in pertractandis, numero vigeſimonono, paulo ante fin.* ubi id late diſcutit. † Poſtremo ſupra dixi *numero decimoquinto*, ex Socin. cui nunc addo Gaillaul *di-*132
cta deciſione octuageſimatertia, numero tertio, quod mandatum generale cum facultate jurandi de calumnia, intelligitur in cauſis juſtis jurare poſſe; ſi igitur cauſa eſſet injuſta dominum non ligaret; quod de facili accidere poſſet, ſi cogere velimus ad jurandum procuratores cum mandato generali; quod non accidit in procuratore habente ſpeciale mandatum, is etenim dominum ligaret jurando etiam in cauſis injuſtis. † Quæ133
omnes rationes judicio meo ſatis urgent ad concludendum, quod procurator cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia non poſſit cogi ad jurandum. †134
Prout dixi ſupra, *numero* 97. poſſe cogi procuratorem, qui habet ſpeciale mandatum ad certam & determinatam cauſam, qui procurator cum ſpeciali mandato, & facultate jurandi cogi poteſt, nec appellatio eum defendit, ut Socin. *in dicto capitulo, in pertractandis, numero trigeſimoſeptimo in fin.* ſicut videre eſt in ejus doctrina transſcripta ſupra, *numero centeſimoquinto.* † Non obſtat præmiſſæ concluſioni, in qua dicitur tales135
procuratores cum mandato generali, & facultate jurandi de calumnia cogi non poſſe ad jurandum de calumnia, Socin. *dicto numero trigeſimo ſeptimo*, ubi videtur tenere, procuratorem poſſe cogi, quia ibi Socin. loquitur de procuratore habente mandatum ſpeciale ad certam, & determinatam cauſam cum facultate jurandi de calumnia, ut dixi ſupra, *dicto numero centeſimoquinto*, qui procurator cum mandato ſpeciali cogitur etiam remota appellatione, ut proximè dixi. Neque obſtat, ſi objiciatur, quod cum quis cogitur ad jurandum de calumnia, nullum poteſt præjudicium afferre ſuo domino, quia dum cogitur ad jurandum. jurat, & ſic non incideret ejus dominus in pœnas impoſitas non jurantibus. Nam ſi non juraret non diceretur cogi ad jurandum, in ſua enim voluntate eſt ſi vult jurare, vel non jurare; Dixi enim ſupra, *c.* 14. quod ſi aliquis nolit de calumnia jurare, non poteſt adverſarius dicere, ſe non eſſe contentum, ut recuſans jurare declaretur incidiſſe in pœnas recuſantib. jurare impoſitas, ſed velle, quod præciſe cogatur renuens ad jurandum, unde patet, quod cogi non poteſt. † Quia re-136
ſpondeo litigantes omnes obligatos eſſe ad juramentum calumniæ non ſimpliciter, & præciſe, ſed alternativè; videlicet, ad jurandum de calumnia, vel cadendum in pœnas impoſitas recuſantibus jurare, dum ego dico cogi poſſe ad jurandum de calum. intelligo illud verbum, *cogi*, ſub illa alternatione, quod non jurando cadat à cauſa, & non intelligo præciſe ad jurandum. † Verba enim debent intelligi ſecundum ſubjectam ma-137
teriam, Gozadinus *in repet. l. is apud quem, n.* 15. *C. de eden.* Cephal. *conſ.* 25. *n.* 19. *lib.* 1. Etiamſi contingeret verba impropriari, Decius *in l.* 1. *n.* 13. *C. qui admitti.* † Et ideo di-138
xit Tiraq. *in tract. de jur. conſtit. part.* 3. *limitatio.* 7. *n.* 36. quod ſi in materia de ſui natura alternativa addatur juram. d. juramentum appoſitum intelligitur etiam alternativè, & non obligat præciſe ad unum. † Et eſt in electione jurare debentis vel jurare, vel ca-139
dere in pœnas impoſitas recuſantibus jurare, alternativæ enim electio regulariter

eſt

Digitized by Google

est debitoris, tex. *in l. plerumque, in fine, ff. de jure dotium, & ibi gloss. in verbo, electio, c. ultimo, §. finali, & ibi gloss. in verbo, causa plus petitur, de plus petition. l. non utique, ff. de eo quod certo loco, §. si quis agens, vers. huic autem, qui loco,* ubi Angelus, *num.* 3. Joan. Fab. *num.* 8. Mynsingerus, *num.* 3. *instit. tit. de action.* Ubi habetur, quod qui petit præcisè unam alternativæ partem contra debitorem obligatum alternativè, dicitur petere plus debito. † Et propterea dixi supra, *c.* 14. *num.* 58. & repetii in hoc *c.* 140 *num.* 135. *in fin.* quod petens de calumnia jurari non potest obtinere ut adversarius præcisè cogatur ad jurandum de calumnia, dicetur tamen cogi præcisè intentionaliter, & quoad intentionem petentis jurari, sed effectualiter præcisè non poterit cogi ad ju- 141 randum. † Solet insuper accidere, quod aliquis constituatur procurator nulla expressa certa causa, sed generalis & specialis, ita, & quidem tali modo, ut specialitas generalitati, nec è contrario deroget, & dubitari posset, an istud mandatum debet dici generale, vel speciale? Dico quod tale mandatum est generale, licet, vigore dicti mandati possit comparere in quibusdam certis causis, in quibus fungetur vices mandati specialis. Nam attenditur id, quod principaliter agitur, non autem id, quod in consequentiam venire potest, Socin. *in d. c. veniens, num.* 13. *vers. pro hac facit,* & 142 hic agitur principaliter de mandato generali, non de mandato speciali. † Dicitur autem mandatum speciale illud, quod à principio quo fit, est speciale ad certam causam; 143 etiam ante, quam ad actum redigatur. † A primordio enim tituli posterior formatur eventus. Aymo. *cons.* 106. *num.* 10. Crot. *cons.* 40. *num.* 14. *lib.* 1. Anchar. *cons.* 26. 144 *num. final.* † Sed illud mandatum conceptum sub præmisso generali modo, ita quod specialitas generalitati, nec econtra deroget: semper erit generale, donec eo utatur procurator in certa causa, & ad actum reducatur, & quando ad actum erit reductum dicetur mandatum speciale, vigore dictæ clausulæ specialis, & sic ante applicationem ad actum & ante factum erit generale, post applicationem ad actum, & certam causam, & ex post facto dicetur speciale, & operabitur specialitatem per applicationem in illis casibus, in quibus mandatum speciale non requiritur, sed sufficit generale, & hoc modo illa clausula specialis in tali mandato generali appositа non videbitur ociosa, sed po- 145 sita ad bene esse, non ad necessitatem. † Si autem mandatum non haberet in se dictam clausulam specialem, semper dicetur mandatum generale ante applicationem, & post applicationem certæ causæ & determinatæ, nec poterit per applicationem dici mandatum generale: quoniam in mandato nihil est, quod arguat specialitatem, & à primor- 146 dio tituli posterior formatur eventus, ut dixi *num.* 143. † Idemque dico de illa clausula, quæ apponi solet in mandatis generalibus (etiamsi talia forent quæ mandatum exigerent magis speciale) quam nihil operari credo ad reddendum mandatum speciale, si mandatum ex se sit generale, & sit constitutus procurator generalis tantum, & non generalis, & specialis simul; quia dicta clausula est comparativa sine positivo speciali in mandato & sine aliqua causa speciali in mandato expressa; alias quoad illam causam certam, quæ in mandato exprimeretur, diceretur mandatum speciale, respectu enim diversa-

Digitized by Google

versarum personarum in mandato expressarum dicuntur diversa capitula, & mandatum procuratorium dividi potest, ut dixi supra, *nu.* 20.25. *&* 27. Et si nullum positivum sit in mandato, utique nihil operabitur dictum comparativum, quia præsupponit, ut dixi, positivum. ita Plot. *cons.* 35. *n.* 10. ubi eleganter vult non irrogari injuriam Titio, si Cajus ei dicat, se Cajum esse nobiliorem, vel probiorem Titio, quia præsupponit Titium nobilem, & probum. † Hinc dixit Prosper Pasethus *cons.* 194. *n* 42. quod si 147
in rescripto narratur comparativum, cujus positivum non sit verum, redditur rescriptum subreptitium. Sed rejectis istis ad opportuniores occasiones, & veniendo ad rem nostram: † si procurator habens generale mandatum cogi non poterit ad jurandum 148
de calumnia, quid agendum erit pro causæ expeditione? dic, quod si talis procurator constitutus sit generaliter ante motam litem, tunc debeat citari ipsemet dominus ad jurandum de calumnia, & constituendum procuratorem reperibilem & acceptantem, qui citari possit cum legitimo mandato, & speciali cum facultate jurandi de calumnia, & comparendi legitime active & passive in omnibus actibus requirentibus speciale mandatum, & illos explicandi: & ad omnes & singulos alios actus desuper necessarios & opportunos, etiam ad sententiam quamcunque declaratoriam & diffinitivam inclusive, & usque ad totalem causæ expeditionem; aliàs videndum decerni processum per affixionem ad valvas curiæ, aciei campi Floræ, per contradictas, edicta, omniq; alio meliori modo &c. † aut constitutus est talis procurator cum mandato generali post dictam 149
litem motam & cœptam cum suo domino principali, qui post dictam litem cœptam recessit; & tunc aut agitur via exequutiva, aut via ordinaria, utroq; casu si est cognitus cursoribus committuntur diligentiæ, prout habes apud Vantium. *in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat.* contra ipsum dominum, & pro abundantiori cautela ad effugiendos scopulos litis, citetur etiam unico contextu, cum clausula tamen (quatenus sit legitimus procurator) talis procurator cum generali mandato. † Idemque agen- 150
dum esset, si dominus moraretur in curia; nec copiam sui faceret ut citari posset, sed latitaret. † Etsi citatio emanari deberet ad citandum extra curiam, vide Vestr. *in pract.* 151
lib. 4. *c.* 2. *&* 3. *& ibid. Gravat. in addit.* † & si citatus sic non comparuerit, neque 152
constituerit procuratorem reperibilem & acceptantem, decernetur processus modis commminatis, citando etiam semper talem procuratorem cum generali mandato ad majorem cautelam cum clausula prædicta. † Qui processus eo magis subsisteret, si ille 153
qui agit & citare intendit, jurat super absentia adversarii, & desuper duos testes summarie examinat: quia processus per contradictas & edicta non conceditur, nisi per absentiam citandorum. † Et idem servabitur etiam contra procuratorem cum speciali 154
mandato, qui se absentaret, aut latitaret. † Nec sufficienter absentia probatur juramen- 155
to, sicut de non tuto accessu voluit Vestr. *in pract. lib.* 4. *cap.* 2. *&* 3. Vant. *ubi supra, n.* 26. 127. 128. † Et prædicta procedunt, quando ille, qui citandus est, non habet in 156
urbe domicilium, quia si in urbe domicilium habet, debet in suo domicilio citari; etsi citatio esset talis, quod personalis requireretur fieri, ut de causis commissariis dicam

157 infra, tunc committuntur diligentiæ, etiam si domicilium in urbe habeat. † quando autem nescitur ubi sit ille, qui citandus est, dabitur curator ejus bonis, & ipse curator jurabit de calumnia, ut dixi supra, *capitul.* 15. *in declar.* 44. *numer.* 297. *& sequ.* & contra eum causa integra prosequetur. Nec obstat Socin. *in dict. capit. in pertractandis, nume.* 29. ubi id latè discutit: quia procurator à domino relictus non habet legitimum mandatum: & si haberet legitimum mandatum saltim generale cum facultate jurandi de calumnia, & vellet jurare, utique esset admittendus excommuni observantia supra citata, & prout etiam tradit Bart. *in d. l.* 2. §. *fin autem, n.* 5. & sequitur Panorm. *in c. caterum, n.* 7. *de jur. cal.* non tamen cogi posset, ut dixi. sed in omni casu citarem etiam illum procuratorem relictum à domino una cum curatore bonis dato, ut dixi supra, *n.* 49. *&* 52. & ad Bart. Soc. *in reg.* 207. *fall.* 1. idem respondetur,

158 quod supra dictum fuit de Marian. Soc. ubi supra proximè. † Postquam cum occasione juramenti calumniæ aggressi sumus materiam citationis, antequam ad nostrum juramentum revertar, monitum te in foro tyronem esse velim, quod si in causa, quæ agitur, non proceditur executivè, prima citatio debet esse personalis. ad Alex. *cons.* 2. *n.*

159 2. *lib.* 3. Tiraq. quam plura in id cumulat, *de retract. lign.* §. 9. *gl.* 2. *n.* 44. & præsertim prima citatio post litem contestatam, ut voluit Rom. *cons.* 454. *n.* 42. *lib.* 2. † & si causa esset commissaria, citationes in ea debent esse personales omnes, ut elicitur ex Bero. *cons.* 42. *n.* 42. *lib.* 3. & hoc servatur in Cur. Rom. Innumera non extra propositum inseri potuissent notabilia in materia citationis, sed consultò ea relinquo brevitati

160 consulens, & ad nostrum juramentum rediens dico. † Quod si procurator habet legitimum mandatum ad jurandum ac speciale, & non jurat, & ob ejus contumaciam dominus patitur aliquod damnum & interesse, ipse procurator de suo tenetur, ut dixi supra, *c.* 15. *in declarati.* 43. *& in eod. c.* 15. *n.* 425. *de administratore* & tenebitur domino actione contraria mandati. An autem domino concedatur restitutio adversus talem negligentiam procuratoris? dic ut posui supra, *n.* 82. 83. 88. 90. si tamen procura-

161 tor sciebat suum dominum bonam causam fovere. quia † si sciret malam causam fovere, non debet jurare; quoniam pro nullo homine debet falsum dicere, vel injustitiam

162 facere, Soc. *in d. c. cum in causa, n.* 22. † si vero non scivit an suus principalis haberet bonam vel malam causam, & similiter teneri credo: quia ex quo mandatum accepta-

163 vit debebat cognoscere de justitia causæ & de illa se informare. † cum paria sint scire &

164 scire debere. Gail. *de pace publica. c.* 1. *n.* 11. † præsertim tenebitur, quia dominus mandando pro se jurari de calumnia in tali causa speciali præsumitur habuisse justam causam, cum alias dictum mandatum ad jurandum de calumnia includeret delictum, & in dubio actus præsumi debet exclusivus delicti, non inclusivus. Ceph. *cons.* 363. *n.* 2. *li.* 2.

165 † ex parte etiam procuratoris cum mandato speciali, præsumitur quod dominus habuerit justam causam, ex quo ipse procurator acceptavit mandatum & causam defendit, & sic per hanc acceptationem & defensionem præsumitur justificata, pro parte etiam procuratoris causa domini, alioquin peccasset procurator acceptando, & defendendo causam

Digitized by Google

cauſam non juſtam. † In procuratore cum mandato generali, qui admitti poſſit ex com- 166
muni obſervantia, ſeu conſuetudine, de quibus egi ſupra, *hoc eod. c.* idem dico, ſi mandantum acceptavit: ſi autem mandatum non acceptavit, ſecus eſſet. & hoc ipſum ſervandum de acceptatione, vel non acceptatione mandati eſt in procuratore ſpeciali: nemo enim ad onus procurationis cogendus eſt, ut ſupra dixi. † Ad prædicta damna, & a- 167
lia, quæ in litibus ob eorum negligentias domini patiuntur, attendant: quia ad multa ipſi procuratores tenentur, & in reſtitutione ſimilium damnorum conforment eorum conſcientias cum Sacris Canonibus, ſanctis patribus ſacræ theologiæ, & præmanibus ſæpe habeant Navarrum in ſuo manuali *in c. de procuratore*, & alios Summiſtas ſpecialiter *in verbo, Procurator*, ubi plura de ſimilibus habentur. † An autem procurator, 168
qui de calumnia petit jurari, debeat ipſe mandatum habere ad jurandum? & tene quod ſic: quia ipſe prius tenetur de calumnia jurare, ut dixi ſupra, *cap.* 7. & ſi non habet mandatum ad jurandum non poterit jurare, ut dixi in præſenti *c. & in præcedenti etiam.* ſed iſtud intellige, quando procurator petit jurari in animam domini; quia ſecus eſſet, ſi peteret jurari in animam procuratoris, nam tunc poterit petere etiam ſine mandato, cum ſine mandato procurator adverſarius jurare poterit, ex iis quæ ſupra poſui, & ipſe petens etiam. & ideo in mandatis procuratoriis poni conſuevit clauſula (ad jurandum, jurarique videndum, &c.) † Dixi ſupra de procuratore in genere, remanet 169
nunc videre de procuratore in ſpecie, qui videtur poſſe, vel debere jurare. Et primo de Procuratore domino litis effecto, qui poſt litem conteſtatam de calumnia jurat. *gl. fin. in c. fin. de jur. cal. in 6.* ſed hoc intellige dummodo concurrat conſenſus expreſſus ſeu tacitus adverſarii, & non ſit conteſtata fraudulenter per dicti procuratoris reſponſionem ignorante adverſario, & ſine legitima perſona ad conteſtandum. † Et iſte pro- 170
curator dominus litis effectus jurare poteſt ſine mandato etiam, ſecundum Spec. *in tit. de jur. cal. §. 3. n. 14.* quæ doctrina Speculat. intelligitur ad jurandum in animam propriam, ad quod non indiget ſpeciali mandato: & non ad jurandum in animam domini, quia ad id requiritur ſpeciale mandatum, ut dixi. † Secundo loco ſe offert procurator 171
fiſci, qui & ipſe de calumnia jurare tenetur, Annotant. *in pragmat. Regni, incipien. exceptionem litis ingreſſum, numer. 4. in princip.* Andr. Gail. *pract. obſerv. libr. 1. obſer. 90. n. 3. & 6.* Rota Mantuana, de qua teſtatur Surdus *deciſ.* 18. † Quæ concluſio, 172
quod procurator fiſci juret de calumnia, veriſſima eſt de jure, ſed in practica non ſervatur, ut Gail. & Annotant. *in proximè citatis locis tradunt*, d. Rota Mantuana *deciſ.* 18. & dicam infra, *c.* 18. † Tertio datur procurator in rem ſuam, qui ſimiliter jurare 173
tenetur, Spec. *d. §. 3. n. 10. verſ. ſed procurator in rem ſuam, gl. in l. non ſolum, verbo, interrogationibus, verſ. ſed tu dic, ff. de procuratorib.* quam refert & probat Bart. *in dd. 2. §. ſin autem, n. 6.* Alberic. *in d. l. 2. nu. 24. C. de jurej. propt. cal.* † & ratio eſt, quia 174
talis procurator dicitur principalis, Alberic. *d. num. 24.* Marian. Socin. *in d. c. in pertractandis, nums. 25.* † ſed quando pars adverſa objiceret, quod talis procurator ſit ſuſ- 175
ſpectus, vel dominus melius informatus, tunc non ſufficit jurare procuratorem, ſed

tenebitur jurare etiam dominus, ut voluerunt gloss. *in d. l.* 2. §. *fin autem, in verbo, ſubeat, circa medium*, Spec. *in d.* §. 3. *num.* 10. *in fin.* intellige tamen hoc, quod uterque juret, dominus ſcilicet & procurator diverſis reſpectibus, ille quoad merita cauſæ, iſte quoad ordinatoria judicii & proceſſum & proſecutionem cauſæ. ut ſupra de ſimplici
176 procuratore dixi. † An autem huic procuratori, & aliis procuratoribus ſit concedenda
177 dilatio ad jurandum de calumnia, dic ut dixi ſupra, *c.* 11. † Quarto datur etiam procurator ad negocia, qui pro ſuo domino poteſt agere & defendere, & hic quod poſſit jurare de calumnia tenent Specul. *d.* §. 3. *num.* 14. Panorm. *in d. c. inhærentes, n.* 5. *in fin.*
178 Bart. Socin. *reg.* 207. *in* 1. *fallen.* † Contrarium autem, & quod iſte procurator non
179 poſſit jurare tenet Marian. Socin. *in d. c. in pertractandis, n.* 38. † Quæ duæ contrariæ opiniones concordari poſſent, quod prima procedat, quando principalis eſt abſens & non reverſurus de brevi; ſecunda vero opin. Marian. Socin. procedat, cum dominus principalis eſt præſens: Vel quod prima opinio procedat in jurando de calumnia in animam iſtius procuratoris, & ad ſimplicem juris ſatisfactionem, quoad ordinatoria judicii, & proceſſum, ac proſecutionem cauſæ, ut ſupra, *c.* 15. & in hoc c. inculcavi. Secunda vero opinio procedat, quoad merita cauſæ, & rei controverſæ naturam ad jurandum in animam Domini: quia ad hoc requiritur ſpeciale mandatum. ut *d. cap.* 15. *& in hoc c. ſæpe inculcavi.* Et hæc ſolutio magis placet, quia ſi principalis eſt abſens datur cura-
180 tor bonis, ut dixi ſupra, *c.* 15. *n.* 293. *& ſeqq.* & dicam infra, *c.* 17. *in fin.* † Præmiſſis eſt affinis actor tutoris & curatoris minorum & pupillorum qui eſt conſtitutus cum decreto judicis, & quia eſt legitimus adminiſtrator jurat de calumnia, ut per Bald. *in d.* §. *quod obſervari, n* 7. licet videretur ponendus inter legitimos adminiſtratores *in c.* 15.
181 ſed quia ejus adminiſtratio, pendet ex alieno mandato, poſitus eſt in hoc capitulo. † Et talis actor conſtituitur, ex cauſa, *tex. in* §. *quod ſi tutor, & ibi gl. in verbo, actorem, Inſtit. tit. de curat. gl. in l. curatorem, in verbo, debueras, C. qui dar. tutor vel curator.* & ſi-
182 ne cauſa non conſtituitur. † In ejus conſtitutione debet etiam intervenire decretum judicis, *d.* §. *quod ſi tutor, & gloſſella marginalis ad dictam gloſſ. in verbo, actorem, qua*
183 *gloſſella incipit, dic quod imo.* † Et debet conſtitui periculo tutoris & curatoris, *tex. in*
184 *d.* §. *quod ſi tutor, & in d. l. curatorem, & ibi gloſſ.* 1. *& d. gloſſ. in verbo, debueras.* † & ſimilis actor conſtituitur per tutores & curatores ante litem conteſtatam, & non procurator, ad Marant. *in ſuo ſpeculo, parte* 4. *diſtinct.* 15. *in titul. validum aut invali-*
185 *dum, n.* 54. † Et actor conſtitutus per tutores & curatores ſi committit calumniam, & de calumnia juravit, condemnatur in expenſis de ſuo proprio, ut dicam *ca.* 23. *de ad-*
186 *vocato, ac aliis intervenientibus in judicio alieno nomine.* † Antequam terminemus iſtud cap. 16. quæri poſſet de quadam quæſtione, quæ raro accidere ſolet, quam infra ponam. Regulare eſt, quod mandatum procuratorium expirat morte mandantis, *gl. in l. Erus, qui,* §. *placebat, verſ. non facies. ff. de reb. cred.* Gravat. ad Veſtr. *lib.* 4. *c.* 4. *in verbo, niſi forte, num.* 39. multa cumulat Alphan. in Collect. *nume.* 205. Socin. *regul.* 254. ubi ponit fallentias, Gabr. *lib.* 2, *concluſ.* 2. *de procurat.* ubi id ampliat & limita

pluri-

Digitized by Google

pluribus modis. † pone dominus constituens moritur, & post aliquot dies, menses, aut 187
annos resurgit; quæritur, an mandatum procuratoris ejus expiret morte, vel reconvalescat per resurrectionem domini? Item si dominus moriatur lite non contestata per procuratorem, & sic non effecto domino litis, & resurgat, ut dixi: an dictus procurator possit jurare de calumnia, vel ad jurandum cogi? item, an, si quis vivens requiratur de calumnia jurare, & requisitus non juraverit, unde inciderit in pœnas impositas non juranti bus, & moriatur ante sententiam declaratoriam incursus pœnarum in eum latam, & resurgat, ut præmittitur, pœnæ impositæ jurare nolentibus, de quibus egi supra, *cap.* 14. transeant ad ipsum post resurrectionem, vel non transeant, sicut *d. cap.* 14. dixi, non transire ad ejus hæredes, vel de novo post resurrectionem sit interpellandus ut juret, ad hoc ut in pœnas incidat prædictas? Item supra *cap.* 9. dixi, semel tantum de calumnia jurari, si quis moriatur, & resurgat, ut dixi, an teneatur iterum jurare, vel sufficiat juramentum præstitum ante mortem? Item si moriatur aliquis Pontifex, Imperator, vel Rex, aut alius, qui ratione dignitatis dum viveret excusabatur à prestatione talis juramenti in causa, quam vivens habebat super bonis patrimonialibus, & resurgens reperiat ab alio papatum, imperium, vel regnum occupatum, an teneatur post resurrectionem jurare de calumnia, vel excusetur ratione pristinæ dignitatis? Item an è converso, si quis vivens nullam habet dignitatem, unde tenetur jurare de calumnia, & vivens requisitus fuit, moritur & resurgit, ut supra, & efficitur papa, imperator, seu rex, aut alius, qui excusatur ratione dignitatis, vel aliàs, ut dicam infra, *cap.* 18. an post resurrectionem teneatur jurare, aliàs condemnetur in pœnis contentis *d. cap.* 14. impositis non jurantibus, aut excusetur ratione dignitatis post resurrectionem adeptæ? Item an resurgens, ut præmittitur, in simili recuperet papatum, imperium, regnum, patriarchatum, archiepiscopatum, episcopatum, aut aliquod aliud beneficium, aut cardinalatum? ut de beneficio, quod non recuperet illud, tradit Medices *in tract. mors omnia solvit, conclus.* 98. Item an recuperet uxorem? ut per Medic. *d. conclus.* 98. & patriam potestatem in liberos? Item è converso, si uxor resurgat, an recuperetur à viro? ut est casus apud B. Antoninum Archiepiscopum Florentin. Et si filii resurgant reincidant in patriam potestatem? Item, an resurgens recuperet tutelam, & curam; vel è converso reincidat in tutelam & curam priorem? Item, an recuperet bona feudalia, quorum possessionem adeptus est dominus directus, uti bonorum feudi aperti, & devoluti ad dictum dominum directum feudi? Item, an recuperet bona emphyteutica, quorum dominus directus possessionem adeptus est post factam declarationem, quod per ejus mortem dictorum bonorum utile dominium cum directo sit consolidatum? Item an recuperet bona fideicommisso post ejus mortem subjecta, quorum fideicommissarii vigore fideicommissi adepti sint possessionem? Item, an debeat audiri in defensionibus, si ejus memoria post mortem damnata esset, ut per crimen hæresis, læsæ majestatis humanæ, & similia? Item an currat ei instantia, si inter mortem & resurrectionem tempus labatur? Item an contra eum currat præscriptio vel usucapio? Item an dicatur præ-

Digitized by Google

sens vel absens? Et similes alię quęstiones multæ recenseri possent; sed quia raro accidunt, eas missum facio, licet de Lazaro quæstionem moverit gloss. & Medic. de præmissis, & alii de aliis similibus. Et eas cogitandas relinquo virtuoso & perspicaci juveni D. Joan. Antonio Roncetto meo vicino, qui à primis annis morum honestate ac vitæ integritate animos omnium sibi conciliavit, & deinde humanioribus literis operam navans, & postmodum in rhetorica arte, ac philosophiæ scientia sui ingenii dotes mundo patefecit, ita, ut in legali studio, quod nunc præ manibus habet sequens vestigia sui patrui magnifici ac excellentis D. Jacobi Roncetti, summa de ipso spes concipi possit.

CAPUT. XVII.

Iuramentum calumniæ an præstetur per absentem, & cujus expensis.

SVMMARIA.

1. *Persona omnis principalis litigans, tenetur jurare de calumnia.* 2. *Judex cum primum agetur de mittendo absenti juramentum calumnia scrutabitur, an absens dolose absit.* 3. *Dolus nemini patrocinari debet.* 4. *Absentem dolo abesse non præsumitur.* 5. *Causa qualibet à dolo excusat.* 6. *Judex si repererit absentem dolo non abesse, mittet ei juramentum calumnia.* 7. *Absens à judicio dupliciter dicitur.* 8. *Notarius mittitur ad recipiendum juramentum calumnia, quando jurare debens est mulier, & n.* 9. *&* 10. *vel infirmus, nu.* 11. *Constitutus in dignitate, nu.* 12. *Persona egregia, n.* 13. *Senex, n.* 14. *Pauper, qui se honestè exhibere non potest, n.* 16. *Impeditus legitimè, n.* 19. 15. *Senex quis dicatur, remissivè.* 17. *Paupertas affert multas excusationes, remissivè.* 18. *Paupertatem nemo debet maledicere, quia à Deo est.* 20. *Commissio, quam judex facit notario, ad recipiendum juramentum calumnia, debet redigi in scriptis, & de ea non debet rogari notarius, cui committitur, sed alius, si fieri possit. Et debet pars citari, & quare, nu.* 21. *debetq; ea commissio produci & registrari ad acta, nu.* 22. 23. *Missio notarij ad recipiendum jur. cal. absentis, cujus fiat expensis? num.* 24. 25. 26. 27. 29. 30. 33 34. 36. 37. 40. *&* 42 *petentis jurari, secundum aliquos.* 28. *Petens fieri actum judicialem debet submministrare expensas in dicto actu explicando fiendas.* 31. *Consultorem petens in causa, tenetur solvere consultori salarium.* 32. *Actus jurandi de calumnia est necessitativus.* 35. *Impedimenta accidentia in persona debentis jurare, non debent imputari petenti jurari potius, quàm ipsi jurari debenti.* 38. *Jur. cal. particulare dabatur in emergentibus, quod loco probationis inserviebat.* 39. *Causa an sit justa vel injusta, propter quam petitur jurari de calum. per absentem: relinquitur arbitrio judicis.* 41. *Jur. cal. non est pars substantialis judicij, si illud non pars, sed judex petat.* 43. *Jura. calu. præstandum per absentem & alienæ jurisdictioni subjectum quomodo expediatur? & nu.* 44. 46. 48. 49. 50.

Digitized by Google

50.51.& 52. 45. *Forma literarum missivarum loco remissorialium dirigendarum à judice causæ ad judicem domicilij illius, qui tenetur jurare de calum.& n.*47. 53 *Citatio partis adversæ requiritur in concedendis literis missivis loco remissariorum. Item*que *in apertione & productione literarum responsivarum, num.*54. 55. *Absensi non transmittitur juramentum calumniæ, quando nescitur ubi sit. Vel quando dictus absens est ultra mare, n.*56. *Aut quando absens est valde remotus, num.*57. *Quibus casibus datur curator bonis absentis, n.*58.

DIxi superius *cap.*15. *in declarat.*33. quod absens etiam jurat de calumnia; & quia prolixa paratur desuper materia, statui capitulum ab aliis separatum constituere, & in hoc particulariter hujusmodi materiam; & illius incidentia tractare. † Et 1
materiam aggrediendo dico, quod omnis persona principalis lit gans debet jurare de calumnia, ut tradidi supra, *cap.* 15. *in princip.* Etiamsi dicta principalis persona esset absens, *auth. principales personæ, §. sed si partes, & in l.*2. *§. sin autem abfuerit, C. de jurejuran. propter calum.* Marian. Socin. *in cap. in pertractandis, num.*5. *in fine, eodem tit.*
† Judex autem cùm primùm agitur de mittendo absenti juramentum calumniæ, scru- 2
tabitur an absens dolosè absit, *gloss. in dict. l.*2. *in d. §. sin autem abfuerit, in verbo, subeat.*
† Et si judex reperiet dolosè abesse, cum dolus nemini patrocinari debeat, *cap. ex literis, de dolo, & contumacia, c. de fraternitatis, §. fi. de cleric. non residen.* Procedetur con- 3
tra talem dolosum, prout jura civilia, canonica, locorum statuta, seu consuetudines, aut
curiæ styli exegerint insurgendo, ut superius, *c.*16. dixi, contra talem absentem. † Bene 4
verum est, quod non est præsumendū absentem dolosè abesse, sed probandum est: dolus enim non præsumitur, *l. quoties, §. qui dolo. ff. de prob.* Aymo. *cons.*151. *n.*11. cum congestis per Mascard. *concl.*531. *n.*1. & 9. *de prob.* sed probari debet perspicuis indiciis, *l. ei qui, ff. de prob. l. dolum. C. de dolo, cum ibi notatis. gloss. in l. eleganter, §. fi. in verbo evidenti, & ibid. gloss. ell. marg. ff. de dol. mal. gloss. in c. accedens, in verbo, præsumi non debeat, de crimine falsi.* † Atque absens à dolo facilimè excusatur; quia causa quælibet â dolo ex- 5
cusat, Tiraq. *de pœn. causa* 43. *n.*2.6.7.8. & 9. Franc. Curt. *in l. si quis major, n.*5. & ibid. Parpal. *n.*102. *C. de transact.* Cephal. *cons.*275. *n.*4. *lib.*2. Affiict. *decis.*31. *n.*3. Gram. *dec.*5. *n.*26. etiamsi dicta causa esset minima, Caputaq. *decis.*105. *n.*4. *in verbo, cessio, parte* 1. etiamsi talis causa esset injusta, Martin. Lauden. *cons.*1. *num.*19. & ibi Joan. Franc. Cacius *in addition. litera L. in verbo, excusetur à dolo.* Cepolla *cons.*21. *num.*30. *in fin. in criminal.* & ultimò etiam, si dicta causa esset bestialis. Personal. *in suis quæstionibus familiar. q.*17. *n.*32. Si † verò judex repererit absentem dolo non abesse, mittet ei juramen- 6
tū cal. sed quia absens aliquando abest à tribunali, sed est in civitate & sub jurisdictione judicis coram quo causa vertitur; aliquando abest à tribunali & à civitate & jurisdictione judicis prædicti secundū diversitatem casuum diversimodo mittitur absenti hoc juramentū. Quando abest solùm à tribunali, sed est in civitate & jurisdictione dicti judicis; mittet judex ad dictum absentem notariū causæ pro recipiendo hoc juramento,

in

7 in certis infra ſcriptis caſibus. † Primus caſus, in quo notarius mittitur ad recipiendum iſtud juramentum, ut prę mittitur, eſt, quando ille, qui debet jurare, eſt mulier, *tex. in d.l.2.d.§ ſin autem*, Marian. Socin. *in c. inhærentes, num.11. de juram. calum.* Luc. Petus
8 *in Pract. Capitol. lib.2.c.3. num.4.* † Quod non exiſtimo de mulierculis paſſim omnibus, ſed de mulieribus pudicis & honeſtis, quibus meritò juris ſemita cedere debent, juxta decretum ſenatus Romani, de quo teſtatur Aymar. Rivalius, *de hiſtor. jur. civil lib.*
9 2. † Licèt Alberic. *in d. Auth. principales perſonæ, num.4.* loquatur indifferenter de mulieribus, quod eis tranſmittatur hoc juramentum ratione ſexus, & pro illo recipiendo
10 notarius, nulla adhibita diſtinctione inter pudicas vel impudicas. † Secundus caſus, quando mittitur notarius ad recipiendum iſtud juramentum, ut prę mittitur, eſt, cum debens jurare eſt infirmus, Speculat. *in tit. de juram. calum. § 3. n.18.* & ibi Joan. Andr. *in addi. in litera B. in verbo, infirmitatis*, Alberic. *in d.l.2. num.25.* Socin. *in d. c. inhæren-*
11 *tes, d. num.11.* † & quod de infirmis dico, dico etiam de valetudinariis; qui autem ſunt
12 valetudinarii conſule Panormit. *in c. quoniam frequenter, n.18. ut lit. non conteſt.* † Tertius caſus, quando mittitur notarius ad recipiendum hoc juramentum, ut præmittitur,
13 eſt, cum jurare debens eſt conſtitutus in dignitate, *tex. in dict. §. ſin autem.* † Quartus caſus, quando mittitur notarius ad receptionem dicti juramenti, ut præmittitur, eſt, cum debens jurare eſt perſona egregia, Alberic, *in d.l.2. num.25.* Socin. *in d. c. inhæren-*
14 *tes, d. num.11.* Lucas Petus *d.c.3. num.4. in fin.* † Quintus caſus, in quo mittitur notarius abſenti pro receptione juramenti calumniæ, eſt, quando debens jurare eſt ſenex,
15 Socin. *d. num.11.* † quis autem dicatur ſenex, vide Panormit. *in d. c. quoniam frequenter, & ibi in annotationibus* Zachar. *in annota incipien. qui dicuntur ſenes*, & Ant. Franc. *in annota. incipien. dicas circa hoc*, & Sebaſt. Sapia *in annotat. incipien. quod ſenes*, Felin. *in*
16 *d.c. quoniam frequenter.* † Sextus caſus, quando mittitur notarius pro receptione talis juramenti, eſt, cum debens jurare ob paupertatem non poteſt venire ad jurandum in judicio, ut quando eſſet malè indutus, & in dedecus ſuæ conditionis, Soc. *dict. num.11.*
17 † & paupertas affert multas alias excuſationes ultra prę miſſas, quas videre poteris apud Quint. Mandoſ. *de paupertate*, Gravat. *in addit. ad Veſt. lib.4. c.4. in verbo, paupertas, num.27. tex. in l. illicitas, & ibi gloſſ. in verbo, neceſſitatem, ff. de offic. præſid.* Alberic.
18 *in l. libellorum, §. nonnulli, ff. de accuſat.* † Ubi inter alia dicit, quod nemo debet maledicere paupertatem, ignobilitatem, infirmitatem, mortem, quia iſta à Deo proveniunt.
19 † Septimus caſus, in quo mittitur notarius ad receptionem juramenti calumniæ eſt,
20 cùm jurare debens eſſet aliàs legitimè impeditus, Lucas Petus *in d. c.3. num.4.* Iſta †
commiſſio, quam judex facit notario, ut eat ad recipiendum juramentum calumniæ, debet redigi in ſcriptis. Et de ea non debet rogari ipſemet notarius, cui committitur, ſi
21 fieri poſſit: alioquin ipſe de tali commiſſione rogabitur. Socin. *dict. num.11.* † & quando à Judice fit iſta commiſſio, debet pars adverſa citari; quia poſſet ei præjudicialis
22 eſſe, & pars fortè poſſet opponere, mittendum non eſſe iſtud juramentum. † & quando alius notarius ejuſdem tribunalis rogabitur de tali commiſſione, prout commodè

fieri

Digitized by Google

fieri poteſt in curia illuſtriſſimi domini auditoris Camerę,& aliorum tribunalium urbis, in quibus ſunt plures connotarii, qui ſimul in audientia coadunati legunt citationes,& proteſtationes, alioſq; actus diebus juridicis: debet extrahi fides talis commiſſionis, & produci in actis notarii cauſæ, qui iturus eſt ad recipiendum tale juram. & in productione talis fidei neceſſariò eſt pars citanda,prout citandam dixi in qualibet ſcripturarum productione ſupra,*c.* 15.*declar.* 19. † Cujus autem expenſis fieri debeat hęc 23
miſſio notarii ad recipiendum jur.cal.eſt aliqua controverſia? Prima opinio fuit, quod expenſis petentis jurari fiat talis miſſio juramenti,quam ex Od recenſet Alberic. *in d. l.*2.*n.*25. † Secunda verò opinio fuit Specul.*in d.*§.3. *n.* 18. quod fieri debet communi- 24
bus expenſis,& Socin.*in d.c.inhærentes, n.*13. *in tribus primis caſibus.* † In qua contro- 25
verſa opinione,ſi licet meam proferre ſententiam, dico fœdere diſtinctionis procedendum eſſe,quod aut quis jurat nemine petente,aut petente adverſario, ut juret. Rurſus diſtinguitur,aut enim petitur jurari de calum.nihil addito, aut petitur jurari de calum. & inſuper adjicitur,ut mittatur notarius,& ei commiſſio fiat ad recipiendum jur. calu. præſtandum per abſentem à judicio, † quando juratur de cal.nemine petente,prout fie- 26
ri poteſt ad ſatisfaciendum diſpoſitioni juris, prout nemine inſtante jurari poſſe tradidi *cap.*7.certè debet jurari expenſis jurare debentis; jus enim mandat, quod omnis litigans juret de calumnia,ut dixi ſupra,*cap.* 14.& 15.& non dicit,quod juret alienis expenſis,obediat omnis litigans juri dicenti,quod juret,& juret ſine aliquibus expenſis, ſi fieri poſſit, ſin autem cogetur jurare quoquo modo ſine aliqua partis adverſæ impenſa,licèt ipſe tenuerim & teneam, quod jur.de cal.præſtitum parte non petente non ſit pars ſubſtantialis judicii.*c.* 10.*n.*44. † Veniendo ad aliam diſtinctionē dico, quo ſi ſim- 27
pliciter petitur jurari, & non additur, quod committatur notario ſuſceptio talis juramenti, exiſtimo ſimiliter fieri de jure debere ſumptibus debentis jurare dictam commiſſionem. Ille enim qui petit jurari de calumnia, petit explicari actum, ad quem debens jurare de jure tenetur. Nec video cur impedimenta prędmiſſorum caſuum,in quibus notarius transmittitur ad receptionem juramenti, accidentia in perſona debentis jurare, debeant nocere petenti jurari. † & pro corroboratione dictæ opinionis Specul. 28
& Socin. D. Joann. Salvius Trebienſis dum auditor erat in civitate Tiburtina D. Caſparis Poli. gubernatoris dictæ civitatis, contra relatam ab Alberic. opinionem ſubminiſtravit unum ſingulare Pauli de Caſtro,*nu.*3. ubi per text. *in l.* 2. *ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* & in gloſſ. voluit quod petens fieri actum judicialem, debeat ſubminiſtrare expenſas, & actus judicialis fieri debeat expenſis petentis fieri talem actum. Et arguebat, quod cum juramentum calumniæ debeat præſtari in actis autore Prætore, & requirat ſcripturam,ut dixi in præcedentibus capitulis, & præterea non ſolum ſit actus judicialis,ſed pars etiam ſubſtantialis judicii, ut dixi *cap.* 7. debet petens ſubminiſtrare expenſas. † Verùm opinio Specul. & Socin. non recedebat in totum à juris rigore, 29
& etiam conſiderabat, quod ſicut ſine culpa petentis jurare acciderunt in perſona jurare debentis impedimenta præfata, ob quæ mittitur notarius ad ſuſceptionem jura-

Digitized by Google

menti, ita etiam acciderunt ſine culpa debentis jurare, præſertim primus præmiſſus caſus, cum nullam culpam quis committere potuerit, ut mulier eſſet, niſi vellet ſibi genitalia abſcindere, & mulieris vulvam efficere, ut de illo nefandiſſimo Cajo Caligula Imperatore circumfertur, qui ut nullum voluptatis genus prætermitteret, abſcindi ſibi genitalia juſſit, & vulvam excavari, ut muliebrem etiam delectationem in coitu ſentiret (in tales viros effœminatos, & pejores quam animalia irrationalia, maximum & invictum Romanum Imperium, totique orbi terrarum tremendum pervenerat.) conſiderabat, inquam, Speculat. & Socin. rigorem, de quo ſupra, *num.* 27. & inſuper quandam æquitatem cùm ſine culpa debentis jurare dicta impedimenta prima acciderint, & ideo ſtatuerunt communibus expenſis fiendam talem commiſſionem notario
30 & illius miſſionem ad recipiendum juram. † quam opinionem Spec. & Socin. ſi quis tenere vellet, reſpondere poſſet autoritati Pauli de Caſtr. objectæ ſupra *in fine.* 3. pro corroboratione opinionis Specul. quod dicta doctrina Pauli de Caſtr. procedit in actibus judicialibus poteſtativis, & qui poſſunt explicari, & non explicari per illum, per quem adverſarius explicari petit, & quod in iſtis actibus judicialibus poteſtativis petens explicari illos debeat ſubminiſtrare expenſas fiendas in explicatione dictorum actuum.
31 † Ut in ſimili dicitur, quod conſultor adhiberi poteſt, & non poteſt in judicando; & ideo, qui petit conſultorem in cauſa, tenetur ſolvere conſultori petito ſalarium, ut vo-
32 luit Natta *conſ.* 573. *n.* 39. *lib.* 3. † Actus autem jurandi de calumnia eſt neceſſitativus, is enim qui jurare debet, neceſſariò debet explicare illum actum, ut audiatur in judi-
33 cio, aliàs non auditur, & cadit in pœnas, de quibus egi ſupra, *c.* 14. † Ego tamen in neutram dictarum opinionum deſcendo, ſed exiſtimo omnes expenſas in jurando fieri debere per illum, qui jurare debet; explicat enim actum neceſſitativum jurandi de calu-
34 mnia, ad quem ipſe de jure tenetur, ut dixi. † Iſtud tamen non procederet, ſi debens jurare eſſet paratus conſtituere, vel jam conſtituiſſet procuratorem cum legitimo mandato ad jurandum: & nihilominus adverſarius importunus inſtaret, ut principalis ipſe, qui eſt impeditus in caſibus prædictis juret: Iſto enim caſu omnes expenſæ in jurando de calumnia per principalem met, debent imputari ipſi petenti jurare: cum quilibet ad jurandum de calumnia poſſit conſtituere procuratorem, & per ſe non cogatur jurare: & quod juret ipſe principalis eſt culpa, & obſtinatia petentis jurari, & factum cuique
35 ſuum ſibi & non alii debet nocere juribus vulgaribus aliàs allegatis. † Nec relevat dicere, quod jurare debens ſit impeditus ex ſupradictis impedimentis, quia neſcio cur dicta impedimenta exiſtentia in perſona debentis jurare magis præjudicialia debeant
36 eſſe petenti jurari, quàm ipſi jurare debenti, ut dixi. † Venio nunc ad ſecundæ diſtinctionis poſitæ ſupra, *n.* 25. partem, quæ eſt quando petitur quidem jurari de calumnia, & inſuper adjicitur, quod Notarius transmittatur ad recipiendum juramentum hujusmodi: & in hoc etiam caſu omnes expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt à debente jurare, prout ſupra dixi *num.* 33. *& ſeq. in caſu præcedenti.* ſi autem dominus, qui eſt impeditus impedimentis præmiſſis, conſtituiſſet, vel conſtituere eſſet paratus procuratorem cum legi-

Digitized by Google

legitimo mandato ad jurandum, tunc omnes expensę in jurando & mittendo notario fiendæ, essent imputandæ ipsi petenti jurari, & transmitti notarium; si importunè non obstante dicta procuratoris constitutione instaret, ut principalisme dominus, qui est impeditus, juraret, non enim cogitur dominus impeditus jurare, si vult per procuratorem jurare, & omnes expensæ accidunt culpa petentis jurari, & ideo sibi sunt imputandæ, ut dixi supra, *num.* 34. † indifferenter igitur teneo, quod in quocunque casu præ- 37
missō ille qui jurare debet teneatur facere sumtus in jurando, sive juretur nemine petente de calumnia, ut dixi supra, *num.* 25. *&* 26. sive juretur parte adversa petente simpliciter jurari, & non adjecto, quod notarius mittatur ad receptionem juramenti, ut dixi *num.* 27. *&* 33. sive petatur jurari adjecto etiam, quod mittatur notarius ad receptionem juramenti calumniæ, ut dixi supra *n.* 36. nisi ille, qui jurare debet, constituisset procuratorem cum legitimo mandato speciali, qui procurator de jure admitti debet, aut cum generali mandato & facultate inserta jurandi de calumnia, qui procurator de communi observantia admitti debet, ut dixi *c.* 16. vel paratus esset constituere: & nihilominus petens jurare pertinaciter instaret, ut juraret dominus ipse, qui impedimentis prætatis detinebatur: quia tunc sumptus sunt ab ipso petente jurari submistrandi, ut dixi supra *n.* 34. *&* 36. & hoc si ille petens jurari, pertinaciter instaret jurari per talem dominum principalem impeditum, & habentem legitimum procuratorem, vel paratum constituere procuratorem legitimū, & nullam allegaret causam legitimā, & jur. saltem probatam: quia in emergentib. similib. non est opus facere processus longa serie. † Et 38
antiquitus in similibus emergentibus dabatur jur. cal. particulare, quod inserviebat loco probationis, Bald. *ad Spec. ad rub. de jur. cal.* Socin. *in c. in pertractandis, n.* 41. *vers. quare, de jur. cal. &* dixi supra, *c.* 3. *n.* 3. *&* 4. & sic istud juramentum prestandum super causa prædicta allegata à petente jurari per dominum impeditum, habentem procuratorem legitimum, inserviet loco probationis. † An autem talis causa allegata, & probata jura- 39
mento, ut proximè dixi, sit justa, vel injusta, valebit multum in hoc judicis officium: quod multum valet in iis, quę accidunt post litem contestatam, *l. quod si nolit, §. ut enim, ff. de ædilic. edic.* † Et opinio præmissa, quam recensent Alberic. *in d. l.* 2. *d. num.* 25. fuisse 40
Od. procedere posset, quando debens jurare haberet constitutum, paratusve esset constituere procuratorem legitimum ad jurandum de calumnia, tunc enim petens pertinaciter jurari per dominum impeditum non obstante tali constitutione procuratoris, tenetur ad sumptus fiendos in jurando, & in commissione notario fienda, & in missione ad receptionem talis juramenti, ut dixi, *num.* 37. *& seq.* † Cæterum quid dicendum 41
erit, si non pars adversa, sed judex ex officio petat jurari de calumnia, & commissionem faciat notario de eundo ad receptionem talis juramenti, quo casu non poterit dici juramentum calumnię esse partem substantialem judicii, ad tradita supra *cap.* 7. & an expensis jurantis, vel adversarii præmissa debeant explicari? & dico omnia præmissa isto casu facienda esse sumptibus jurare debentis: nam judex non oneravit adversarium ad jurandum, nec aliquis actus dicti adversarii intercessit, per quem ad id obliga-

Digitized by Google

42 retur. † Diſcuſſo articulo, quando eſt abſens à tribunali, ſed eſt in civitate, & ſub jurisdictione judicis, coram quo cauſa ventilatur ille, qui debet jurare; Remanet videndus articulus, quando jurare debens eſt abſens à tribunali, & à jurisdictione judicis prædicti: in quo articulo omitto diſcuſſionem ab aliquibus factam conſiderantibus an abſens voluntarius ſit, vel non voluntarius, & teneo indifferenter, quod in omni caſu debens de calum. jurare, ſuis ſumptibus teneatur jurare, & non alienis, ut dixi *nu.* 37. per rationes adductas *num. præcedentib.* Excepto caſu, in quo abſens conſtitutum haberet, vel conſtituere paratus eſſet procuratorem legitimum ſpecialem vel generalem cum facultate jurandi, & adverſarius pertinaciter inſtaret, ut ipſemet dominus abſens juraret, nulla reddita, allegata, & probata cauſa legitima ſaltem ejus juramento, ut dixi ſupra *n.* 37. 38. iſto enim caſu expenſę ſubminiſtrabuntur à petente jurari & committi notario receptionem juramenti, vel miſſionem notarii, ut dixi *num. præcedentib.* vel petierit literas miſſivas loco remiſſorialium, vel remiſſoriales, de quibus infra verba faciam.

43 † Quando illi, qui eſt abſens à civitate, & jurisdictione judicis, coram quo cauſa cognoſcitur, eſt mittendum juramentum calumniæ dupliciter procedi poteſt: Uno modo mittendo notarium cauſæ ad juramentum recipiendum proceditur: ſed iſte modus non eſt admodum tutus, cum prætores civitatum, & provinciarum gubernatores, in quibus degunt jurare debentes, non faciunt libenter alienis notariis copiam, ut ſimilia officia in eorum jurisdictione exerceant, idque agunt non tantum pro defendenda jurisdictione, quantum pro quibusdam emolumentis, quę provenirent ipſis, &

44 notariis, quæ auferentur eis, ſi notarius cauſæ iret ad recipiendum juramentum. † Alius modus, & minoris impenſæ eſt, ut impetrentur literæ miſſivæ loco remiſſorialium à judice cauſæ directas illi judici, ſub cujus jurisdictione degit jurare debens, & ſub geſtis monumentorum iſtius judicis, in cujus provincia degit jurare debens & abſens, jurabit, per text. *in dict.* §. *ſed ſi partes*, & iſte modus erit tutior, libentius enim judex, ad quem literæ miſſivæ diriguntur pro juramento recipiendo, & ejus notarius cauſam

45 expedient ſpe lucri inde captandi ducti. † Forma literarum ſimilium dirigendarum pro juramento deferendo abſenti ad judicem, ſub cujus jurisdictione degit dictus abſens & jurare debens, ponitur à Specul. *in d.* § 3. *num.* 11. & Socinus *in dict. c. inhærentes, num.* 12. ubi Socinus hanc ponit, videlicet, [Nos N. judex, &c. N. judici ſalutem in Domino, noverit veſtra diſcretio, quod N. civis & ſubditus noſter ſuper libello, quem vobis mittimus intercluſum, cum Joanne cive, & ſubdito noſtro litem eſt conteſtatus: Cæterùm, quoniam ad hoc, ut lis ſine ſuſpicione procedat, neceſſarium eſt, per principalem perſonam præſtari calumniæ juramentum; fraternitatem tuam requirimus, & rogamus, quatenus à dicto N. ſuper dicto libello, ſecundum juris ordinem, juris communis præſidio fulti, juramentum cal. recipientes, receptionem eandem in publicam formam manu fideli redactam, nobis (ſi placet) per latorem præſentium transmittatis.]

46 † qui judex, ad quem literæ transmittuntur, ut Socinus ibi dicit, non autoritate rogantis, ſed juris communis, quod id mandat in *d.* §. *ſed ſi partes*, recipit, & præmiſſa habebis

ante

Digitized by Google

ante Socin. de verbo ad verbum apud Specul. *in tit. de juram. calum.* §. 3. *num.* 11. † sed quia dicta forma est antiqua, & non conformis ambitioni nostrorum temporum, de qua tradidi *supra, c.* 15. *in declarat.* 51 dum de Episcopis tractavi : & prætores, ad quos literæ mittuntur, dedignari solent, si eis non tradantur & attribuantur tituli magni, & debiti secundum dictam ambitionem, & sæpe ipsi rescribunt, & judici mittenti literas subtrahunt debitos titulos : practicus notarius attendat recentiores formulas traditas à practicis in articulorum transmissione & positionum : & attendat stylum curiæ ac titulos judicis, cui transmittuntur literæ : & peccet potius secundando ambitioni aliquantulum excedendo in plus, quam in minus in titulis. † Judex, ad quem transmissæ sunt literæ missivæ cum copia libelli, ut conjicitur ex forma tradita à Socin. ibi, (Quem vobis mittimus intercluſum) cum omni modestia literas responsivas, honorificas cum juramento in publicam formam redacto per suum notarium actuarium remittet judici, coram quo causa vertitur. † Et si absens nolit jurare de calumnia requisitus à judice ad quem literæ missivæ directæ sunt, transmittet talis judex judici, quo causa cognoscitur, requisitionem factam dicto absenti & debenti jurare per nuncium curiæ, & dicti nuncii relationem in actis redactam, & in publica forma transmittet illam. Ut dixi supra, *de juram. num.* 45. *ex Soc.* † Semper tamen talis absens recusans jurare poterit excusari ab incursu pœnarum impositarum nolenti de calumnia jurare, supra, *cap.* 14. sub prætextu, quod ipse nesciverit juramentum calumniæ fuisse petitum ab adversario, & sic fuerit effectum pars substantialis judicii, ut dixi supra, *cap.* 7. sed crediderit fuisse petitum à judice non instante parte, & sic non fuerit pars substant. ut dixi, *d. c.* 7. *& c.* 14. & propterea non inciderit in pœnas impositas, *d. c.* 14. recusantibus jurare : † ideo ad obviandum huic malitiæ, quæ non levem excusationem præbere posset recusanti jurare, consulo ; ut in literis missivis inferatur, quod pars adversa petiit jurari, & transmittatur copia dictæ petitionis partis adversæ, sicut de libello dixi supra. Vel cum literis missivis accedat pars adversa, ut si quando renuat jurare, instet coram judice, ad quem literæ missivæ sunt transmissæ. Sed tutior erit primus modus, nec recusans jurare possit capere ansam, quod bene possit præstari juramentum calumniæ, per *d. l.* 2. *d.* §. *sed si partes*, coram judice, ad quem literæ missivæ sunt directæ, non tamen coram eodem fieri petitionem talis juramenti, & quod petitio talis juramenti fieri debuerit coram judice, qui causam cognoscit. † Si etiam adhibita hac diligentia dictus absens noluerit jurare de calumnia, certioratus, ut dixi de tali recusatione, judex qui misit literas per publicam scripturam inclusam literis responsivis, procedet ad declaratoriam incursus pœnarū contra dictum absentem, qui recusavit jurare, & ad dictam declaratoriam minime procedet judex, cui transmissæ fuerunt dictæ literæ missivæ, & coram quo fuit recusatum præstare istud juramentum. † Antequam dictæ literæ missivæ concedantur, debet citari pars adversa ad videndum decerni, & relaxari literas prædictas, & concordandum de portitore dictarum literarum, judice, & notario pro dicti juramenti receptione : & si partes concordes fuerint

47 48 49 50 51 52 53

Digitized by Google

in præmiſſis, judex condeſcendet voluntati & concordiæ partium, ipſis autem non concordantibus, judex deputabit omnia prædicta. Nec de loco eſt neceſſaria concordatio, quia ſupra c. 6. dixi in actis cauſæ debere interponi, & autore prætore, ideo
54 clarum eſt debere fieri in loco judicii. † Debet ſimiliter pars adverſa citari in productione, & aperitione literarum reſponſivarum miſſarum à judice, cui literæ miſſivæ di-
55 rectæ fuerunt. † Quia aliquando non transmittitur juramentum abſenti, ut in tribus infra ſcriptis caſibus, videlicet primo, quando ignoratur, ubi ſit ille abſens jurare de-
56 bens, Spec. d. §. 3. n. 11. in fin. † Secundo, quando abſens jurare debens eſt ultrà mare,
57 gl. in c. caterum, in verbo, ab utraque parte, de jur. cal. Spec. d. §. 3. n. 11. in fin. † Ter-
58 tio, quando abſens jurare debens eſt valde remotus, Spec. d. n. 11. † In his tribus caſibus datur curator bonis dicti abſentis, & jurare debentis, ut dixi ſupra c. 5. ubi dictum fuit de curatore, & in c. 16. n. 157. & ſeq. ne cauſa ex facto, vel negligentia, aut ſubterfugio abſentis detrimentum patiatur.

CAPUT. XVIII.

Quæ perſonæ juramentum calumniæ præſtare non teneantur, & ab illo excuſentur.

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ quoad ſpeciem & formam non eſt juris Divini.* 2. *Juramentum calumniæ præſtare non coguntur Rex, Imperator, n. 3. Principes non recognoſcentes ſuperiorem, n. 4. Pontifex Romanus, n. 5. & 6. Cardinales, n. 7. Epiſcopus, n. 11. Clericus coram judice non ſuo ſine licentia ſuperioris, n. 12. Is, à quo petitur juramentum calumniæ ante litem conteſtatam, n. 13. Procurator fiſci, de conſuetudine, n. 14. 15. 16. & 17. Pater litigans cum filio, n. 18. fallit, n. 57. Filius litigans cum patre, n. 19. 20. & 21. Patronus, n. 22. Libertus, n. 23. Minor, n. 24. fallit, n. 26. Hæres, n. 27. fallit, n. 28. 29. 30. 32. & 33. Emtor qui ſcit rem emtam ad actorem ſpectare, nu. 36. 37. 38. 39. & 40. Tutor duorum pupillorum collitigantium, n. 41. fallit, n. 42. & 43. Is cui à judice injunctum non eſt, nu. 44. fallit, n. 45. Is cui non eſt decreta copia proceſſus, num. 46. & 47. Partes quæ concordarunt de non jurando, n. 48. & 49. Negans ſe poſſidere, num. 50. Qui perfectè probavit ſuam intentionem, num. 51. & 52. Is, de cujus bono jure conſtat, num. 54. Ille qui non eſt de cauſa inſtructus, numer. 55. Perſona non habentes diſcretionem juris & facti, numer. 56. 8. Cardinales ſunt principes terræ. Non jurant fidelitatem Papæ, num. 9. 10. Auctores qui ſcripſerunt de Carnalibus. 25. Minor numeratur inter perſonas non habentes diſcretionem juris & facti. 31. Dilatio ad deliberandum ſuper juramento calumniæ non concedenda. 34. Juramentum eſt perſonale. 35. Conſcientia alia potuit eſſe defuncti, alia hæredis. 53. Inſtrumentum eſt probatio probata.*

Vidi-

Digitized by Google

VIdimus supra, *c.* 14. 15. 16. & 17. personas, quæ jurare de calumnia debent: remanet nunc videre personas, quæ præstare non teneantur hoc nostrum juramentum, & ab illo excusentur, excusantur enim ab eo aliquæ personæ. † Unde colligitur jur. cal. quoad speciem & formam non esse inductum jure divino, prout dixi supra, *c.* 3. quia tunc nullus ab eo excusaretur. † Hoc jur. præstare non tenetur, & ab illo excusatur. Primò, rex, ut voluit Bald. ad Spec. *in rub. de jur. cal. post medium.* Idem Spec. *ibid.* §. 3. *n.* 13. *vers. præterea.* Natta *cons.* 487. *nu.* 47. *vol.* 3. & ratio est, quia propter dignitatis excellentiam in eo cessat cal. præsumptio, de qua dicam infra, *c.* 22. *n.* 10. † Secundò, si de rege dicitur, quod jurare non teneatur de cal. & à tali juramento excusetur, multo fortius id dicendum est de Imperatore, qui est Rex regum, Princeps principum, & sub quo sunt omnes reges terræ, per ea quæ tradit Bartol. de Capua, *in gl. ad proœm. constit. regn.* † licet multi reges, magni Principes, & respublicæ per totam Europam sibi libertatem, & jura Imperii vendicaverint, & præscripserint: sed nihilominus, quamvis in eos Imperator non habeat jurisdictionem nostris temporibus, remansit in Imperatore majestas & præcedentia: in omnibus enim actibus, & conventibus Christianorum principum post Roman. Pontificem ipse Imperator cæteris omnibus præfertur. † Tertiò, Romanus Pontifex, qui vices Dei in terris gerit, & est vicarius Jesu Christi, & successor Petri, & major omnibus hominibus, & dominus totius orbis in spiritualibus & in temporalibus, quantum ad ditionem status Ecclesiastici, excusabitur multo fortius ab hoc juram. & illud præstare non tenebitur, † & non solum est dominus in temporalibus quoad ditionem Ecclesiasticam, verum etiam omnium regnorum & dominorum mundi: in istis tamen in ordine ad spiritualia, unde si cognoscit Rom. Pontif. imperatorem, regem Galliæ, seu Hispaniæ, vel quoscunque alios principes & respublicas mundi damnum allaturos Christianæ religioni, & Ecclesiæ Dei, potest tales imperio, regnis, statibus, & dominiis privare, & conferre illa aliis, qui religionem & Ecclesiam prædictam augeant: & sic potest procedere in omnibus casibus in ordine tamen ad spiritualia, ut dixi, ad quæ conferunt ea, quæ tradit Panorm. *in c. novit ille, n.* 13. *de judic.* & in d. c. vide eundem sparsim, & annotantes ibidem, & omnes tractantes de potestate Papæ, & an Papa habeat potestatem temporalem actu, vel habitu. ut discutit ibi Panorm. † Quartò, illustrissimi, & reverendissimi Domini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, (quamvis de eis nihil in specie repererim in hoc statutum) non debent teneri jurare de cal. & à dicto juramento excusantur ob eorum qualitates, quæ cessare in eis faciunt præsumptionem calumniæ, ut dicam infra, *capitul.* 21. *num.* 3. † Sunt enim glorioſi principes terræ, & eos summus Pontifex vocat fratres in gravibus deliberationibus, dum in expeditionibus, & rebus ecclesiæ gravibus, & maturè in consistorio ejus deliberatis ponit clausulam (De fratrum nostrorum consilio) ut quotidie videtur fieri. † Prout videmus quod licet episcopi jurent fidelitatem Papæ, ipsi tamen cardinales non jurant dictam fidelitatem, tanquam inviscerati, & partes corporis ipsius, ut Gotta *in memorialibus, in verbo, cardinales, in fin.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Digitized by Google

10 *in fin.* † Et multa de cardinalibus habes apud dictum Cott. *in d. verbo, cardinales*: &
11 *cardinalium*, & apud ab eo relatum, Barbat. *in tract. de præstan. cardin.* † Quinto à juramento calumniæ excusatur, & illud præstare non tenetur Episcopus inconsulto Rom. Pontifice, *tex. in c.* 1. *& c. fin. de juram. calum.* Pet. Vanderan. *in pract. judic. lib.* 3. *c.* 2. *axioma* 2. Istud tamen de consulendo Romano Pontifice de consuetudi-
12 ne non servatur, & supra hoc vide tradita supra, *c.* 15. *in declar.* 51. † Sexto, clericus sine licentia sui superioris excusatur à juramento calumniæ, & illud præstare non tenetur, gloss. *in l.* 2. *§. sed quia veremur in verbo, remitti, circa medium, vers. item quid clericus.* Intellige tamen prædicta, ut procedant coram judice non suo, & in hoc dic.
13 ut supra, *cap.* 15. *in declar.* 46. † Septimo, ab hoc juramento excusatur, & illud non tenetur præstare is, à quo petitur hoc juramentum ante litem contestatam, Socin. *reg.*
14 209. *in* 1. *fallentia.* † Octavo, procurator fisci licet de jure teneatur de calumnia jurare, de consuetudine non tenetur jurare, & à tali juramento excusatur ob officii necessitatem Andr. Gail. *pract. observ. lib.* 1. *obs.* 90. *num.* 5. Rota Mantuana, ut per
15 Surdum *decis.* 28. *de hoc dixi sup. c.* 16. *ante fin.* † sed istud est magnum inconveniens & est abusus non tolerandus passim, cum per civitates nostri temporis adsint quidam procuratores fisci, in quibus nullus Dei timor impressus videtur, omnia enim humana & divina jura conculcant, nullis legitimis terminis servatis causas reorum strangulant, de facto carcerant non carcerandos, ut per concussiones subditos excorient, & omnia per fas & nefas ipsis licere arbitrantur, dum crumenam impleant: & non solum non exhibent se subditis procuratores fisci, & pastores tondentes lanam pecudum pelle tenus; sed exhibent se lupos rapaces lacerantes viscera, & etiam intestina populorum, &
16 istud experientia rerum magistra passim docet. Ideo † restringendam duco prædictam nostram conclusionem, quod habeat locum in supremo procuratori fisci, qui alium procuratorem superiorem non recognoscit; is enim eligitur à principe, vel republica integer vitæ, & pro eo, qui semper est in conspectu principis, & suæ reipublicæ, militat non levis præsumptio probitatis, quæ ipsum excusat ab hoc juramento de
17 consuetudine, ut dixi. † Istos autem procuratorellos fiscales, qui perigrinantur de civitate in civitatem, & cuncta exspoliant, non excusandos ab hoc juramento censeo; & in eis non posse allegari aliquam consuetudinem, quia non habet requisita consuetudinis, & potius dicitur corruptela: & eos teneri jurare dico, prout de jure dixi supra, *c.* 16. & non solum eos vellem jurare tactis scripturis; sed etiam super igne S. Antonii, ut magis eos terrerem, more villicorum, qui si jurare debent, ad jurandum prompti accedunt sive falsum sive verum dicturi sint, quasi floccipendentes juramentum eis deferendum: si vero eis proponatur juramentum super igne S. Antonii, effugiunt tale juramentum; & recedunt nolentes jurare: & ego novi, & vidi villicos ad jurandum venientes promptos, dum autem à notario peteretur jurari per S. Antonium, & ejus ignem, statim recesserunt nolentes jurare. Et hoc modo similes procuratores fiscales,
18 si liceret, vellem jurare. † Nono, pater non tenetur jurare de calumnia, dum litigat cum

Digitized by Google

cum filio. Barthol. Socin. *d. reg.* 209. *in 4. fallen.* Specul. ex ſententia Azon. *in tit. de juram. calum.* §. 2. *num.* 3. *verſ. Azo dicit*, ubi ſequitur Joan. Andr. *in addit. in litera K. in verbo, ſed quia*, Cyn. *in l. 2. nume.* 19. ubi diluit multa contraria, *C. de jurejur. propt. cal. tex in l. jusjurandum*, §. *qui jusiurand.* & ibi gl. *in verbo, exigatur in* 3. *notabili, verſ. ſed magis puto, & ibid. Bart. n.* 11. *verſ. hoc jusjurandum*, tex. *in l. ſi patronus, & ibi gloſſ. fin. ff. de jurejur.* & Bart. *in d. l.* 2. *num.* 11. *C. de jurejur. propt. calum.* ubi dicit eum non excuſari à parte, nec ab eadem parte remitti juramentum calumniæ, quia illud pars nequit remittere; ſed remitti hoc juramentum patri à lege. vide remiſſive Bar. *in ead. l.* 2. §. *ſed quia veremur, num.* 3. Panorm. *in c. cum in cauſa, num.* 5. *in fin. de juram. calum.* Nec obſtant ea, quæ dixi ſupra, *c.* 15. *in declarat.* 9. dum dixi, quod pater jurat de calumnia: nam ibi non litigat contra filium. † Decimò, filius dum liti- 19
gat contra patrem, jurare non tenetur de calumnia, ut voluit Bart. *in d. l. jusjurandum, in d. num.* 11. additio poſt Joan. Andr. *in d. verbo, ſed quia.* † Contrarium autem, & 20
quod juret, traditur ſupra, *c.* 15. *in declarat.* 8. *ex Socin.* quod filiusfamilias jurat de calumnia in omnibus caſibus, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in judicio ſine conſenſu patris: & ibi *in caſu* 16. *ex ſententia ejusdem Socini.* d. filiusfamilias poteſt ſtare in judicio, ſine conſenſu patris, dum ipſe filius litigat contra patrem. † Horum 21
contrariorum ſolutio mihi videtur: ut uterque caſus ſit poteſtativus filio ita, ut jurare poſſit ſi vult jurare, dum litigat contra patrem, & habet legitimam perſonam ſtandi in judicio ſine ejus conſenſu: & ſic habebit locum caſus Socini relatus *d. c.* 15. *in d. declar.* 8. *ſupra*: ſi autem jurare non vellet, non tenebitur, & excuſabitur, ac poterit non jurare: & ſic habebit locum opinio relata ſupra proximè, *num.* 19. *vide ſupra, c.* 15. *in d. declar.* 8. † Undecimò, patronus litigans cum liberto præſtare non tenetur jura- 22
mentum calumniæ & ab eo excuſatur, Spec. *d.* §. 2. *num.* 3. ex ſententia Azon. ubi ſequitur Joan. Andr. *in d. verbo, ſed quia*, Cyn. *in d. l.* 2. *d. num.* 19. ubi diluit contraria, Bart. *ibid. num.* 11. ubi voluit tale juramentum patrono remitti non à parte adverſa, quia non poteſt, ſed à lege. Et quod Bart. hic dicit de patrono, & de patre ſupra dixit, quod non excuſentur à parte, ſed à lege: tu extende ad omnes alios, qui excuſantur. Et Panormit. *in d. c. cum in cauſa, num.* 5. *in fin.* dicit quod excuſantur, quia non præſumuntur calumniari, pater & patronus, tex. *in d. l. jusjurandum, & ibi gloſſ. in d. verbo, exigatur, in d.* 3. *notabili.* † Duodecimò, idem dicitur de liberto, dum litigat 23
cum patrono, Joan. Andr. *in d. verbo, ſed quia*, Bart. *in d. verſ. hoc jusjurandum.* † De- 24
cimotertiò, minor non tenetur de calumnia jurare, & ab hoc juramento excuſatur, Joannes de Vicomercato *in repetit. l. is, apud quem, num.* 51. & ibid. Purpurat. *nu.* 35. *C. de eden.* † Enumeratur enim minor inter perſonas non habentes diſcretionem ju- 25
ris & facti, ut per Bald. *in d. l.* 2. §. *quod obſervari, num.* 2. † Iſtud tamen fallit, quando 26.
minor eſſet melius informatus, quam tutor & curator, quia tunc ipſe minor de calumnia jurabit, ad hoc vide, quæ dixi *ſupra, c.* 15. *in declarat.* 5. *& 6.* † Decimoquartò, 27
hæres non tenetur præſtare juramentum calumniæ, Specul. *in tit. de jur. calum.* §. 2.

Digitized by Google

28 *num.* 7. *&* §. 3. *num.* 16. † Istud tamen fallit, cum hæres petit restitutionem adversus confectionem inventarii, quia tunc tenetur jurare. Joan. Andr. *in addit. ad Spec. in d.* 29 §. 2. *n.* 4. *litera T. in verbo*, §. *penult.* vide alia quæ in simili citavi, *c.* 15. *n.* 28. † Contrarium autem, & quod hæres teneatur de calumnia jurare, habes ex multis relatis su-
30 pra, *c.* 15. *in declarat.* 11. † Omissa distinctione posita à Specul. *d. n.* 7. dico pro præmissorum opinionum concordia, quod opinio relata supra, *c.* 15. *in declar.* 11. *nu.* 126. quod scilicet hæres jurare teneatur, est indubitabilis, cum ipse hæres à principio litis, & causæ convenitur, ut hæres. Cum vero ipse hæres à principio non fuit conventus, sed in eum transivit instantia cum ejus autore cœpta, distingui posset: quod aut quæritur de ipso hærede cogendo statim ad jurandum, nullo ei dato termino ad deliberandum; aut quæritur de ipso cogendo ad jurandum data ei tamen dilatione ad deliberandum super tali juramento, & non de cogendo ipso statim. Primo casu, habet locum opinio posita supra, *num.* 22. ita, ut jurare non teneatur statim. Secundo casu, habet locum opinio posita supra, *c.* 15. *in declarat.* 11. *prædicta, num.* 126. ita, ut jurare teneatur, data tamen ei dilatione seu termino ad deliberandum super tali juramento præ-
31 standō. † Nec obstat, quod dilatio seu terminus ad deliberandum super tali juramento præstando concedendus non sit, ut dixi *supra, c.* 11. quia dicta regula fallit in hære-
32 de, ut ibi dixi. Concludendum † igitur est quod si hæres à principio convenitur, debet jurare: si vero à principio ipse non convenitur, sed in instantia defuncti succedit, tunc distinguitur; quod aut agitur de cogendo hærede statim, vel de cogendo data dilatione ad jurandum, ut supra dixi. quod absolute non teneatur jurare non credo verum: sed bene abhibita præmissa distinctione circa tempus, & dilationem duntaxat. Quod
33 † enim teneatur jurare cum sit litigans, est supra positum, *c.* 14. *&* 15. *in princ. per regulas ibi generales, & deinde in d. c.* 15. *in d. declarat.* 11. *num.* 126. & cum mutata sit persona in judicio, & successerit defuncto, prout dixi de mutatione personæ supra,
34 *c.* 9. *in* 1. *declar. principalis conclusionis.* † Et juramentum defuncti etiam si jurasset ante mortem de calumnia non liberat ab hoc juramento hæredem: quia juramentum est personale, & juramentum defuncti non est juramentum hæredis, ut per Bald. *in*
35 *auth. principales personæ, num.* 1. *C. de jurejur. propt. calum.* † & insuper alia potuit esse conscientia defuncti, & alia potuit esse conscientia hæredis, ut post Gemin. tradit
36 Franc. *in c.* 2. *de jur. cal. in* 6. † Decimoquinto, emptor, qui scit rem emptam ad actorem spectare, non tenetur hoc nostrum juramentum præstare simpliciter, & ab illo excusatur: sed potuit jurare, quod habet justam causam propter evictionem. Franc. Marc. *decis.* 182. facit gloss. *in d. l.* 2. *in verbo, instantia*, Bar. *in l. at qui natura*, §. *cum*
37 *me absente, num.* 5. *de neg. gest. facit gl. ibid. in verbo, committas, ubi vide.* † Potest etiam jurare dictus emptor, quod venit ad judicium sui juris conservandi gratia, & non animo calumniandi, Spec. *in tit. de jur. cal.* §. 5. *nu.* 7. *vers. licet possit jurare*, idem re-
38 citat Soc. *in c. cum in causa, num.* 33. *de jur. cal.* † Petrus autem distinguit secundum Cynum *in d. l.* 2. *n.* 12. quod aut ipse reus emptor scit solus rem spectare ad actorem,

&

Digitized by Google

& isto casu jurare potest: aut sciunt alii etiam plures, & est notum, & isto casu jurare non debet, sed debet sequi & agnoscere bonam fidem. Quam distinctionem nullo modo probo: nam scientia, vel non scientia aliorum non purgat conscientiam rei emptoris. † Et dictus emptor potius non jurabit de calumnia, quia nihilominus agere poterit pro evictione, denunciando tamen venditori, si ipse venditor putet se munitum aliqua exceptione, vel non, & hanc dicit veriorem esse opin. Spec. *d.* §. 5 *n.* 7. *in fi.* † vel confitebitur dictus reus emptor, & etiam si confiteatur, agere poterit de evictione, & hanc tradunt veriorem opinionem per gl. *in d. verbo, instantia*, Cyn. *in d.l.* 2. Bart. *ibid. n.* 20. & Soc. *in d. c. cum in causa, n.* 33. *in fi.* † Decimosextò, tutor duorum pupillorum, qui ad invicem litigant, non tenetur jur. cal. præstare pro utroq; pupillo; sed isto casu ipse pro uno tamen pupillo jurabit, & pro alio actorem eliget, Spec. *in tit. de jur. cal.* §. 2. *n.* 6. *ubi additio in litera P, in verbo, contra plures*, facit gl. *in d. l.* 2. §. *fin autem, in verbo, vel curatores, prope fin.* & Cyn. *in cod. l.* 2. *ad d. gl.* Soc. *in c. in pertractandis, n.* 45. *in fi. de jur. cal.* † Primò istud fallit, quoniam tutor dictorum duorum pupillorum pro utraq; parte posset habere bonam fidem. Puta pro conservanda evictione, quia isto casu pro ut roq; poterit jurare, Soc. *d. n.* 45. & isto casu jurabit ut dixi sup. *n.* 36. *& seq. de emptore.* † Secundò fallit, quando per alium modum dictus tutor pro utraq; parte haberet bonam fidem, Soc. *d. n.* 45. Nec præmissis obstat *l. accipientis ff. de auth. tutor.* quia in d.l. intelligitur, quod erant diversæ actiones, sive causæ diversorum pupillorum, ut per Bart. *in d. l.* 2. *d.* §. *quod observari, n.* 6. *in fi.* † Decimoseptimò, non tenetur nostrum jur. præstare, & ab illo excusatur is qui non vult jurare, nisi tale juram. sibi à judice mandetur, Addentes ad Matthes. *sing.* 65. *vers. secundo limitatur*, Barbat. *cons.* 49. *n.* 4. *vol.* 4. Cotta *in memorialib. in verbo, jur. calum.* † Istud autem declaratur procedere, si petitum à parte adversa non fuit jurari de calumnia, ita Barbat. *d. cons.* 49. *n.* 9. quia si petatur à parte ut præstetur, debet præstari: etiam si judex id non mandaret. cum lex, quæ est supra judicem illud mandet. Et quando à parte petitur, ut præstetur juramentum calumniæ, intelligitur tacitè interpositum decretum judicis de tali juramento præstando: & communis observantia est, quod prætores & judices, ut plurimũ non mandant de calumnia jurari, sed sufficit petitio alterius partis litigantis. Nec obstant posita *supra, c.* 6 *n.* 1. ubi habetur, istud juramentum præstari autore prætore: quia præmissa procedunt in decreto expresso, & de facto interposito, non autem in decreto tacito, & de jure: non enim potest prætor quandocunque non mandare, ut juretur, & cum juramentum est petitum de calumnia, judex non potest procedere ad ulteriora, nec partes audire, ut in præcedentibus capitulis dixi, prohibente hoc *l.* 2. *C. de jurejurando, propt. calum.* & cum judex in causa procedat ad ulteriora, videtur mandasse jurari de calumnia: qui enim vult consequens, videtur velle necessarium antecedens: quod est juramentum calumniæ, Roman. *consil.* 71. *num.* 3. Bursat. *cons.* 38. *nume.* 18. *volum.* 1. † Decimooctavò, ille cui non est decreta copia processus, non tenetur præstare calumniæ juramentũ, & ab eo excusatur, nisi prius decreta sibi dicta copia, Gravat. ad

39 40 41 42 43 44 45 46

Digitized by Google

Veſtr. *lib.* 5. *c.* 2. *num.* 16. *in fin.* Vant. *in tract. de nullit. ſenten. ex defect. proceſſ. num.*
47 29. *in fin.* † Iſtud tamen declaratur procedere, dummodo dicta copia petatur, ut per
48 Gravat. *d. num.* 16. † Decimonono, non tenentur de calumnia jurare partes, quæ concordarunt de non jurando, Socin. *d. reg.* 209. *in* 3. *fallentia*, Specul. *in tit. de jur.*
49 *calum.* §. 5. *num.* 5. † Iſtud autem declaratur procedere quoad excuſandum utramq; partem ab incurſu pœnarum impoſitarum recuſantibus de calumnia jurare, de quibus ſupra, *c.* 14. egi; tunc enim compenſatur delictum cum delicto; ſed non facit, quod judex ad ulteriora procedere poſſit in cauſa; quia etiam ſtante tali pacto judex non valebit ad ulteriora procedere, Specul. *d.* §. 5. *num.* 5. ubi ponit quid faciet judex iſto ca-
50 ſu, & Socin. *d. fall.* 3. † Vigeſimò, negans ſe poſſidere non tenetur de calumnia jurare, ita Bald. ad Specul. *in rub. de juram. calum. verſ. ille, qui negat.* & idem Spec. *ibid.* §. 2. *num.* 15. & ibid. Joan. Andr. *in addition. litera Z. verſ. & ſic obtinuit.* Quod intelligo ut ſupra poſui, *c.* 15. *in declarat.* 20. vide quæ dixi ſupra, *cap.* 15. *in declar.*
51 20. *num.* 182. & dicam infra, *capitul.* 20 *num.* 13. † Vigeſimoprimo, ille, qui perfectè probavit ſuam intentionem, non tenetur de calumnia jurare. Addent. ad Matthæſil. *d. ſing.* 65. *verſ. hoc tamen limitatur.* Gravat. ad Veſtr. *d. c.* 2. *numer.* 13. Cotta *in d. verbo, juramentum calumniæ*, ubi id exemplificat. Jaſ. *in l. admonendi, n.* 84. *ff. de jure jur.* in quo articulo vide etiam Pariſium *in addit. ad Bart. in d. l.* 2. §. *hoc etiam, lit. A. in ver-*
52 *bo, calumnia*, † ſed iſta opinio eſt periculoſa; & non tranſit ſine difficultate, & placuit dominis de Rota in ſæpe citata Bononien. attentatorum, 28. Octobris 1588. coram illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino Cardinali Mantica tunc Rotæ prædictæ auditore, *verſ. neque etiam refragatur*, & Bald. eam tenens reprobatur à Jaſ. *in l. juſjuran-*
53 *dum*, §. 2. *num.* 3. *ff. de jurejur.* † & cum inſtrumentum ſit probatio probata, & inducat evidentiſſimam probationem, ut Pariſ. *conſ.* 100. *num.* 70. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 118. *num.* 1. *lib.* 4. Grat. *conſ.* 76. *num.* 5. *vol.* 6. videtur idem dicendum in eo, qui pro ſe habet inſtrumentum: ſed de eo dic ut dicam infra, *c.* 19. *in declarat.* 17. *n.* 60. *& ſeq.*
54 † Vigeſimoſecundò, ille, de cujus bono jure conſtat, non tenetur jurare de cal. *Rota in una Chien. pecuniaria, die* 16. *Decembris* 1595. *coram R. P. D. Mellino*, Sed iſte caſus
55 reincidit ferè cum præcedenti. † Vigeſimotertiò ille, qui non eſt de cauſa inſtructus & informatus, jurare de cal. non tenetur: cum ad jurandum inſtitui debeant illi, qui cauſæ veritatem ſciunt, gl. *in d. c. in pertractandis, in verbo, cogere non debemus.* † Vige-
56 ſimoquartò perſonæ quæ non habent diſcretionem juris & facti, non jurant de cal. Bal.
57 *in d.* §. *quod obſervari, n.* 2. † Diximus ſupra, *n.* 18. quod pater litigans contra filium, & *n.* 19. quod filius litigans contra patrem non tenetur jurare de cal. & ab ipſo jur. cal. excuſentur. Quæ vera ſunt, quia in eis ceſſat præſumptio, quod ad invicem calumnientur, imo in eis intrat præſumptio, quod non calumnientur, ut ſupr. *n.* 22. ex Panorm. tradidi; & plus eſt habere præſumptionem, quod non calumnietur quis, quam quod in eo ceſſet præſumptio contraria cal. Sed quando judex conjiceret aliquos prædictorũ calumniari, vel evidenter id conſtaret: (ſunt enim aliqui patres ita crudi contra filios,

ut

Digitized by Google

ut non recordentur, dictos filios esse carnes de carnibus, & ossa de ossibus eorum, & eos domo ejiciant denegatis alimentis, & variis modis & litibus eos opprimant; & è converso aliqui filii immemores præcepti divini, quo obstringuntur habere in honore parentes, sunt ita iniqui, ut quærant ansam quamcunque vexandi litibus patres, tunc non obstante, quod à jure excusentur prædicti ob prædictam præsumptionem, quod non calumnientur, ex quo constat calumniari, existimo posse & debere cogi ad jurandum de calumnia, cum præsumptio veritati cedat, Decius *consil.* 409. *n.* 8. Tiraq. *in rep. Si unquam, in præfat. n.* 87. *C. de revoc. donat.*

CAPUT XIX.

In quibus causis juramentum calumniæ præstandum sit?

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ præstandum est in omnibus causis regulariter. Puta in civilibus, num.* 2. *Etiam extraordinariis, in quibus lis contestatur, n.* 3. *Etiam si in eis procederetur summariè, de plano sine strepitu & figura judicij. nu.* 4. 5. *Clausula,* Summariè, de plano, & sine strepitu, & figura judicii, *apposita in rescripto non excludit juramentum calumniæ.* 6. *Juramentum calumniæ præstandum est etiam in causis summariis, & num.* 8. *Alioquin est processus nullus, num.* 12. *Neq; tacitè remitti potest, nu.* 9. *Præstariq; potest etiam post conclusionem in causa, num.* 10. & 11. 7. *Causa non potest dici summaria, nisi constet judicem velle procedere summariè.* 13. *Juram. calum. an & quando præstandum sit in causis criminalibus? & num.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. 25. 27. & 28. 22. *Positionibus respondetur de credulitate, & nihilominus dicta responsio æquè præjudicat ac si responderetur de veritate.* 23. *Contradictionem non implicat, quod in eadem causa juretur de veritate, & de crudelitate.* 26. *Contraria non possunt esse in eadem subjecto, uno & eodem tempore.* 29. *Jur. cal. præstandum est etiam in causis mixtis. In causis Ecclesiasticis, num.* 30. *Etiam in causis annexis Ecclesiasticis, n.* 31. *Etiam in causa juris patronatus, num.* 32. & 34. 33. *Jus patronatus est res spiritualis, vel spirituali annexa.* 35. *Juram. calum. præstandum an sit in causis spiritualibus, & nu.* 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43. 44. *Matrimonialis causa est spiritualis.* 45. *Juramentum calumniæ est præstandum etiam in causa modica, & vili. Nisi cum judex ex officio, & extra ordinem causam cognoscit, num.* 46. 47. *Juramentum calumniæ præstatur in nunciatione novi operis. Et in omni causa, quæ probationem desiderat, num.* 48. *Etiam in causa, in qua officium judicis imploratur, num.* 49. *Aut quando agitur ratione ætatis, num.* 50. & 51. 52. *Minor reputatur ille, qui habet curatorem, præsumptione juris.* 53. *Minor probatur eo ipso, quo quis citatur ad comparendum legitimè, alias videndum deputari sibi curatorem.* 54. *Majoritas si probatur, apparet nulla data curatoris facta, neque ex da-*

Digitized by Google

tione talis curatoris aliquis sibi aperiet viam ad restitutionem. 55. Jur. cal. est præstandum etiam quando agitur pro restitutione in integrum adversus confectionem inventarij, & num. 56. 57. Restitutio conceditur minore, etiam si habeat regressum contra tutorem, secundum Sfort. Oddum. Quod restringitur, num. 58. 59. Juramentum calumniæ præstandum est in prætorijs stipulationibus. Aut quando agitur in vigore instrumenti, num. 60. Etiam guarentigiati, ex forma statuti, num. 61. & 64. Aut vigore instrumenti in forma Camera, num. 63. & 64. 62. Instantia dicitur etiam si agatur vigore instrumenti. 65. Constitutiones Ægidiana servantur in toto statu Ecclesiastico. 66. Juramentum calumniæ præstatur in judicio meo coram arbitris. 67. Arbitri possunt etiam utraq; parte contradicente exigere juramentum calumniæ. 68. Juramentum calumniæ præstatur etiam coram urbis gubernatore. 69. Gubernator urbis procedit manu regia, & sola facti veritate inspecta; secundum ejus facultates. 70. Terminorum substantialium omissio percutit defectum citationis. Et jurisdictionis, num. 71. 72. Termini substantiales servari debent etiam coram gubernatore urbis. 73. Motus proprij Pontificij tollentes nullitates, non tollunt nullitates in substantialibus. 74. Exclamatio contra notarios. 75. Jur. cal. præstatur etiam in judicio moto coram Principe. In cumulatione actionis, nu. 76. In mutatione actionis, num. 77. 78. Socin. in c. literas, n. 13. declaratur. 79. Jur. cal. iterum præstatur, & conteſtatur iterum lis, quando libelli mutatio est circa substantialia secundum Bald. 80. Juramentum calumniæ præstatur in instantia appellationis, & num. 83. Etiam si in priori instantia præstitum sit, num. 81. 82. Recusans jurare de cal. in instantia appellationis habetur pro confesso. 84. Juram. præstitum in causa principali non extenditur ad causam appellationis. 85. Juram. cal. præstatur etiam si mutentur personæ, ut quando reus excipiendo fit actor. 86. Jur. cal. præstatur etiam perempta instantia, per lapsum triennij, & si vult de novo actor intentare actionem perempta instantia, iterum juratur de calumnia. 87. Juram. calum. an præstatur in exceptionibus, n. 88. & 89. 90. Jur. cal. præstitum generaliter, extenditur ad omnia emergentia post litem conteſtatam. 91. Jur. cal. præstatur super præparatoriis, ubi vide exempla. 92. Interrogatoria quomodo ab aliquibus vocentur, & quæ sint propriè interrogatoria. 93. Interrogatoria, Positiones, & Præparatoria sunt fere synonima. 94. Juramentum calumniæ præstatur in omnibus incidentibus, & emergentibus quæstionibus. Et tunc dicitur juramentum malitiæ, vel veritatis. num. 95. 96. Juramentum calumniæ præstitum generaliter super negocio principali extenditur ad omnia accessoria. 97. Jur. cal. præstandum est in judicio & causa duelli. 98. Actor & reus jurant de cal. in causa duelli, per constitutiones regni Siciliæ. 99. Duellum est prohibitum. 100. Pœna loquentes de duello an habeant locum in eo, qui in rixa calore iracundiæ vocat alium ad singulare certamen, & n. 101. 102. Duelli materia est tractata, quia aliqui iniqui Principes præbent duellum committentibus campum franchi. 103. Duelli materia, apud quos auctores habeatur. 104. Jur. cal. præstatur in causa syndicatus.

Re-

REGULA generalis est, quod hoc nostrum juramentum sit præstandum in omnibus causis, *text. in l. 1. in princ. & in l. 2. prope fin. gloss. in d. l. 2. in verbo, in omnibus*, ubi recensetur Mart. limitantem ad causas pecuniarias, *C. de jurejur. propter calumniam* Specul. *in tit. de juramento calumniæ, §. 2. in princip. gloss. in cap. 1. in verbo, criminali*, Marian. Socin. *in d. literas, num. 6. de juram. calum.* Laur. à Pinu *consil. 80. num. 5.* † Quam regulam in pluribus casibus reperio à Doctoribus declaratam; & primò declaratur procedere in causis civilibus, gloss. *in c. inhærentes, in verbo, criminali, & in d. c. literas, in verbo, rebus spiritualibus*, & in d. c. literas Socin. idem dicit *sub num. 6. vers. primò declara ur*, & ibid. Panormit. *in c. literas, num. 10. de juram. calum.* Barth. *in d. l. 2. in princip.* Bald. *n. 7.* ubi dicit id esse verum secundum omnes. † Secundò declaratur procedere in causis civilib. extraordinariis, in quibus lis non contestatur, Bart. *d. num. 13.* Panormit. *in c. inhærentes, num. 14. in princip. de juram. calum.* Socin. *in d. c. literas, num. 2. versic. secundo procedit.* † Quæ declarationes ampliantur etiamsi in dictis causis procederetur summariè, de plano, & sine strepitu, & figura judicii. Socin. *in d. vers. secundo procedit.* † quia dicta clausula, etiam in rescripto apposita non excludit juramentum calumniæ, ut habetur in clement. *sæpe §. citationem verò, de verbor. signific.* Joan. Andr. ad Specul. *in tit. de juramento calumniæ, §. 2. num. 10. in litera S. in verbo, in princip.* † Tertiò declaratur procedere dicta regula in causis etiam summariis, Parisius *in addit. ad Bart. in l. 1. litera A, in verbo, in omnibus, C. de jurejura. propter calum.* Ant. Franc. *in annotation. ad Panormitan. in cap. significasti, num. 8. in verbo, sibi juraret, de foro compet.* Alex. *in l. qui bona, §. si alieno nomine, num. 4. ff. de damn. infect.* Gravat. *in addit. ad Vestr. lib. 5. c. 2. num. 6.* Cotta *in memor. in verb. juramentum calumniæ*, Moder. *annotan. in pragmat. regn. Sicil. incipien. si reus exceptionem litis ingressum, num. 3.* Addent. ad Matthesil. *sing. 65. versic. in causis tamen*, Roland. *consil. 71. num. 9. vol. 1.* Barbat. *consil. 49. num. 7. vol. 3.* ubi eum vide, Vant. *in tract. de nullit. in tit. de nullit. sentent. ex defect. proces. num. 29.* Alberic. *in d. l. 2. n. 3.* ubi dicit, quod quamvis in summariis non sit necessaria litis contestatio, nihilominus est jurandum de calumnia post narrationem actoris, & responsionem rei, quæ æquipollent contestationi. † Nec dici poterit causa summaria, nisi constet judicem velle procedere summariè Lapus *alleg. 3. n. 5 in fi.* † Quæ tertia declaratio regulæ principalis multipliciter ampliatur, & Primò ampliatur dicta declaratio, sive causa sit summaria ex dispositione legis, Barb. *d. cons. 49. n. 1.* sive sit summaria ex dispositione hominis, Barba. *d. n. 1.* † Secundò ampliatur dicta declaratio in tantum, ut in similibus summariis tale juramentum neq; tacitè omitti possit, Barb. *d. cons. 49. n. 1. vers. & etiam. & n. 21.* licet in aliis causis remitti posse tacitè traditum sit supra, *c. 12.* † Tertiò ampliatur dicta declaratio, & duæ præmissæ ejus ampliationes in tantum, ut juramentum calum. præstari possit in similibus summariis, etiam post conclusum in causa, Cotta *in memorial. in d. verbo, juramentum calumniæ.* † Et licet post conclusum in causa regulariter non possit præstari nostrũ juramentum, per ea quæ tradidi supra, *c. 10.* tamen in similibus summariis non solum ex officio

post

Digitized by Google

post concluſum in cauſa judex poteſt illud exigere, verùm etiam ad partis inſtantiam, ſecundum Roland. *conſil.* 71 *num.* 33 *lib.* 1. fallit Cappella Tholoſ. & ibi addit. *in deciſ.*
13 108. & in hoc dic, ut ſupra *ad c.* 10. † Quartò ampliatur dicta declaratio, & ejus primæ duę ampliationes præmiſſę in tantum, quod ſi non præſtetur hoc juramentum in ſimilibus cauſis ſummariis, proceſſus & ſententia ſint ipſo jure nulla, Barbat. *dict. conſil.* 49 *n.* 2. *in fin.* ſuper quo articulo perpendendæ ſunt Ægidianæ conſtitutiones, *lib.* 5. *c.* 2. ubi mandant à certa quantitate infra, procedi debere ſummariè, & ſine tali juramento, & in hoc dic, prout dicam infra, *hoc eodem c. in* 17. *declaratione, n.* 65. *ad easdem conſtitutiones, lib.* 5. *c.* 3. † Quintò declaratur dicta regula procedere etiam in cauſis criminalibus, Speculat. *in tit. de juram. calum.* §. 2. *n.* 1. & §. 2. *nu.* 8. & 9. *gloſſ. in c.* 1. *in verbo, criminali, in princ.* & *in d. c. literas, in verbo, ſpiritualibus, de jur. cal.* & *in l.* 1. *in verbo, quicquam,* ubi diluit contraria multa, & Cyn. *in ead. l. num.* 3. *C. de jurejur. propt. cal.* Socin. *in d. c. literas, num.* 7. *in princip.* & *in c. cum in cauſa, num.* 45. *verſic vigeſimo quæro,* & *in c. inhærentes, num.* 10. Alberic. *in l. in omnibus cauſis, num.* 2. *C. de jurejur. propter calu.* Jul. Clarus, §. *fi. quæſt.* 18. *num.* 3. dicit etiam Bart. ubi Clarus tradit hanc eſſe communem ſententiam, licet ibi dicat apud ſuos non ſervari, admittit tamen ex Foller. *in practic. crim. canon.* quod adverſario petente ſervatur, ut præſtetur hoc juramentum in cri-
14 minalibus, † & Socin. *in d. c. literas, d. num.* 7. *in fin.* aſſerit hanc eſſe regulam. Et licèt de conſuetudine, & ſtylo Italiæ contrarium ſervari dicat, nihilominus in fine dicti nu-
15 meri concludit, quod jurandum eſt: & ibi diluit omnia in contrarium adducta. † Maximè autem procederet dicta declaratio, & proximè Socin. opin. quod in criminalibus jurari debeat, ſi actor, aut reus id petat, ut Socin. *d. num.* 7. conſonant relata ſuperius ex
16 Claro, *in hoc eod. cap. num.* 13. *in fin.* † Cyn. autem *in d. l.* 2. *num.* 5. ex ſententia Petri
17 dicit, quod in merè criminalibus non præſtatur noſtrum juramentum, † & Bald. *in l.* 1. *C. de jurejur. propter calumn. n.* 8. dicit in criminalibus non jurari de cal. & ibi ejus ratio eſt, quia in cauſa criminali non juratur de credulitate, ſed de veritate. Et iſtud jura. cal.
18 eſt de credulitate non de veritate, ut dixi ſupra, *c.* 8. † Paul. quoque *in l.* 1. *n.* 9. *C. eod.* vi-
19 detur ſentire quod in criminalibus non juretur, † ſubdit etiam Bald. *d. nu.* 8. quod ſi
20 in cauſa criminali omitteretur hoc juramentum, ex hoc non vitiaretur proceſſus. † Cyn. Bald. & Pauli magna eſt autoritas, nihilominus cum nulla ratione præmiſſa, eorum ſententia judicio meo ſalvari poſſit, puto eam non ſequendam, & ob eam non recedendum à regula conſtituta in principio hujus capituli, quod juramentum calumniæ ſit præſtandum in omnibus cauſis: & à communi ſententia, quod in criminalibus juretur de calumnia, ſi pars id petat, ut retuli in principio *hujus* 4. *declarationis, num.* 13. 14.
21 & 15. † Nec ratio Bald. *d. num.* 8. (parcat mihi tantus vir) movere me debet: non enim formaliter concludit, quoniam arguit, in criminalibus non juratur de credulitate, ſed de veritate, ergo non juratur de calumnia. Cujus enthymematis ſi negatur antecedens, quod in criminalibus non juretur de credulitate, quomodo iſtud antecedens negativum probabit? hoc opus, hic labor eſt, ſiquidem ſi in criminalibus juratur de calumnia,

Digitized by Google

lumnia, ut præmissum est, *num.* 13. 14. & 15. necessariò juratur de credulitate: quia juramentum calum. præstatur de credulitate, & non de veritate, ut dixi *c.* 8. *supra*, & nihilominus dictum juram. de credulitate præjudicat reſpondenti, ac ſi de veritate reſponderetur. † ſicut in ſimili poſitionibus reſpondetur de credulitate, nihilominus talis re- 22
ſponſio de credulitate facta poſitionibus æquè reſpondenti præjudicat, ac ſi reſpondiſſet de veritate, Cyn. *in d. l.* 2. §. *quod obſervari*, Rimin. junior *conſ.* 236. *nu.* 9. *lib.* 3. *ubi videatur.* † Præterea non implicat contradictionem, quod in eadem cauſa juretur de ve- 23
ritate, & juretur etiam de calumnia, in civilibus enim datur jur. ſuppletoriũ, deciſivum, jur. teſtis; & alia juramenta, quæ ſunt de veritate; & nihilominus in eiſdem civilib. juratur de calum. Etſi per poſitionem & affirmativam alterius ex prædictis juramentis, videlicet veritatis & calum. ſequeretur alterius ſemotio & negativa, ut ex Bald. *loco præcitato* arguitur, in cauſis civilibus nunquam juraretur de calumnia: nam nulla, vel rara eſt cauſa civilis, in qua de veritate non juretur, unde ſequeretur de calum. in eadem cauſa non poſſe jurari. † Ratio eſt in promptu, cur Baldi argumentum non procedat, ultra a- 24
lias rationes præmiſſas, quæ ratio eſt & potiſſima; quod ſcilicet juramenta veritatis reſpiciunt probationes, & juramenta probationis ſunt; juramentum verò calum. non reſpicit probationes, nec eſt probationis, ut dixi ſupra, *c.* 3. *poſt princ.* ſed ſolemnitatis, & pars ſubſtantialis judicii eſt, ut dixi ſupra, *c.* 7. † Concludo igitur cum Dd. relatis *n.* 13. 25
14. & 15. ſequendam communem ſententiam & obſervantiam, de qua ex Follerio teſtatur Clarus, *loco relato, in fi. ſupra n.* 13. quod in criminalibus parte inſtante juramentum calumniæ ſit præſtandum, licèt Barthol. *in l.* 1. *num.* 6. *C. de jure jurand. propter calumniam*, tradat de uſu communi Italiæ id non ſervari, ut retuli ex Socin. *ſupra num.* 14. & uno & eodem tempore poſſunt in eodem ſubjecto juram. calu. & veritatis eſſe, contra mentem Bald. ſupra relati: non enim ſunt contraria; † quæ in eodem ſubjecto ſta- 26
re uno & eodem tempore non poſſunt. Quidam Neotericus Germanus *conſ.* 6. *n.* 11. *poſt princ. per l. ſi ut certo*, §. *ſi duobus, ff. commodat. l. ſi inter me, de except. rei judic. l. Pomponius*, §. *ſi is, de procurat. l. hæc verba, de verb. ſignif.* † Opin. Cyn. Bald. & Pauli poſſet 27
habere locum quoad reum proceſſatum criminaliter, & quod reus non teneatur de calum. jurare in criminalibus, quia ſupra *c.* 2. *dixi, ante fin. d. c.* quod licet corrumpere pecuniâ accuſatorem ad redimendum ſanguinem ſuum reo, & non comprehendetur dictus reus ob id inter contrafacientes juramento calumniæ, etiamſi juraſſet de calumnia: & ſi per ea quę nunc dicimus, quod in criminalibus juretur de calumnia, neceſſe eſſet jurare de calumnia reo, & ex alio latere liceret reo ad redimendum ſanguinem ſuum contravenire juramento calumniæ per ſe præſtitum abſque pœnæ incurſu, ut dictum eſt ſupra, *d. c.* 2. utique fruſtra præſtaretur hoc juramentum à dicto reo. Niſi intelligere vèlimus cum Panormit. *in c. inhærentes, n.* 11. *verſic. eodem modo reſpondetur, de juramento calumniæ*, quod intelligatur, quod quis poſſet corrumpere adverſarium tranſigendo, & non calumniando, & aliàs. ut ibi Panormit. at ſic etiam reus teneretur jurare, cujus ſententiæ libenter ſubſcribo. † In cauſis tamen criminis læſæ majeſtatis, divinæ & 28

Digitized by Google

humanę, ſimoniæ, ſodomiæ, falſitatis, aſſaſſinii, aliiſq; ſimilibus criminibus exceptuatis, quæ non veniunt in generali principis abolitione & remiſſione, non admitterem dictam opinionem Cyn. Bald. & Paul. neque etiam in reo: in iis enim receditur à regulis
29 juris communis. † Quintò declaratur procedere principalis regula in cauſis mixtis, ita voluit Socinus *in d. c. literas, n. 6. verſ. ſexto procedit, & ibid. gloſſ. in d. verbo, rebus ſpiri-*
30 *tualibus, verſ. alia mixta*, Specul. *in tit. de jur. cal.* §. 2. *n.* 1. † Sextò declaratur procedere dicta principalis regula in cauſis Eccleſiaſticis, Socin. *in d. c. literas, num. 6. verſ. ſeptimo*
31 *procedit*, Specul. ubi ſupra, §. 1. *n.* 10. *verſ. ego tamen.* † Ampliatur hęc ſexta declaratio ut procedat etiam in cauſis annexis cauſis Eccleſiaſticis, Specul. *d.* §. 1. *d. verſic. Ego tamen.* Etiam ſi tales cauſæ annexæ ſpiritualibus non eſſent ſpirituales, Socinus *in dict.*
32 *verſic. ſeptimò procedit.* † Septimò declaratur procedere principalis regula in jure patronatus, in cujus cauſa, licet prius non crederetur jurandum eſſe, quia prætendeba-
33 tur ſpiritualis, vel ſpirituali annexa, † ut ſentire videtur, quod ſit ſpiritualis, vel ſpiritua-
34 li annexa, gloſſ. *in d. cap. literas, in d. verbo, ſpiritualibus, in princip.* † ſed hodie expeditum eſt, ut in jurispatronatus cauſa jurari debeat. Specul. *in dict. tit.* §. 2. *num.* 9. *verſ. aliq*
35 *contra, & num.* 10. *in fin.* quia in cauſis etiam ſpiritualibus juratur, ut infra dicam. † Octavò declaratur dicta principalis regula, ut procedat etiam in cauſis ſpiritualibus: in quibus licèt dixerint non eſſe præſtandum juramentum calumniæ, Specul. *in rub. de jur. cal. num. 7. verſ. breviter ergo teneas. gloſſ. in d. l. 2.* §. *ſed quia veremur, in verbo, remitti, circa medium, verſic. item in ſpiritualibus, & in c. in pertractandis, in verbo, non peſſim, & in verbo, rebus ſpiritualibus, de juram. calum. & in dict. cap. literas.* ubi etiam text. & refert Socin. *in d. c. literas, num.* 1. Andr. Gail. *pract. obſ. lib.* 1. *obſerv.* 38. *n.* 4. Boacoſi.
36 *in tract. de aquit. canon. concl.* 73. ubi dicit, id procedere de æquitate canonica, † ſed in eis præſtandum eſſe juramentum malitię, ſeu veritatis, tenuerunt in ſpecie Specul. *in dict. verſic. breviter ergo teneas, & §. 1. num. 10. in princip.* & Socin. *in c. fin.* & ſpar-
37 ſim alibi *in repetit. tit. de juram. cal. extra.* † tamen hodie contrarium ſervatur, cum in ſpiritualibus, ſicut in profanis indifferenter juretur de calumnia, *text. in c. 1. §. fi. & ibid. gloſſ. 1. in 4. notabili, de jur. cal. in 6.* Speculat. *in d. §. 1. nu. 10. verſic. ego tamen utrumq;, & ibidem ſequitur Joan. Andr. in addit. in litera K, in verbo, ad cautelam,* Marian. Socin. *in d. c. inhærentes, nu.* 15. *& in d. c. literas, n.* 1. *& 6. verſ.* 3. *procedit. ubi id latè diſcutit, & in c. cum in cauſa, n.* 46. *de jur. cal.* Paul. *in l.* 1 *in fin.* & Alberic. *num.* 3. & Bald.
38 *in d. l.* 2. *C. de jurejur. propter calum.* & ibid. Bart. *n.* 13. † Et iſta concluſio, quod in ſpiritualibus de calumnia juretur, procedit maximè, ſi pro re ſpirituali ageretur via poſſeſſoria, & cauſa poſſeſſoria eſſet, gloſſ. *in d. c. literas, in verbo, ſpiritualibus, verſic. & nota quod licet.* & ibidem Socin. *num. 6. verſ. quinto procedit*, Andr. Gail. *d. obſerv.* 38. *num.*
39 4. † Alii tenuerunt, ut per Socin. *d. num. 6.* quod juramentum calumniæ in ſpirituali-
40 bus non ſit neceſſarium, ſed utile. † At non utile ſolùm, ſed neceſſarium eſt judicandum in ſimilib. cauſis tale juramentum: & plures rationes, quæ ad id movere debent, tradit Socin. *d. n. 6.* quarum potiſſima eſt, quia in dictis cauſis, ut plurimum calumniati

vi-

Digitized by Google

videmus, quę ratio est desumpta ex tex. ipso, *in d.c.1.§.fin.de jur.cal.in 6.* † Nec obstat 41
Petr. Vanderan. *in sua pract. lib.3. c. 2. versic. formula autem.* ubi dicit in spiritualibus
non servari, ut juretur de calumnia; quia causæ spirituales sunt majoris præjudicii:
nam dicta ratio facit pro nobis contra ipsum, cum ùbi majus immineat præjudicium, ibi
sit cautius agendum. † Fateor tamen, quod in causis spiritualibus juratur de calu- 42
mnia tantùm, in illis casibus, in quibus vera confessio noceret, non autem in aliis casi-
bus, ut Socinus *in dicto capit. cum in causa, num. 46. versic. secundo exigitur.* ubi tradit,
quid dicendum in causa matrimoniali, quid in causa usurarum, & refert ad dicta ab se
in tit. de confess. faciunt dicta supra, *cap.* 14. ubi ponitur secunda qualitas, ut talis sit cau-
sa, in qua confessio vera noceret confitenti, ad faciendum incurrere contumacem in
non jurando, in pœnas impositas nolentibus jurare. † Et circa præmissa nota, quod 43
in similibus spiritualibus recusans jurare, habetur pro confesso quoad sui præjudicium,
non autem quoad hoc, quod adversarius acquirat titulum in causa spirituali, nisi de ti-
tulo, ponens legitimè probet, ne per collusionem ad spiritualia pateat vitiosus ingres-
sus, Bald. *in dicta l. 2. numer. 7.* † Ex quibus infertur, quod in causis matrimonia- 44
libus, cùm spirituales sint, jurandum est de calumnia. ut etiam in specie ex Alberic.
in dict. l. 1. d. num. 3. Maximè si in eis agatur possessorio, ut supra ex Socino & Gail.
tradidi, & *cap. 15. num. 338.* † Nonò declaratur procedere principalis regula in cau- 45
sa modica & vili, in qua etiam jurari de cal. debet, Spec. *in d. tit. §. 2. n. 10. versic. dic contra*
Panor. *in d.c. inhærentes, d.n. 14. in princ.* Mar. Soc. *in d.c. cum in causa, n. 50.* ubi subdit a-
crius esse puniendos recusantes jurare in similib. causis, quàm in causis gravib. & arduis
per rationem ibi ab eo redditam, vide in hoc ea, quæ dixi supra, *n. 12.* ad constitutiones
Ægidianas. † Quæ declaratio nona fallit, quando judex ex officio, & extra ordinè cau- 46
sam cognosceret, quia tunc non præstatur tale juramentum in causa modica. Spec. *d.n.*
10. in fin. † Decimò declaratur procedere principalis regula in causa nunciationis novi 47
operis, *tex. in l. de pupillo, §. qui opus, ff. de novi operis nunciatione,* Alexand. *ibidem num. 1.*
dummodo tamen exigatur juramentum calumniæ in tali causa autore prætore, ut *in d.*
§. qui opus, & dixi supra, *c. 6. num. 1.* † Undecimò declaratur procedere principalis re- 48
gula in omni causa, quæ probationem desiderat, ut voluit Bald. *in d.l. 1. num. 1. C. de ju-*
rejur. propt. cal. & in causis, quæ probationem non desiderant, non juratur de calumnia,
ut dicam infra *cap. 20.* † Duodecimò declaratur procedere principalis regula etiam in 49
causa, in qua officium judicis imploratur, quia in ea etiam juramentum calumniæ requi-
ritur, Socin. *in d.c. literas, num. 8. in princ.* † Decimotertiò declaratur procedere prin- 50
cipalis regula, & quod juretur de calumnia etiam, quando agitur ratione ætatis, ut
quia aliquis dicat se majorem, & ideo velle per se litigare: adversarius verò dicat
ipsum minorem, & ideo ei dandum esse curatorem, Socin. *in d.c. literas, num. 8. versic.*
decimò procedit. Sed non teneo istud esse jur. cal. quia non præstatur super tota causa, at
super articulo & emergenti particulari. Et si istud discuteretur ante lit. contestatam, di-
cetur jur. malitiæ: si post lit. contest. dicetur jur. veritatis vel etiã malitiæ, ut dixi *sup. c. 1.*

Digitized by Google

51 *& ſparſim in toto opere ſæpè.* †Decimo quartò declaratur procedere principalis regula, quando è converſo aliquis malitioſus dicit ſe minorem, ut ſibi viam aperiat ad reſtitutionem in integrum, adverſarius verò dicit eum majorem, & petit jurari de calumnia. Et jurandum eſſet, & ſuper iſto emergenti diſceptandum & pronuntiandum, Bald *in authent. principales perſona, num.* 10. *C. de jureju. propter calum. per gloſſ. in d. auth.* quam gloſſ. ibidem dicit ſingularem Bald. & menti tenendam, quod quis debet eſſe cautus, ut
52 non litiget cum curatore ejus, quem putat majorem, quia aperit ei viam ad reſtitutionem. † Nam præſumptione juris reputatur minor ille, qui habet curatorem, ut Bald.
53 *d. n.* 10. † Neque citet eum, qui dicit ſe minorem, ad comparendum legitimè, aliàs videndum ſibi deputari curatorem: ex hac enim citatione probaretur minor, Corn. *con-*
54 *ſil.* 91. *num.* 2 *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 99. *num.* 6. *lib.* 4. Rimin. *conſ.* 149. *num.* 4. † ſed ſi probaretur majoritas, ex hoc appareret dationem curatoris fuiſſe nullam, neque ex hoc poterit conſequi viam ad reſtitutionem, ſed quia diſceptatio hæc ſuper majori vel minori ætate ſit ſuper articulo particulari, videtur potius juramentum malitiæ vel veritatis,
55 quàm calumniæ iſtud, de quo *num.* 51. † Decimo quinto declaratur procedere principalis regula, quando agitur pro reſtitutione in integrum ad confectionem inventarii, quia iſto etiam caſu de calumnia juratur, Joan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de juram. calum. §.* 2 *in verbo, §. penult. verſ. procedit autem,* Socin. *in d. cap. literas, num.* 12. & ſi eſt major iſte jurare debens, jurat per ſe, ut Socin. *d. num.* 12. ſi verò dictus jurare de-
56 bens eſt minor, jurat per alium, id eſt, per curatorem ſuum. Socin. *d. num.* 12. † Quæ declaratio principalis regulæ intelligenda eſt ut procedat, ſi judicium ſit principaliter motum ſuper reſtitutione in integrum, & reſtitutio in integrum principaliter intentaretur: ſecus autem eſſet, ſi reſtitutio peteretur incidenter: quia tunc juraretur de malitia, ſi eſt ante litem conteſtatam: ſi verò poſt litem conteſtatam eſſet juramentum veritatis,
57 vel malitiæ, per ea quæ dixi ſupra, *num.* 50. *in fin.* † Nec ab re monitum te eſſe velim, quod licèt Sforti. Odd. *in tract. de reſtitut. in integrum, parte* 1. *qu.* 22. *n.* 16. velit, quod
58 reſtitutio minori concedatur, etiamſi habeat regreſſum contra tutorem: † tamen talis reſtitutio adverſus confectionem inventarii nullo modo concedenda eſt, quando ejus tutor vel curator eſt ſolvendo, & ipſe minor habet relevationem contra tutorem vel curatorem, & niſi prius diſcuſſo dicto tutore vel curatore, ad text. *in l. properandum, §. fin. C. de judic.* Montic. *de inventar. in reg.* 5. *nu.* 43. Balb. *de præſcript. in* 1. *parte, quinta partis principalis, q.* 6. *n.* 4. Turzan. *inter communes, n.* 125. Soarez *inter communes in verbo, minor, num.* 174. Afflict. *ſuper conſtitut. regni, lib.* 2. *rub.* 29. *num.* 41. *& ſeq. lib.* 5. Ruin. *conſil.* 119. *num.* 18. *& ſeq. lib.* 5. ubi de communi. Bero. *conſ.* 120. *n.* 26. *lib.* 1. Roland. *conſil* 10. *num.* 19. *& ſeq lib.* 2. Natta *conſ.* 492. *n.* 67. *& ſeq. lib.* 3. Alciat. *viden. conſil.* 119. *n.* 18. *& ſeq. lib.* 5 Rimin. Jun. *conſ.* 72. *num.* 74. *lib.* 1. *& conſil.* 593. *num.* 27. *lib* 5. Burſat. *conſil.* 2. *n.* 47. *lib.* 1. Caſſad. *deciſ* 5. *de appell.* & ita reſolutum fuit coram Sanctiſſ. Domino noſtro Clemente Papa VIII. in ſignatura gratiæ proponente R. P. D. Horatio Spinola, ubi filii Conſtantini Saracini, pro quo ego fidejuſſeram,

pete-

Digitized by Google

petebant restituri adversus confectionem inventarii à Maria eorum matre & tutrice, ac curatrice non confecti de bonis hæreditariis. vide quæ dixi supra, *c.* 15. *in declar.* 11.

† Decimosextò declaratur procedere principalis regula, etiam in prætoriis stipulationibus, in quibus præstatur hoc juramentum quoque calumniæ, Specul. *in d. tit.* §. 2. *n.* 17. Socin. *in d. c. literas, num.* 7. *&* 10. *vers. sextodecimo procedit.* 59

† Decimoseptimò, declaratur principalis regula, ut procedat etiam quando agitur vigore instrumenti, tex. est expressus, *in d. l.* 1. *C. de jurejur. propt. cal.* 60

† Quæ decimaseptima declaratio ampliatur, etiam si ageretur & peteretur executio instrumenti guarentigiati ex forma statuti, licet dicta executio non peteretur ordinariè porrecto libello, aut lite contestata; sed solum produceretur instrumentum, & peteretur mandari executioni, & pars citaretur, quare non debeat exequi, & pars adversa contradiceret, Marian. Socin. *in d. c. literas, num.* 8. Bald. *in d. l.* 1. *nu.* 3. *vers. facit ad statutum, C. de jurejur. propt. calum.* ubi dicit hoc esse menti tenendum. 61

† Et quod instantia dicitur etiam si agatur vigore instrumenti. 62

† Ex quibus infero idem dicendum de instrumento celebrato in forma Cameræ, sub ditione status Ecclesiastici, quæ forma non est arctior guarentigia. 63

† Maximè procedere puto hanc declarationem, quando contra instrumentum opponeretur aliqua exceptio, quæ ex sui natura esset apta remorari executionem obligationis guarentigiatæ vel vallatæ jur. & obligat. Camerali, prout sunt illæ quæ in statuis sæpe ponuntur, quod opponi possint contra similia instrumenta, & eæ quas recensent, quod possint opponi ad reprimendam executionem talium instrum. Barz. *in tract. de guarentigia*, & Gallesius *in tract. de forma Camera*. Alioquin si nihil opponeretur contra talia instrumenta, nec peteretur calculari, aut quid simile: sed simpliciter peteretur nihil fieri nisi jurato de calumnia, & sibi petenti intimato, non crederem de necessitate jurandum de calumnia: quia instrumentum est probatio probata, & inducens evidentissimam probationem, ut dixi supra, *cap.* 18. *in declar.* 21. *num.* 53. & prædicta tenementi perpetuò, ut Bald. supra relatus dicit; quia ejus authoritas te defendet ab appositionibus, quas aliquando judices, & aliquando notarii faciunt uni parti litiganti favent es alteri parti, sub prætextu arctæ obligationis prædictæ, & quod habens instrumentum guarentigiatum, vel cum obligatione Camerali non teneatur de calumnia jurare. 64

† Prædictæ decimæseptimæ declarationi videntur obstare Ægidianæ constitutiones, quas observandas in omni ditione temporali status Ecclesiastici, dixi *supra, c.* 15. *num.* 26. in quibus constitutionibus *lib.* 5. *cap.* 3. habetur, quod non juretur de calumnia in causis, ubi agitur vigore instrumenti: & ibi redditur in princ. *d. c.* 3. ratio à statuentibus, quæ ratio est, ut finis imponeretur litibus. Quam rationem non puto sufficere ad tollendum hoc juramentum, quod est inductum à jure communi ob publicam utilitatem, ut dixi *supra, num.* 6. *& seq. & c.* 4. *num.* 4. & ob alias causas expressas *d. cap.* 4. quę concernunt utilitatem publicam, quoad animam etiam, ut ibi videre licet. Ideò non puto valere in hoc dictas constitutiones, nisi meliorem reddant rationem, ut dixi de statuto *supra, c.* 13. Nec obstant motus proprii Pontificii, confirmantes dictas 65

Digitized by Google

constitutiones, quia *l. 2. C. de jurejur. propt. cal.* indiget speciali derogatione, ut dixi
66 *d. c. 13. supra.* † Decimooctavò, declaratur procedere dicta regula in judicio moto coram arbitris, in quo etiam juratur de calumnia, Joan. Andr. *in additio. ad Specul. in d. tit. §. 5. in princip. litera C. in verbo, §. 1. tex. in d. l. 2. §. sed quia veremur, circa medium, & ibi gl. in verbo, sancimus,* & ibidem Bart. *num.* 1. Socin. *in c. inhærentes, num.* 14. *& in c. cum in causa, num.* 46. *vers.* 19. *quæro. de jur. cal.* Bald. *in d. § quod observari, in princ.* † qui arbitri possunt etiam utraque parte contradicente exigere hoc juramentum calumniæ, secundum Bald. *ibid. num.* 1. prout etiam de judice dixi *supra,*
68 *c. 12. num.* 33. † Decimononò, declaratur dicta regula, ut procedat coram illustrissimo domino urbis gubernatore etiam, Bursat. *cons.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. Anton. Augustin. *in repertor. de jurejurando, in vers. coram gubernatore,* Puteus *decis* 397. *lib.* 2. *die* 26.
69 *Februarii,* 1546. *incipien. una Paduana injuriarum.* † licet dictus gubernator procedat manu regia, & sola facti veritate inspecta, secundum ejus facultates, in tantum ut aliquæ eorum videantur auferre hominibus, etiam jura naturalia. Et Paul. Granut. *theorema* 17. *nu.* 15. dicit se de hac materia tractare *lib.* 5. *theorem.* 102. sed quicquid ipse dicat ibi, ego sentio, quod in dicto tribunali domini gubernatoris etiam jurandum sit de calumnia, cum juramentum calumniæ sit inter terminos substantiales numera-
70 tum, ut dixi *supra, c.* 7. *à nu.* 25. *inclusive, ad n.* 31. *inclusivè.* † & talium terminorum omissio percutiat defectum citationis, ut Rota *coram R. P. D. Robusterio, in una Re-*
71 *mana artis furnariæ,* 9. *Junii,* 1574. † & percutiat etiam defectum jurisdictionis, ut Rota *coram Bravo in una Anconitana terrarum,* 24. *Novembr.* 1578. *in principio, in*
72 *manuscriptis.* † Dicti termini debent servari etiam coram dicto gubernatore, ut expresse voluit Rota *in dicta artis furnariæ coram Robusterio.* † Nec præmissis obstant
73 motus proprii Pontificii, super nullitatibus non attendendis, quia non tollunt objectionem nullitatum in similibus substantialibus, Puteus *d. decis.* 397. & idem novissime firmavit Rota *coram R. P. D. Orano, in una Romana pecuniaria, in manuscriptis,*
74 *die* 4. *Junii,* 1593. † Contra istud tribunal ejusque notarios multa exclamat Vestr. *in pract. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 5. *in fin.* Et quid diceret Vestri. si videret illud temporibus nostris? morbus notariorum hujus tribunalis infecit omnia urbis tribunalia, & eorum exemplo omnes notarii cæterorum tribunalium illecti, rapinæ incumbunt, cum laterna, (ut dicitur) eunt quæritantes quascunque querelas, incitantes querelantes, anhelantes facere magnos regestos, & omnia mediante pecunia pervertentes; Unde non immerito sanctissimus dominus noster Clemens Octavus de eis malè sentit, & quotidie dictus sanctissimus dominus noster eos coercere quærit, & quotidie desuper fiunt congregationes reformantes. & si congregationes hodie reformant, ipsi novis commentis crastina die deformant. Habent etiam in officiis quosdam lupiculos, qui nunquam saturantur bibaliis, & litigantes de eis disponere, nec ab officio per latitudinem unius digiti trahere eos possunt, nisi additis calcaribus aureis, sive argenteis. Quanta alia dici possent? sed eas dicat lucerna, sub cujus lumine multa gerunt. Parcant mihi boni.

Vigesi-

Digitized by Google

† Vigesimò, declaratur principalis regula, ut procedat etiam in judicio moto coram principe, & quod in eo etiam jurari de calumnia debeat, ut colligitur ex tex. *in fin. de jur cal.* ubi in fin. dicit Rom. Pontifex, quod fecit coram se jurari de calumnia, & tex. *in auth. principales personæ, §. sed si in sacro consistorio, C. de jurejur. propt. cal.* † Vigesimoprimò, declaratur procedere regula prædicta in cumulatione actionis, in qua de calumnia etiam juratur Cyn. *in d. l. 2. num.* 17. ubi reprehendit glossm. malè loquentem, de quo vide eum ibi, Soc. *in d. c. literas, num.* 10. *in fin.* † Vigesimosecundo, declaratur principalis regula procedere in mutatione actionis, Specul. *in d. tit. §. 2. nume.* 11. Socin. *in d. c. literas, num.* 9. *& nu.* 10. *vers.* 14. † & quod Socin. *in eod. c.* dicit *sub num.* 13. regulam nostram habere locum in instantia mutata, poterit referri ad hanc declarationem, vel etiam referri ad instantiam appellationis, de qua proximè dicam infra: † Hujus declarationis quæstionem Bald. tractat *in auth. hoc sacramentum, nu.* 3. *C. de jurejur. propt. calum.* & ibi dicit, hoc continere illam quæstionem, an post litem contestatam mutatio vel emendatio libelli permittatur: & tradit, quod quando emendatio est circa substantialia, iterum contestatur lis, & de calumnia juratur, quando vero est circa qualitatem libelli, tunc dubium. vide ibi eum. † Vigesimotertiò declaratur dicta regula procedere etiam in instantia appellationis, & quod in ea etiam jurari debeat de calumnia, Barto. *in dicta l. 2. num.* 14. Alex. *in l. edita, numer.* 19. *C. de eden.* Alberic. *in dicta l. prima, num.* 3. *C. de jurejurand. propter calum.* Specul. *dicto titul §. 2. num.* 3. *in princ.* & ibi Joan. Andr. *in addit. litera E, in verbo, causa appellationis* Maranta *in speculo par. 6. in 2. judicii parte, in tit. de jur. actu 1. n.* 5. Addent. ad Matthesil. *singul.* 64. *vers. & ibi etiam ponit,* Marian. Socin. *in d. c. literas, num.* 13. *vers.* 21. ubi reddit rationem ejus dicti, *& in c. caterum, num.* 12. *& in d. c. cum in causa, nu.* 26. *& tex. in cap. in appellationibus, de jur. cal.* Bald. *in d. auth. hoc sacramentum, n.* 3. *vers. quod autem,* ubi asserit hanc opinionem esse hodie receptam, & recenset contraria, *& sub n.* 4. solvit illa, & concordat, atque ponit differentiam quando appellatur ab interlocutoria, & quando à diffinitiva. † Quæ declaratio ampliatur, ut procedat, etiamsi in priori instantia de calumnia juratum fuisset, Matthesil. *d. sing.* 74. *vers. & ibi.* Cyn. *in d. l. 2. §. sed quia veremur, tex. in c. cum in appellationis, de jur. cal. in 6.* † & si non jurat in instantia appellationis, habetur pro confesso renuens, sicut in priori instantia habetur pro confesso, Bald. *in d. auth. hoc sacramentum, num.* 3. *vers. qui ergo.* † Contrarium autem, & quod non juretur in instantia appellationis, ut præmittitur per nos jurari debere, tradit tenuisse Azonem *gloss. in d. l. 2. in verbo, moviisse,* motum ea ratione, quod instantia appellationis sit eadem cum priori: quod falsissimum est, & non est eadem instantia, teste Bart. *in d. l. 2. d. num.* 14. † & juramentum præstitum in causa principali non extenditur ad causam appellationis, Decius *in c. pastoralis, num.* 76. *de except.* † Vigesimoquartò, declaratur procedere dicta regula principalis, etiam si mutentur personæ ita, ut de reo fiat actor, veluti quando reus excipiendo fit actor; quia tunc super tali exceptione est jurandum de calumnia, aliàs renuens jurare

75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85

Digitized by Google

jurare caderet à cauſa, ſi eſt actor: & ſi eſt reus, haberetur pro confeſſo ſuper dicta exceptione, ut ſupra, *c. 14. num. 6. & ſeq. ex Socin. in d. c. cum in cauſa, num.* 30. Iſtud tamen non videtur juramentum calumniæ, ſed potius malitiæ, ſi eſt ante litem conteſtatam: ſi vero eſt poſt litem conteſtatam, poſſet eſſe de malitia, vel etiam de veritate,
86 quia eſt ſuper hoc emergenti particulari. † Vigeſimoquintò, declaratur procedere dicta regula perempta inſtantia per lapſum triennii, ut quando actor peremptа inſtantia vellet iterum inſtituere actionem; quia tunc renovatur juramentum calumniæ, Bart. *in d. l. 2. num. 15.* Alberic. *in l. 1. num. 3. in fin. C. de jure jur. propt. calum.* † Vigeſi-
87 moſextò, declaratur procedere dicta regula in exceptionibus, Lallus *ſuper conſtitut.*
88 *regni Siciliæ, lib. 2. rub. de except. dilator. in judic. num. 6.* † Et de exceptionibus declinatoriis, tradit Socin. *in d. c. literas, num.* 11. Bald. *in d. l. 1. nume. 1. C. de jurejur. propt. calum.* ubi ponit formam talis juramenti, quæ eſt; quod juret excipiens ſe non opponere animo calumniæ, vel cauſa litis differendæ. Et dicit id procedere, quando
89 excipiens actorem arctat in onere probandi. † Aliqui dicunt iſtud eſſe juramentum veritatis, vel malitiæ, ſi præſtetur poſt litem conteſtatam, quia eſt ſuper articulo, & e-
90 mergenti particulari: idemque ego exiſtimo. † Juramentum autem calumniæ præſtitum generaliter extenditur ad omnia ſimilia emergentia poſt litem conteſtatam abſq; alio juramento. gloſſ. *in c. literas, in verbo, juramento præſtito, de reſtitut. ſpoliat.* quæ
91 gloſſa eſt notab. † Vigeſimoſeptimò, declaratur procedere principalis regula in præparatoriis: unde ſi aliquis agit ratione hæreditatis, & facit interrogationem, & reus alleget titulum pro dote, pro donato, vel ſimilem juratur de calumnia, Socin. *in d. c. li-*
92 *teras, num.* 201. *verſ.* 17. † Tales interrogationes aliqui vocant interrogationes, ut Rolandin. *in ſumma*, & alii practici, ex eo, quod per ea adverſarius interrogetur. Alii eas vocant poſitiones, ex eo, quod illas dans ponit eas, ſuper quibus adverſarius debeat reſpondere. Alii eas vocant præparatoria, & iſta eſt genuina denominatio, quia ante initium judicii fiunt, & illud præparant. Qui utuntur nominibus poſitionum & interrogationum, illas diſtinguunt; dicendo poſitiones ante vel poſt litem conteſtatam, & idem dicitur de interrogationibus. Poſitiones enim, & interrogationes fiunt ante, &
93 poſt litem conteſtatam. Si fiunt poſitiones ante litem conteſtatam non dicetur juramentum calumniæ, ſed malitiæ: ſi vero poſt litem conteſtatam fiunt, dicetur juramentum veritatis, vel etiam malitiæ, & quod dico de poſitionibus, dico de interrogationibus, & præparatoriis. ſunt enim ferè ſynonima. Quia juramentum, quod in iſtis præſtatur, non eſt generale, ut eſt juramentum calumniæ, ſed eſt ſuper articulo & emer-
94 genti particulari. † Vigeſimooctavò, declaratur procedere principalis regula in omnibus incidentibus & emergentibus quæſtionibus, Socin. *in d. c. literas, nu.* 12. ubi tradit de petente reſtitutionem ad confectionem inventarii, ut dixi ſupra, *in declarat.* 15.
95 † Sed iſtud potius videtur juramentum malitiæ, ut Socin. dicit ibi. vel veritatis, cum
96 poſt litem conteſtatam præſtetur ſuper articulis particularibus. † Juramentum autem calumniæ generaliter præſtitum ſuper negocio principali extenditur ad omnia acceſſo-

ria,

Digitized by Google

ria, Speculat. *in d. tit.* §. 1. *num.* 7. *& 9. vers. item ad hoc faciunt tradita per eundem ibidem* §. 2. *num.* 14. † Vigesimononò, declaratur procedere principalis regula in cau- 97
sa & judicio duelli. Et in dicto judicio actor solus jurat de calumnia jure Longobardo. Idemque sequi videtur Joannes de Lignano *in tract. de duello in 7. membro, nu.* 9. *ante fin.* licet in contrarium arguat supra, *num.* 8. *in fin.* per jura ibi adducta, & quod uterque teneatur jurare. † Per constitutiones regni Siciliæ utrique jurat de calumnia, actor 98
scilicet, & reus duellum aggredi volens ante omnia. ut tradit Paris de Put. *de re milit. & duell. lib.* 1. *c.* 18. *sub rub. de juramento præstando à pugnatoribus, n.* 1. † de duello 99
hodie non esset tractandum, cum sit prohibitum. ut Paris *in d. tract. lib.* 9. *quæst.* 7. *n.* 3. Claud. Cotoreus *in tract. de jure militum, lib.* 3. *c.* 23. *in princ.* licet postea contrarium firmet de consuetudine, Concil. Trident. *sessio.* 25. *de reformatione Gregarii XIII. in motu proprio emanato Nonis Novembris,* 1582. *incip. ad tollendum.* † Et quamvis ali- 100
quis in rixa calore iracundiæ vocet alium ad singulare certamen dicendo, evagina ensem, quia volo tecum præliari, & duellum facere, in eo non habeant locum pœnæ loquentes de duello, ut per Plotum *in l. si quando,* §. 42. *num.* 2. *C. unde vi.* † Tamen est 101
attendendus dictus motus proprius Gregorii XIII. ubi punit præliantes ex condicto tempore, & loco, & declarat incidere in pœnas statutas per dictum Concilium, contracommittentes duellum. † De materia duelli tractavi, quia aliqui iniqui principes 102
præbent duellantibus campum francum, non timentes jura duellum prohibentia, nec motus proprios Romanorum Pontificum, mandata Concilii Universalis, nec Deum ipsum. † Et de dicta materia vide dictum concilium, & dictum motum proprium; 103
atque dictos Barid. Claud. Joann. de Lignano, Alciat. Mutium Justinopolitanum, Darium Attendolum, Antonium Massam, Bonvisium, Joannem Baptistam Possevinum, *in dialogo honoris,* Antonium Possevinum, Andr. Gail. *pract. observ. lib.* 2. *observ.* 100. Guid. Pap. *decis.* 617. *& multis seqq.* † Trigesimò, declaratur procedere 104
in causa syndicatus, quia syndicatus etiam est judicium constitutum per personas judicis, actoris, & rei: sed in eo termini tantùm breviantur. Et in causis etiam summatiis, prout est causa syndicatus, juratur de calumnia, imo est necessarium in summariis nostrum juramentum calumniæ, ut dixi supra, *in declar.* 3. *n.* 6. *& seq.*

CAPUT XX.

In quibus causis juramentum calumniæ non sit necessarium.

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ regulariter præstandum est in causis omnibus. Fallit in causa non desiderante probationem, num.* 2. *In notoriis, num.* 3. *& 4. In quæstione juris, num.* 5. 6. *& 7. cum litis contestatio fit per confessionem partis adversæ, nume.* 8. *& 9.*

Digitized by Google

In cauſis voluntariæ juriſdictionis, num. 10. *In judicio reali ubi rem negat ſe poſſidere, nec dolo deſiiſſe, num.* 11. 12. *&* 13. *Quando judex procedit ex officio, num.* 14. *Et alia in cauſis, remiſſivè, num.* 15. *Fallit quoque in judicio animæ tam particulari quàm univerſali, num.* 16.

1 IN † omnibus cauſis præſtandum eſſe juramentum calumniæ regulariter, tradidi ſupra, *c.* 19. *n.* 1. & poſtmodum dictam regulam declaravi habere locum in quibusdam cauſis ſpecialibus ibi enumeratis. Remanet nunc videre aliquas cauſas, in quibus non juratur de calumnia, & fallit dicta principalis regula, poſita *d. c.* 19. *d.*
2 *n.* 1. † & prima dicta regula fallit in cauſa non deſiderante probationem, & in dicta cauſa juramentum calumniæ non præſtatur, Bald. *in l.* 1. *n.* 1. *verſ.* 1. *C. de jurejur. propt.*
3 *cal.* Soc. *in cap. literas, n.* 15. *in princip. de jur. cal.* † Secundò fallit dicta regula in notoriis, in eis enim juramentum calumniæ præſtandum non eſt, ut per Spec. *in tit. de jur. cal. verſ. an in notoriis*, Bald. *in d. l.* 1. *n.* 1. *verſ. à contrario ſenſu.* ubi dicit tunc non
4 eſſe de ordine judicii tale juramentum, quando ſumus in notoriis. † Intellige hanc fallentiam in notoriis, in quibus neceſſitas probationis non incumbit, Marian. Socin. *in*
5 *d. c. literas, num.* 15. *verſ. tertio fallit.* † Tertiò, fallit dicta regula in cauſa, in qua remanet ſola quæſtio juris, & in dicta cauſa non requiritur tale juramentum, Socin. *in d. c. literas, num.* 14. ubi vide, quid de advocato ſentiat. Bald. ad Spec. *in rub. de jur. cal.*
6 *&* *in d. l.* 1. *num.* 1. *C. de jurejur. propt. cal.* † Contrarium autem, & quod præſtandum ſit etiam in cauſa quid juris, videtur tradidiſſe Cyn. *in l.* 2. *§ quod obſervari, nu.* 5.
7 *C. de jurejur. propt. cal.* † Prima opinio eſt verior, quia contenta ſub juramento calumniæ, de quibus tractavi ſupra, *c.* 2. reſpiciunt factum non autem jus. & ita tenendum eſt rejecta opinione à Cyn. tradita. nec obſtat quod advocatus tenetur jurare de calumnia, ut dixi *c.* 15. *declar.* 34. *num.* 240. *&* *ſeq.* & officium advocati ſit circa ea, quæ ſunt juris: nam iſtud verum eſſet, quando advocatus ſe contineret in terminis advocationis, & in iis quæ ſunt juris, ſed ſæpe quidam advocati ſupplent ea quæ ſunt facti, & aliquando iniquè citant leges abrogatas, vel ſenſum genuinum legis contorquent, vel mutilata citant jura, inſtruunt partes negare poſitiones, & alia inæqua faciunt. ut dixi *d. c.* 15. *nu.* 243. *ex Panormit.* ideo debet jurare circa hæc ut dixi *d. c.* 15. *n.* 240. *&*
8 *ſeqq.* † Quartò fallit dicta regula, cum litis conteſtatio ſit per confeſſionem partis adverſæ: in hoc caſu enim non eſt neceſſarium juramentum calumniæ, Marian. Soc. *in d.*
9 *c. literas, nu.* 15. *verſ. quarto fallit.* † unde is, qui coram illuſtriſſimo domino auditore Cameræ, vel alio judice confitendo debitum ex adverſo petitum ſuſcipit terminum, non poteſt petere ut de calumnia juretur, nec adverſarius ad id cogitur, cum ipſe jam ſit confeſſus debitum. intellige tamen iſtud, quod ſuſcipiens talem terminum coram dicto domino auditore Cameræ non poſſit petere jurari de calumnia ab adverſario, dummodo poſt ſuſceptum terminum prædictum ille qui petit jurari, non opponat contra adverſarium exceptionem ſolutionis, vel alias ſimiles exceptiones aptas remorari

execu-

Digitized by Google

executionem guarentigiæ & obligationis Cameralis. ut dixi supra, *c.* 19. *numer.* 64. quia tunc posset petere jurari. † Quinto fallit dicta regula in causa voluntariæ jurisdictionis, quia in ea tale juramentum necessarium non est, ut colligit Bald. *in d. l.* 1. *d. num.* 1. *in fin.* † Sextò fallit dicta regula, quando quis convenitur rei vèndicatione, vel alia actione ad rem, & reus conventus negat se possidere talem rem petitam, & dolo desiisse possidere: tunc enim super hoc judicio non juratur de calumnia, quia judicium fundari non potest, si adversarius negat se possidere vel dolo possidere desiisse, Socin. *in d. c. literas, num.* 15. *vers. quinto fallit*, & ad hoc vide quæ dixi, *c.* 15. *declar.* 20. *nu.* 182. *& c.* 18. *declarat.* 20. *num.* 50. † Sed bene jurabitur de calumnia super hac negatione quod non possideat, & quod non dolo desierit possidere, ut Socin. placuit *in d. vers. quinto fallit.* † Mihi tamen istud non videtur juramentum calumniæ, sed potius malitiæ: ideo dic, ut posui supra, *c.* 15. *in declarat.* 20. *num.* 182. † Septimò fallit dicta regula, quando judex ex officio procedit: quia tunc juramentum calumniæ non est necessarium, Bald. *in d. l.* 1. *d. num.* 1. *in fin.* & tunc juramentum calumniæ non est de substantia judicii, & sic non dicetur proprie juram. calum. ut posui supra, *c.* 7. *& c.* 10. & dicam infra, *c.* 22. † Vide alias causas, in quibus de calumnia non juratur, ex te supra, *capitul.* 14. 15. *& sequentibus, quoad mundanas causas.* † Sed quid dicendum est in judicio animæ tum universali, tum particulari, an jurabitur de calumnia? & dic quod non; Rationes plures sunt: prima ratio est, quia juramentum calumniæ quoad formam est inductum jure positivo, ut dixi supra, *cap.* 3. *numer.* 18. *& seq. cap.* 13. *& cap.* 18. *in prino.* & sic leges humanorum principum non habent locum in cœlesti & divino judice. Secunda ratio est, quia etiam si judicium hujusmodi esset humanum, in eo non juraretur de calumnia, quia tempus ad faciendum aliquod meritorium, est dum vivimus in hac vita mortali, postquam autem mortui sumus non datur ulterius nobis promerendi tempus, sed ubicunque ceciderit lignum, ibi erit, sive ad Austrum, sive ad Aquilonem, ut dicit Scriptura; & in causa jam est conclusum, & ideo ecclesia canit in commemoratione defunctorum, (Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur unde mundus judicetur.) & cum sit conclusum in causa, etiam si judicium esset humanum in dicta die non juraretur, post enim conclusum in causa non juratur, ut dixi supra, *c.* 10. *num.* 47. *& seqq.* & dictus dies est præfixus judici divino ad sententiam, ad quæ vide Dionysium Carthusianum de quatuor novissimis, in judicio particulari & generali animæ. Ideò dum tempus habemus, operemur bonum, maximè autem ad domesticos fidei, ut Apostolus ait.

10 11 12 13 14 15 16

CAPUT XXI.

De effectibus juramenti calumniæ petiti, & non præstiti.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ præstare recusans reddit processum & sententiam nullam. Præsumitur calumniari, nu.* 2. *& 3. Tenetur adversario injuriarum, nu.* 4. *Actor cadit ab instituta actione, n.* 5. *& 6. Reus habetur pro confesso, n.* 7. *quod fallit, n.* 8. 9. 10. 11. 12. *& 13. Emtor amisit actionem evictionis contra suum auctorem, n.* 14. *& 15. Collega perdit privilegium universitatis, n.* 16. *& 17. Remoratur lapsum termini ad probandum præfixi, numer.* 18. *censetur remisisse adversario juramentum calumniæ, numer.* 19.

JUramentum calumniæ varios parit effectus. Alios enim parit si non præstetur: alios si præstetur: & alios si præstetur, & falso præstetur. Quos effectus in tria capitula distribui diversa; de primis tractabo in præsenti capitulo, de aliis vero in duobus aliis sequentibus capitulis, secundum præmissum ordinem. † Primus igitur effectus est juramenti de calumnia petiti & non præstiti, quod processus, sententia, ac omnia inde sequuta sunt nulla ipso jure, ut dixi supra, *c.* 7. *n.* 11. *& seq. c.* 10. *n.* 1 22. *c.* 15. *in fin. c.* 16. *n.* 83. *& seq.* † Secundus effectus est, quod omittens juram. calumniæ petitum præsumitur calumniari. Barbat. *cons.* 49. *n.* 7. *vol.* 3. † Iste secundus effectus fallit concurrente qualitate personæ, quæ qualitas à dicta præsumptione excusat. 4 Andr. Gail. *pract. obs. lib.* 1. *obs.* 90. *n.* 5. † Tertius effectus est, quod renuens præstare jur. petitum ab adversario, tenetur adversario hoc jur. petenti injuriarum, Specc. *in tit. de jur. cal.* §. 5. *n.* 2. Marian. Socin. *in c. cum ex causa, num.* 33. ubi solvit contraria, *de jur. cal.* & ad hoc vide gloss. allegantem duas contrarias opiniones *in l.* 2. *§. fin autem reus, in verbo, rei qualitas, in fin. C. de jure jur. propt. cal.* † Quartus effectus est, quod 5 actor detrectans præstare juramentum calumniæ ab adversario petitum, cadit ab instituta actione, ut dixi supra, *capitulo decimoquarto.* † Iste secundus effectus fallit in 6 causis & personis enumeratis supra, *capitulo decimoquarto, decimooctavo, & vigesimo, ac aliis præmissis.* † Quintus effectus est, quod reus recusans jurare de calumnia 7 parte adversa petente jurari de calumnia habetur pro confesso. ut dixi supra, *dicto capitulo decimoquarto,* ubi plura vide etiam in causa criminali. † Qui effectus pluribus 8 modis fallit: & Primo fallit in omnibus personis, de quibus tractavi supra, *capitulo decimooctavo,* quæ jurare non tenentur: & in omnibus causis, in quibus dixi dictum juramentum non esse necessariò præstandum, supra, *capitulo vigesimo,* & ista fallen- 9 tia cum aliquibus sequentibus, accommodatur quarto effectui præmisso. † Secundò fallit iste effectus, quando reus vellet purgare contumaciam, quia tunc non habetur pro confesso, & posset illam purgare, ut dixi supra, *dicto capitulo* 14. *numer.* 166. dummodo tamen id faceret ante sententiam: quia post sententiam non posset, cum non sit res integra, & mora purgari possit re integra, & non alias. ut dixi dicto 10 *capitulo* 14. *numer.* 179. † Tertiò fallit dictus effectus, quando utraque pars concordasset

Digitized by Google

cordasset de non jurando, quia tunc reus non habetur pro confesso, & compensat delictum cum delicto, ut dixi supra, *dict. cap. decimoquarto, numero sexagesimo tertio, & capite decimo octavo, numero quadragesimo octavo, & seq.* Intellige ut in dictis locis. † Quartò fallit dictus effectus in tutore & curatore: qui licèt jurare nolint, ob id pupillus & minor non habentur pro confessis. Socin. *reg.* 209. *in quarta fallentia*; & dixi latius supra, *cap.* 15. 11

† Quintò fallit dictus effectus in syndico & prælato, respectu suæ Ecclesiæ: qui si non jurant, non ob id Ecclesia habetur pro confessa, Socin. *dicta regula ducentesima nona, in sexta fallentia.* Joan. Andr. *in addit. ad Specular. in tit. de juramento calumniæ, §. quinto, numero quarto, in verbo, Episcopum*, ubi eum videas, & novam addit. *ibid. ac præmissis & aliis fallent.* ad dictum effectum quintum, vide plura supra, *capite decimo quinto & decimo sexto*, ubi habes latius de similibus contumaciis, an noceant suis principalibus. 12

† Sexto fallit dictus effectus in procuratore nolente jurare in animam propriam: quia ejus dominus ob id non poterit haberi pro confesso, secundum opinionem Salicet. quam æquiorem tradit Gail. *ubi supra, observatione nonagesima nona, numero quinto, in fine*, ad quod vide, quæ latissimè tradidi supra *capite* 16. *& ibid.* quid desuper servetur in Camera Imperiali. 13

† Sextus effectus est, quod emptor conventus super re empta, & detrectans juramentum calumniæ præstare, amittit actionem evictionis contra suum autorem, Socin. *cap. cum in causa, numero trigesimo tertio, de juramento calumniæ.* 14

† Iste effectus non est effectus generalis ad omnes causas, sed ad casum tantum emptoris: & neque est generalis ad omnes emptores, quia aliqui sunt emptores, qui jurare non tenentur, & illæsam habent actionem evictionis, ut dixi supra, *capitulo decimo octavo, in declaratione decimæ quintæ, num.* 36. *& seqq.* ubi plura habes, & quid agere debeat emptor conventus circa istud juramentum. 15

† Septimus effectus est, quod detrectans in universitate juramentum præstare de calumnia, perdit privilegium universitatis, Socin. *in dicto cap. cum in causa, num.* 34. *versic. tertiò principaliter.* 16

† Iste effectus non est generalis, ut dixi de præcedenti, sed est restrictus ad eum, qui in universitate non vult jurare. 17

† Octavus effectus est, quod si petatur nostrum juramentum, & non præstetur: donec illud non præstetur, non currit terminus adversario præfixus ad probandum, Bald. *in l. 1. num.* 4. *in princip. C. de jurejurand. propter calumniam.* vide quæ dixi supra, *cap.* 14. *num.* 193. 18

† Nonus effectus est, quod si petatur jurari de calumnia, & non præstetur, censetur ille, qui renuit jurare, remisisse juramentum calumniæ adversario, qui jurari petiit de calumnia, ita voluit gloss. 1. *in l. si non fuerit. ff. de injurand. ubi text. in fin.* 19

CAPUT. XXII.

De effectibus juramenti calumniæ petiti & præstiti.

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ præstitum facit evitari calumniam. Est judicij confirmativum, num. 2. Excusat ab expensis, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Excusat à præsumpta calumnia, num. 10. Facit restare pœnas non jurantibus impositas, num. 11. Efficit ut nolens respondere positionibus habeatur pro confesso, num. 12. Non tamen habet vim litis contestatæ, num. 13. 14. 15. & 16.*

VIdimus præcedenti capite de effectibus juramenti calumniæ petiti & non præstiti, secundum assumptum ordinem *in d. c. præcedenti*, sequitur videre de effectibus juramenti petiti & præstiti. † Primus effectus juramenti calumniæ petiti & præstiti est, ut verbum ipsum sonat, videlicet ut mediante tali juramento evitetur calumnia, & impleantur ea quæ tradidi superius *c.* 2. contineri sub hoc nostro juramento, Socin. *in c. cum in causa, n.* 29. *vers. primus effectus, de jur. cal.* † Secundus effectus est, ut tale juramentum sit judicii confirmativum, si ad petitionem partis præstetur, juxta ea quæ tradidi *supra c.* 7. *& c.* 10. & secundum Socin. *in d. c. cum in causa, d. n.* 29. *vers. secundus effectus.* † Tertius effectus est, quod præstans hoc juramentum excusetur ab expensis, ut secundum aliquos refert Socin. *in d. c. cum in causa, d. n.* 29. *vers. quartus effectus*, Franc. Marcus *decis.* 776. *n.* 3. † Contrarium autem, & quod non excusetur ab expensis, voluit Guilelm. de Ludo *in sing.* 55. *incip. glossæ sunt*, & refert idem Socin. *d. n.* 29. *vers. quartus effectus.* † Quæ duæ contrariæ opiniones videntur posse conciliari, secundum distinctionem, glossi *in c. finem, de dolo, & contum. in verbo, expensas*, quę distinguit inter judicia civilia & criminalia: & similiter distinguit inter civilia, sed tandem concludit in civilibus indifferenter excusari, in criminalibus non excusari. Et sic prima opinio præmissa procederet in civilibus, secunda in criminalibus. † Paulus autem Granucc. *theorem.* 10. *num.* 12. *vers. solve nam.* dicit d. glossi. in verbo, expensas esse communi Dd. calculo reprobatam. Et sic quod non excusetur. † Ego distinguendum esse duco, quod aut loquimur de actore, aut de reo: si loquimur de actore, quod non excusetur, censeo: si loquimur de reo teneo excusari. Dummodo reus non esset in manifesta calumnia, & id judici constaret, quia tunc non censeo excusandum aliquo modo. Et sic in reo habebit locum prima opinio, relata supra, *n.* 3. in actore autem secunda opinio, de qua supra, *n.* 4. & moveor ea ratione, † quia reus est favorabilior actore, glossi. *in c. causam quæ, in verbo, ad domum, in fin. ext. de dolo & contum.* Boer. *decis.* 30. *nu.* 8. *c. cum sint partium, de reg. juris, in* 6. † Alia etiam ratione moveor, quæ est, quod per tale jur. excusatur litigans à præsumpta cal. ut dicam infra *in effectu* 4. *n.* 10. unde veniret excusandus ab expensis. Et quoties agitur de excusando aliquem ab expensis ob aliquam

Digitized by Google

causam, semper intelligitur de reo, & non habebit aliquo modo locum in actore, Boss. *in tit. de prævaricatoribus & calumniatoribus, num.* 11. *vers. & conclusio*, Afflict. *decis.* 328. *num.* 5. Grammat. *decis.* 83. *nu.* 2. Joan. de Vicomercato, *in repet. l.* 1. *n.* 16. *C. de eden.* vide quæ in præmissis tradidi supra, *c.* 14. *n.* 183. *& seq.* † Quartus effectus est, 10
quod jurans excusatur à præsumpta cal. addent. ad Matthelil. *singul.* 64. *versic. operatur autem*, Maranta *in speculo, in tit. de juram. actu* 1. *n.* 12. Socin. *in d. c. cum in causa, nu.* 29. *vers. quartus effectus.* † sed non excusat ab evidenti cal. d. jur. addent. ad Matthesil. *dict.* 11
vers. operatur autem, Marant. *d. num.* 12. † Quintus effectus est, quod evitatur pœna, in 12
quam inciderent actor & reus non jurando, si peteretur jurari, de qua pœna dixi supra, *c.* 14. Soc. *in d. c. cum in causa, n.* 29. *vers. quintus effectus.* Sextus effectus est, quod si jur. cal. præstitum sit, & aliquis litigantium fuerit jussus à judice respondere positionibus, & nolit respondere, habetur pro confesso super illis positionibus, ut per Lallum *super constitut. regni, in rubr. de processu judicis n.* 22. ubi id extendit etiam ad procuratorem: & etiam si principalis, aut procurator se contumaciter absentasset. † Septimus effectus est 13
secundum aliquos, quod d. jur. habet vim lit. contest. ut refert Soc. *in d. c. cum in caus. d. n.* 29. *vers. tertius effectus.* † Contrarium autem; & quod non habeat vim lit. contest. 14
hoc jur. tradit idem Soc. *in d. vers. tertius effectus. & in c. inhærentes, n.* 15. *de jur. calum.* Addit. ad Specular. *in tit. de jur. cal. §.* 1. *in verbo, litis contestatio, gloss. in l.* 2. *§. sed quia verum, in verbo, sancimus, in fi. C. de jurej. propter cal.* & hanc ultimam opinionem credo veriorem. † & si haberet vim litis contestatæ, esset ejus utilitas maxima: quia per il- 15
lud actiones perpetuarentur, ut de litis contestatione, quod per eam actiones perpetuentur voluit gloss. *in l. fin. in verbo, finiendæ, & in verbo, generaliter ergo. C. de dol. mal.* Bellon. *in commun. senten. in litera L, in verbo, lite contestata*, Balb. *de præscript. in* 3. *parte sextæ partis, q. quarto principaliter quæro, n.* 32. *versic. ampliatur secundo.* Tiraquell. *in tract. cessante causa, limit.* 12. *num.* 6. † Hinc gloss. *in l. si ex multis, in verbo, si ex multis,* 16
post medium, C. de annali except. concludit, quod quando tu mihi debes ex una causa puta tria, ex alia decem, ex alia viginti, & nihilominus petii decem; & confiteor medio jur. cal. me sensisse de una certa ex prædictis summis, per litis contestat. à me factam super dicta summa non perpetuantur aliæ duæ actiones, super qua gloss. opinione cogita ne sit potius jur. malitiæ, vel veritatis; vel aliud simile; quia præstatur super articulo particulari, & non sit juramentum calumniæ.

CAPUT XXIII.

De effectibus juramenti calumniæ falsò præstiti.

SUMMARIA.

1. *Jur. calu. falsò præstans incurrit pœnam exitij divinam. Notatur infamia, nu.* 2. *Obligatur ad simplum vel quadruplum ejus pecuniæ quam accepit ob faciendam calumn. num.* 3. *Subjicitur pœnæ intentati criminis, num.* 4. *Condemnatur in expensis, num.* 5. *Potest puniri criminaliter, num.* 8. 12. *&* 13. *Etiam pœna corporis afflictiva, num.* 24.

6. *Ad-*

6. *Advocatus calum. committens punitur in expensis de suo proprio. Sicut & omnes alieno nomine calumniantes, num. 7.* 9. *Juramentum litis decisivum falsum non potest retractari. Nisi, si de mendacio convincatur, poterit criminaliter inquiri & puniri, num. 10.* 11. *Gloss. in l. 1. in verbo, Potest. C. de rebus credit. declaratur.* 14. *Judices non debent esse admodum proclives ad inquirendum de similibus perjuriis in jur. cal.* 15. *Accusator poterat de cal. puniri statim, quod accusabat, & non probabat suam ejus accusationem, & quare.* 16. *In regno non punitur aliquis de cal. nisi probetur esse in manifesta cal.* 17. *Quando quis dicatur esse in manifesta cal. in regno.* 18. *In cal. evidenti quando quis dicatur esse præsumptivè.* 19. *A cal. quomodo quis excusetur remissivè.* 20. *Cautela ad convincendum accusatorem de evidenti calum. ex Giaccharia.* 21. *Accusatus potest accusatorem querelare de calum. Et quomodo.* 22. *Querela de cal. posita per reum contra accusatorem, quando intelligatur probata.* 23. *Accusans vigore instrumenti, vel testium, si de calum. juret, & instrumentum, & testes reprobentur, non tenetur de calumnia.* 25. *Actus jurandi tactis scripturis est transitorius.*

1 REmanet tractare de ultimis effectibus juramenti calumniæ petiti, de quibus supra, *c. 21. in princ.* scilicet, de effectibus dicti petiti, & falsò præstiti. Et † Primus effectus nostri juramenti petiti & falsò præstiti est, quod incurritur pœna divina exitii, ut habetur ab ipsismet gentilibus legibus à priscis illis Romanis editis duodecim tabularum, ibi. [Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus.] Offendit enim Deum creatorem, redemptorem, & conservatorem suum perjurus: & sicut objectum quod offendit infinitum est, ita pœnas infinitas incurrit, & æternales patiendas in igne æterno, qui paratus est diabolo & angelis ejus, ut habetur apud B. Lucam, *cap. 25 in fine.* In hac materia contra offendentes Deum multa essent dicenda, sed in his non immoror, quia ante ævum deficeret, quàm materia expleretur: & tales homines iniqui habent scripturas, Prophetas, sacros Patres, concionatores, totque librorum volumina, contra offendentes tantum objectum fabricata: quibus si non obediunt, nec me audient, ut in sacro Evangelio apud eundem B. Lucam, *cap. 16. in fin.* de Lazaro ad divitem in
2 inferno sepultum dixit pater Abraham. † Secundus effectus est, quod uti perjurus ille, qui falsò jurat, incidit in magnum dedecus apud probatæ opinionis viros; ut in dictis legibus duodecim tabularum supra citatis: & Julius Clarus *in §. perjurium* dicit *sub*
3 *numero* 2. quod similes perjuri sunt & infames. † Tertius effectus est, quod si quis acceperit pecunias, ut aliquem injustè litibus vexaret, intra annum in simplum ejus pecuniæ quam accepit, extra annum in quadruplum punitur, Petr. Vanderan. *in sua pract. lib. 3. c. 2. versic. caterum hæc, per l. 1. de pœna jud. mal. judican.* ubi dicit id habere locum etiam in criminalibus, & extendit etiam id ad judices, *per l. quin etiam, ff. eod. tit.* quæ procedunt etiamsi de calumnia juratum non sit, dummodo calumnia sit
4 commissa; ergo multò fortius, si juratum esset de calumnia. † Quartus effectus est, ut eidem

Digitized by Google

dem pœnæ ſubjaceat in criminalibus actor, cui ſubjaceret reus crimine probato, quod locum habet etiam in calumniatore ſine juramento calumniæ, ut ibidem Vanderan. *dicto capit. 2. poſt princip.* & quia ipſe dictos duos ultimos effectus ponit ſub tit. juramenti calumniæ, hic eoſdem poſui. † Quintus effectus eſt, quod de calumnia convictus condemnabitur in expenſis: victus enim victori in expenſis condemnatur, ut dixi latè ſupra, *cap. 24. num. 183. & multis ſequentibus*, ad quod vide Bart. *in l. 1. numer. 7. C. de jurejurand. propter calumn.* & iſta condemnatio differt à condemnatione poſita, *dict. cap. 14.* quia ibi condemnatur in contumacia non jurantis, hic condemnatur non quia ſit contumax in jurando, ſed quia juravit, falſò tamen. † & ſi eſt advocatus, vel procurator ille, qui calumniam committit, punitur in expenſis de ſuo proprio. Rota Mantuana relata per Surdum, *deciſ. 18.* & tutor puniendus eſt, & non pupillus, ob litem illicitam & calumnioſè motam, ut Panormit. *in cap. cum in cauſa, num. 22. in princip.* ubi etiam vide de Prælato calumnioſè litem movente, *de juram. calu.* † Quod habere locum duco etiam contra omnes alios agentes alieno nomine, ut tutores, curatores, actores, & ſimiles, de quibus ſupra *cap. 15.* † Sextus effectus eſt, quo jurans de calumnia, & calumniam committens poteſt finita cauſa pulſari criminaliter pro perjurio incurſo, & calumnia commiſſa. Et ita reperio tenuiſſe addentes ad Matthæſil. *ſingul. 64. verſ. hinc eſt quod Marantam in ſpeculo parte 6. in 2. judicij par. in tit. de juramento, actu 1. num. 12.* idque etiam colligitur ex Panorm. *in cæterum, num. 4. de juramento calumn.* ubi vult, quod ſi conſuetudo differret hoc juramentum in calculo ſententiæ, ille, qui jurare debet, ſi reſpondiſſet falſum, vel fruſtratorias dilationes petiiſſet, juraret in fine, ne puniretur; unde colligitur ſecundum eum poſſe puniri. † Prout in ſimili dicitur, quod licèt juramentum litis deciſivum à parte delatum non poſſit retractari, ſive ſit juſtè ſive injuſtè & inique juratum, *l. non erit, §. dato 1. admonendi, in fin. ff. de jurejur. l. 1. C. eod. tit.* † tamen ſi de mendacio convincatur jurans poterit criminaliter inquiri & puniri. Maranta *in d. rub. de juramento, actu 9. num. 23.* Cagnol. *in l. ſi quis major, num. 91. C. de tranſact.* Marcus Antonius Cuccus *in tract. de mentiente, num. 120. & 130.* facit Menoch. *de arbit. judic. lib. 2. cent. 4. caſu 319. num. 10. & 11. tex. in l. num ſufficit, ff. de dolo.* † Nec obſtabit gloſſ. *in l. 2 in verbo, poteſt, C. de reb. cred. & jurejur.* quia eſt intelligenda quoad intereſſe partis & civilem cauſam. † Contrarium autem, & quod criminaliter non poſſit inquiri & puniri perjurus in juramento calumniæ, tradit Decius. *in ſua practic. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 11. num. 41.* & idem ſentire videntur ex doctrina ab eo citati, Specul. *§. final. ad fin. de jur. cal.* Socin. *in c. cum cauſam, num. 8. poſt medium, de juram. calum.* dum dicit, quod jurans de calumnia poteſt ſtatim reſpondere [credo, vel non credo] abſque nota perjurii. idem etiam ſentit Sebaſt. Sapia *in annotat. ad Panormit. in c. literas, num. 11. in litera D. in verbo, reſpondere.* dum ex mente Bart. Angeli & Bald. tradit, quod in juramento calumniæ non cadit perjurium. & quod Bal. *in l. de tutela, C. de in integrum reſtit.* exclamat pro conſultoribus & doctoribus diverſimodè conſulentibus. Albericus *in dict. l. 2. num. 2.* † quam opi-

Digitized by Google

13 nionem Deciani, & aliorum prædictorum, nullo jure ſuffultam, non probo, ſed priorem: expedit enim Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, tex. *in l. locatio, §. quod illicitè, ff. de publican. & vectigal.* & quamvis iſtud noſtrum juramentum ſit de credulitate, ut dixi ſupra, *cap.* 8. *in princ.* præjudicat tamen, ſicut eſſet de veritate, ut dixi ſu-
14 pra, *d. c.* 8 *num.* 2. quam rationem non ponderant tenentes contrarium. † Attendant tamen judices ne ſint admodum proclives ad recipiendum querelas, & inquirendum de ſimilibus perjuriis & calumniis: niſi cum partis querela concurrant alia urgentia indicia ad inquirendum & proceſſandum: quia ſæpe litigantes videntes eorum cauſam civiliter periclitari, recurrunt ad lenocinium criminaliter, ut hoc modo terreant
15 adverſarios, & ſic per indirectum obtineant, quod directè habere non poſſunt. † Poterat accuſator olim puniri de calumnia ſtatim, quod ipſe accuſabat, & non probabat ejus accuſationem: quia præſumebatur eſſe in calumnia, niſi ipſe probaſſet, quod non eſſet in calumnia ut quod accuſaverit quia erat publica vox & fama de delicto, de quo accuſavit, ut per Foller. *in pract. crimin. in 2 par. ſecunda partis, in tit. audiantur exceptiones*
16 *proponendæ per eos, num.* 58. † ubi dicit hoc in regno eſſe correctum per conſtitutiones, & non puniri aliquem de calumnia, niſi probetur accuſatorem eſſe in evidenti ca-
17 lumnia. † & *num.* 59. ſubdit, quod in regno dicitur eſſe in evidenti calumnia duobus modis: primo, quando ex actis conſtat & apparet, quod ſit in evidenti calumnia clarè;
18 ſecundò, quando præſumptivè id conſtat. † Præſumptivè dicitur eſſe in calumnia evidenti, ſi accuſator dixit [dabo ei magnam brigam.] Item ſi præter id, quod non probavit ſuam accuſationem, concurrat probatio, quod accuſator converſatur cum accuſato, vel ſi concurrat prohibitio accuſationis à jure, & aliter, ut per Foller. *d. n.* 59. poſt Afflictum ab eo relatum *in Conſtit. regni, incip. Pœnam calumniæ, ſub rubric. de pœna calu-*
19 *mniæ, lib.* 2. † quomodo verò quis excuſetur à calumnia vide *c. ſtatuimus, de elect. in* 6. *c.*
20 *ſacro, de ſentent. excom. c. Paulus.* 2. *q.* 3. Specul. *in tit. de accuſationib. §. fin. verſ. fin.* † & ad convincendum accuſatorem de evidenti calumnia dat cautelam Hieron. Giacchar. *in addition. ad Clar. §. fin. q.* 18. *verſ. dicit etiam Bart. in verbo, non animo calumniandi.*
21 † & quod reus poteſt querelare accuſatorem de calumnia, & quod querela hoc modo eſt formanda. [Dico quod Titius ſcienter accuſavit me contra veritatem] & ubi ſcientiam non poſſet probare, ſed tantum calumniam in ſe, debet interrogare actorem, an velit querelâ uti, & ſi reſpondet velle uti, dicitur ſcienter produxiſſe illam querelam falſam, & ante eum idem firmavit ex Boſſ. *in tit. de accuſat. num.* 24. Clar. *d. §. fin. q.* 62. *num.* 7. *verſic. ſed ſi quid accuſator, in fin.* licèt Giacchar. referat eundem Boſſ. ubi ſupra,
22 & non referat Clar. † & ibid. Giacchar. dixit ex Boſſ. *d. tit. num.* 26. quod prædicta de convincendo modo præmiſſo de calumnia accuſatorem procedunt, quando querela poſita contra reum ab accuſatore contineret factum alienum: puta, quod A accuſat B, quod dictus B percuſſit F, ſed ſi querela ſit ſuper facto proprio ipſius accuſatoris, & factum proprium contineat, puta A accuſat B, quod dictus B, percuſſit ſe A, accuſatorem, tunc eo ipſo, quod A, non probat ſuam intentionem & querelam contrà B, ſi B. ponat

con-

Digitized by Google

contra A, querelam de calumnia, satis videtur fundata intentio B, querelantis de calumnia contra A. † Hîc quæri possit, num is, qui accusavit vigore instrumenti vel testium, & juramentum calumniæ præstitit, & instrumentum, & testes reprobentur, teneatur de calumnia? & negativè respondit quidam neotericus Germanus *conclus. 22. num. 13.* ex Socin. *consil. 18. num. 9. vol. 1.* † Septimus effectus, sive mavis ampliatio omnium præmissorum effectuum est, quod perjurus punietur etiam pœna corporis afflictiva, à majoritate rationis, per *l. si duo patroni, §. fin. ff. de jurejurando*: ubi habetur, quod jurans per genium Principis, & pejerans fustibus cæditur, ergo multò majus jurans per Deum. † Postremò nota, quod quamvis in rubrica dicatur de effectibus juramenti petiti & falsò præstiti, & sic videatur, quod qui primus jurat & deinde tractu temporis committat calumniam, non dicatur falsò jurare, quia tempore præstiti juramenti non commiserat aliquid contra illud, & perjurus non potest dici ille, qui non juravit, Cagnol. *in l. si quis major, num. 77. in fin. C. de transact.* dicitur quod quamvis actus jurandi tactis scripturis sit transitorius, & non remaneat, remanent tamen vires juramenti præstiti, quę transeunt ad omnes actus fiendos, & continuò perdurant, & præterea dicitur perjurium non ante factum, nec in facto, sed post factum, quando juratur de calumnia, & postea contrafit juramento. 23 24 25

CAPUT. XXIV.

De variis notabilibus circa juramentum calumniæ.

SUMMARIA.

1. *Juramentum calumniæ non potest specialiter committi, nisi etiam committatur tota causa.* 2. *Juramento calumniæ debens respondere positionibus non debet illarum copiam habere.* 3. *Reconventio post litem contestatam admittitur, etiamsi non sit juratum de calumnia.*

TOtam materiam juramenti calumniæ, aliquo ordine digestam in viginti tribus capitulis tradere sum conatus; sed quia remanent aliqua, quæ de facili accommodari præmissis capitulis non poterant, operæ precium duxi statuere istud ultimum capitulum, in quo fragmenta & notabilia varia de juramento nostro cumularentur. † Et primò nota, quod juramentum calumniæ non potest specialiter committi, nisi etiam committatur causæ prosecutio, Bald. ad Specul. *in rubr. de jur. cal. vers. juramentum cal. non potest specialiter committi.* Mar. Soc. *in c. in pertractandis, num. 17. de juram. calum.* † Item nota, quod respondere debens positionibus juramento calumniæ, non debet habere copiam positionum. Franc. Curt. *in l. is apud quem, num. 9. C. de eden.* sed istud non potest esse juramentum calumniæ, quia est super articulo & emergenti particulari. † Item nota, quod post litem contestatam admittitur reus ad reconveniendum actorem, etiamsi non sit de calumnia juratum. Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gloss. 5 num. 3.* & millia millium similium fragmentorum invenire ex te poteris, quæ simul col- 1 2 3

Digitized by Google

ligere esset opus magnum, & assumens onus omnia similia colligendi assumeret onus exiccandi Oceanum, ideo ex te addere huic capitulo poteris. Unum restat ponendum, quod si quid in hoc meo opere dixi contra communia legalia dogmata, id submitto cujusvis alterius melius sentientis judicio: si quid verò dixi contra dogmata sanctæ matris ecclesiæ, (quod non spero.) id omne submitto humiliter censuræ ejusdem sanctæ matris ecclesiæ, protestans me nihil aliud voluisse nec velle sentire, nisi quod sancta mater ecclesia catholica Romana tenet & docet, idque totum ex nunc revoco, & imbecillitati humanæ, ac tenuitati mei ingenii tribuendum est. Sed si quid boni dixi, omne id tribuendum est Patri luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum (ut Apostolus ait,) descendit: intercedentibus gloriosissima ejus matre semperque virgine Maria, Archangelo Uriele, sub cujus speciali protectione vivere profiteor, ac Beato Antonio, cujus nomine insignitus (licèt immeritò) fui in sacro baptismatis fonte, quibus post Deum gratiæ, honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

FINIS.

IN

Digitized by Google

INDEX IN TRACTATVM DE JURAMENTO CALUMNIÆ, RERVM, VERBORVMET SENTENTIARUM COPIOSISSIMUS,

Cujus prior numerus numerum marginalem, posterior vero caput denotat.

Abbas jurat de calumnia si per se agit, nume. 360. 361. 362. *&* 363. *cap.* 15.

Ablativi absoluti resolvuntur in conditionem, n. 27. *cap.* 12.

Absens principalis jurat de calumnia remissivè, n. 239. *cap.* 15.

Absens à judicio dupliciter dicitur, num. 7. *cap.* 17.

Absentem dolo abesse non præsumitur, nu. 4. *cap.* 17.

Absentia ratione multa conceduntur, num. 102. *c.* 16.

Absentia adversarii non probatur sufficienter juramento, n. 155. *c.* 17.

A calumnia quomodo quis excusetur remissivè, n. 19. *cap.* 23.

Accusans vigore instrumenti, vel testium si de calumnia juret, & instrumentum, & testes reprobentur, non tenetur de calumnia, n. 23. *ibid.*

Accusator potest de calumnia puniri statim, quod accusabat; & non probabat suam accusationem, n. 15. *ibid.*

Accusatus potest accusatorem querelare de calumnia, quomodo n. 21. *c.* 23.

Acta faciunt notorium inter partes litigantes, n. 23. *c.* 7.

Actio extinguitur solutione ejus, quod debetur. n. 89. *c.* 14.

Actionum cessarum materia difficillima est, & longa. n. 421. *c.* 15.

Actor & reus debet esse monitus à judice, & non à nuncio ad jurandum de calumnia ad hoc, ut cadat à jure, nume. 71. *cap.* 14.

Actor omnis & reus tenetur jurare de calumnia, numer. 1. *cap.* 14. *etiamsi esset clericus, n.* 18. *ibid.*

Actor recusans de calumnia jurare, cadit ab actione, & tota causa, numer. 2. *non tamen ipso jure, sed per judicis sententiam, n.* 3. *&* 4. *ibid.*

Actor fit reus, & reus fit actor aliquando, num. 6. *ibid. nolens jurare super exceptione opposita, cadit à jure exceptionis solum. Idem est in replicationibus, n.* 7. *&* 8. *c.* 14.

Digitized by Google

Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum, qui est constitutus cum decreto judicis, tenetur jurare de calumnia, nu. 180. *c.* 16.

Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum constituitur ex causa. Cum decreto judicis, nu. 181. *& 182. Periculo tutoris vel curatoris, n.* 183. *c.* 16.

Actor prius tenetur jurare de calumnia, quàm reus, & agens quàm excipiens, n. 36. *c.* 7. *& si ordo præmissus jurandi inter actorem & reum, & inter agentem, & excipientem perverteretur, non vitiaretur processus nec sententia, num.* 37. *ibid. & quod prius præstet hoc juramentum provocans, procedit etiam in judiciis duplicibus, nume.* 38. *ibid. item Ordo, quod prius juret actor, quàm reus, & prius agens, quàm excipiens, non est necessario servandus in judiciis, n.* 39. *ib.*

Actor sequi debet regulariter forum rei, n. 392. *c.* 15.

Actor & Reus jurant de calumnia in causa ducli, per constitutiones regni Siciliæ, n. 98. *c.* 19.

Actor rem effectus, debet iterum jurare super tali exceptione, aliàs super ea habetur pro confesso, n. 21. *c.* 14.

Acteri recusanti de calumnia jurare, poterit judex, denegare audientiam, n. 34. *ib. Et quid de reo, n.* 35. *ibid.*

Actus judiciales sunt irretractabiles, num. 61. *c.* 7.

Actus nullus habetur pro inutili & non facto, quatenus concernit præjudicium tertii, non autem quatenus concernit præjudicium gerentis, cujus dolo, aut culpa actus est nuliter factus, n. 62. *ibid.*

Actus nullus ex defectu solemnitatis omissæ per adversarium potest ab eo, in cujus favorem factus est, acceptari, vel repudiari, n. 49. *c.* 7.

Actus præsumuntur facti potius nomine proprio quam alieno, n. 63. *c.* 16.

Actus nullus non suspendit juris alicui competentis exercitium, n. 59. *c.* 7.

Administrator qualibet habens generalem administrationem jurat de calum. & n. 409. *& 411.* 412. *& 416. c.* 15.

Administratores non possunt interrogari, nec ipsi respondere tenentur de veritate: & si respondent de veritate, eorum responsio non præjudicat principalibus eorum, n. 414. *c.* 15.

Administratores rerum alienarum an & quando jurent de calumnia in animam propriam? & n. 427. 428. 429. 430. 431. 432. *& 433. ibid.*

Administratores & Syndici an jurent in animam propriam? & n. 118. 119. *& 120. ibid.*

Administratores legitimi qui dicantur, nu. 410. *ibid.*

Advocandum, nec postulandum est sub hæretico, nec pro hæretico, Vide tamen, nu. 161. *& 162. c.* 15.

Advocatus tenetur jurare de calumnia. Etiam si suus principalis juravit, n. 240. *& 241. De consuetudine tamen non jurat, n.* 242. *& 243. c.* 15.

Advocatus calumniam committens, tenetur in expensis de suo proprio, n. 244. *ib.*

Advocatus si omittit præstare jur. cal. an vitietur processus, n. 245. *ibid.*

Advocatus jurat in animam propriam, nu. 246. *ibid.*

Advocatus calumniam committens punitur in expensis de suo proprio, sicut & omnes alieno nomine calumniantes, n. 6. *& 7. c.* 23.

Digitized by Google

Æquitas non ſcripta, quam quis ſuo capite fingit, eſt duplex iniquitas, n. 20. c. 7. non prefertur rigori ſcripto, n. 21. ibid.

Agentes alieno nomine & cal. committentes, puniuntur in expenſis de eorum proprio, n. 434. c. 15.

Albericus in l. 2. n. 28. in fin. C. de jure ju. propt. calum. declaratur, nu. 163. c. 15.

Alternativæ electio regularitèr eſt debitoris, n. 139. c. 16.

Amicus comparens pro amico, qui poſt lit. conteſt. ſe abſentavit, tenetur jurare de calumnia. Et quidem in animam propriam, n. 264. & 265. c. 15.

Andr. Gail. pract. obſerv. lib. 1. obſ. 86. declaratur, n. 182. c. 14.

Appellare an liceat à ſententia lata contra reum, per quam habetur pro confeſſo, n. 27. 28. & 29. ibid.

Appellari an poſſit à ſententia, per quam pronunciant actorem cecidiſſe à cauſa, n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. c. 14.

Arbitri poſſum etiam utraque parte contradicente exigere jur. cal. n. 67. c. 19.

Archiepiſcopus jurat de cal. n. 399. n. 15.

Argumentum à contrario ſenſu, validum eſt in doctrinis Doctorum, n. 19. c. 11.

Argumentum à contrario ſenſu recte ſumitur à doctrinis Doctorum, n. 124. c. 16.

Auctores qui ſcripſerunt de Cardinalibus, n. 10. c. 18.

B.

BOnum & malum omne in cauſis pendet à procuratoribus. n. 78. c. 16.

C.

CAlumnia in evidenti quando quis dicatur eſſe præſumptivè, n. 18. c. 23.

Calumnia cauſa aliquis non punitur in regno, niſi probetur eſſe in manifeſta calumnia, num. 16. ibid. & quando dicatur eſſe in manifeſta calumnia in regno, nu. 17. ibid.

Calumniam committens, quid agere debeat, ante juram. calum. n. 28. c. 5.

Capic. deciſ. 56. n. 6. reprehenditur à Marcabruno, n. 73. c. 15.

C. Cæterum de juram. calum. explicatur, n. 17. c. 14.

C. fin. in fin. de jur. cal. in 6. declaratur remiſſivè, n. 29. & 30. c. 10.

Capitula contenta ſub juramento calumniæ magis reſpiciunt proſequutionẽ litis, quàm juſtitiam negotii principalis, n. 18. c. 2.

Cardinales ſunt principes terræ. Non jurant fidelitatem. Papæ, n. 8. & 9. c. 18.

Cauſa limitata gignit limitatum effectum, n. 164. c. 14.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum, n. 292. ibid.

Cauſa qualibet à dolo excuſat, nu. 5. c. 17.

Cauſa non poteſt dici ſummaria, niſi conſtet judicem velle procedere ſummariè, n. 7. c. 14.

Cauſa omnis legitima, excuſat recuſantem jurare ab incurſu pœnæ impoſita recuſantibus, n. 59. c. 14. Qua cauſa enumerantur ex ordine, n. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. & 68. ibid.

Cauſa finalis juramenti calumniæ eſt duplex, ſcil. ultimata & non ultimata, n. 2. c. 4. ultimata inducendi juram. calumniæ, eſt publica utilitas, n. 4. ib. ultimata licet ſit ultima in executione, fuit prima in intentione, n. 11. ibid.

Cauſa non ultimata inducendum jur. calu. ſunt quinq, n. 6. 7. 8. 9. & 10. c. 4.

Cauſa juſta excuſandi non reſpondentẽ poſitionib. ſunt omnes illæ, propter quas monitus non tenetur reſpondere, nu. 75. c. 14.

Digitized by Google

Causæ cujusque rei quatuor sunt, videlicet, efficiens materialis, formalis, finalis, nu. 1. cap. 4.

Causa, ob quam jurare non vult reus, debet allegari, & in actis probari, saltim summariè, n. 70. c. 14.

Cautela ad convincendum accusatorem de evidenti calumnia ex Giacchario, n. 20. cap. 23.

Cautela procuratoris dati ex officio est, ut petat à judice sibi remitti jur. calum. quoad merita causæ. Quod judex facere tenetur, n. 57. & 58. c. 16.

Cautio de rato, & c. legitimat procuratorem, quoad omnes actus, præterquam ad jurandum de calumnia, n. 34. c. 16.

Cautiones de non offendendo quandoque præstantur officio nobili judicis, num. 28. cap. 15.

Cessionarius an juret de calumnia, sive agat suo vel cedentis nomine? nu. 417. 418. 419. & 420. c. 15.

Cessionarius agens nomine proprio intelligitur intentare utiles, agens vero nomine cedentis intentare directas actiones, nu. 422. ibid.

Citandus si habet domicilium in urbe, debet ultra superius dicta citari, etiam in suo domicilio, n. 156. c. 16.

Citatio prima debet esse personalis, si in causa non proceditur executivè, numer. 158. ibid.

Citatio partis requiritur in productione fidei Rabini de juramento calumnia præstito in suis manibus, n. 178. c. 15.

Citatio partis an requiratur in hac declaratione? n. 40. & 41. c. 14.

Citatio non requiritur in venia petitione, n. 75. c. 15.

Citatio si emanare deberet extra curiam, quomodo relaxanda sit, remissivè, n. 151. cap. 16.

Citationes omnes debent esse personales, si causa est commissaria, n. 149. ibid.

Clausula, Summariè, de plano, & sine strepitu, & figura judicii, *apposita in rescripto non excludit juramentum calumnia, num. 5. c. 19.*

Clericus debet obtinere licentiam à suo superiore etiam ad constituendum procuratorem ad jurandum de calumnia, nu. 318. c. 15.

Clericus debet obtinere licentiam præditam, dum litigat coram non suo judice. Et quare, num. 319. & 320. ibi. Fallit ut n. 326. ibid.

Clericus neque coram Principe laico conveniri potest. Etiamsi non incederet in habitu, & tonsura, n. 329. ibid.

Clericus non incedens in habitu, & tonsura, & non inserviens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, non gaudet beneficio fori, secundum Constit. Sacri Concil. Triden. n. 330. ibid.

Clericus conveniri nequit coram judice laico, etiamsi Papa scir et & toleraret, nu 331. ibid.

Clericus habet judicem laicum quando reconvenitur. Aut quando est necessarius defensor laici conventi coram judice laico, num. 336. & 337. c. 15. vel quando succedit Laico in instantia habet judicem laicum, n. 338. ibid.

Clerici si jurant de calumnia coram non eorum judice non impetrata licentia prædicta, non vitiantur processus, nec sententia ex hoc, n. 344. ibid.

Cleri-

Digitized by Google

Clerici judex non sum potest intelligi dupliciter, n. 321. & 327. *ibid.*

Clerici autores nominati, an possint declinare forum laici judicis? n. 332. *ibid.*

Clerici habent judicem laicum, quando agitur de bonis feudalibus. Aut quando causa est realis inter clericum & laicum, num. 333. & 334. *Aut quando agitur possessorio etiam super re spirituali, n.* 335. *c.* 15.

Clerici hodie possunt jurare per procuratorem, n. 313. *ibid.*

Clerici tenentur per se ipsos jurare, si pars adversa instat per ipsosmet jurari, etiamsi suus advocatus, & procurator juraſſet, n. 314. *ibid.*

Clerici non possunt jurare de cal. sine licentia sui superioris, numer. 315. 316. & 317. *ibid.*

Clerici seculares debent jurare de cal. sive agant, sive conveniantur, nu. 308. 309. & 310. *ibid.*

Clerici in omnibus casibus debent de cal. jurare. Idq; per seipsos si peripsos causam movent, n. 311. & 312. *ibid.*

Clerici quomodo jurent, n. 347. 348. 350. 351. 352. & 353. *c.* 15.

Collitigans quilibet tenetur jurare de cal. si negocium non est commune. Et quid si sit dividuum quidem, sed indivisum? num. 227. 228. & 229. *c.* 15.

Collitigantes omnes tenentur jurare de cal. in omni negocio conimuni, numer. 236. *cap.* 15. *Declara ut num.* 237. *ibidem. Executio sententiæ declaratoriæ contra litis consortem contumacem in jurando de calumnia, quomodo fieri possit si actum fuit super negocio communi, num.* 237. *ibid.*

Commissio quam Judex facit Notario, ad recipiendum juramentum calumniæ, debet redigi in scriptis, & de ea non debet rogari Notarius, cui committitur, sed alius, si fieri possit, & debet pars citari, & quare, debetque ea commissio produci & registrari ad acta, nu. 20. 21. & 22. *c.* 17.

Comparens ratione humanitatis tenetur de calumnia jurare, n. 188. *c.* 15.

Comparens pro absente, & allegans causas absentiæ, tenetur jurare de calumnia. Et quidem in animam propriam, n. 278. & 279. *c.* 15.

Comparens pro invito jurat de calum. & quare. Etiam in animam propriam, nu. 280. 281. *ibid.*

Conclusio in causa nunquam fit quoad judicem, n. 119. *c.* 14.

Conclusio causa ligat manus parti, & non judici, n. 50. *c.* 10. *n.* 63. *ibid. Ideoq; terminus datus parti non concludit judici in eo, quod potest etiam contradicentibus partibus facere, numer.* 51. *c.* 10.

Condemnatus ob jur. cal. non præstitum debet victori condemnari in expensis, num. 183. *c.* 14.

Conditio inducit formam, n. 28. *c.* 12.

Confessio rei facta super petitione qualificata censetur facta cum qualitate petitionis, n. 69. *c.* 14.

Confessio ut præmittitur facta in positionibus, ita præjudicat, ac si facta fuisset de veritate, num. 5. *cap.* 8. *Dissentit glossella marginalis, num.* 6. *ibidem. Facta modo præmisso, ut præjudicet, intelligitur in concernentibus factum proprium respondentis, n.* 7. *ibid.*

Digitized by Google

Confessio facta de credulitate in juramento calumnia præjudicat, ac si facta esset de veritate, n. 2. ibid.

Confessio ficta, quæ resultat ex recusationibus jur. cal. alii non præjudicat, etiam stantibus statutis, quod unus teneatur pro alio, n. 158. c. 14.

Conjunctio sanguinis non supplet in exigentibus speciale mandatum, numer. 275. cap. 15.

Conjunctus comparens pro conjuncto, sive sit de ascendentibus, sive de non ascendentibus, tenetur semper jurare de calumnia in animam propriam. Præsertim in casibus, in quibus conjunctus admittitur contra, vel præter voluntatem conjuncti, quem defendit, & quare, n. 276. 277. ibid.

Conjuncta persona comparens pro conjuncto, tenetur jurare de calumnia. An & sine mandato speciali? num. 267. 269. ibidem.

Conjunctus pro conjuncto admittitur ad appellandum, n. 268. ibid.

Conjunctus non potest jurare pro conjuncto, nisi in illis casibus, in quibus simplex procurator admittitur, n. 270. ibid.

Conjunctus poterit petere dilationem ad certiorandum conjunctum, ut veniat ad jurandum, n. 271. ibid.

Conjunctus quando venit ut defensor an possit jurare de calumnia remissive, nu. 272. c. 15.

Conjunctus quando venit, ut actor, & habens descendentes in potestate, pro quibus comparet, jurat de calum, & quare n. 273. ibid.

Conjunctus quando venit ut actor, & non habens descendentes in potestate, dubium est secundum Socin. numer. 274. ibidem.

Conscientia alia potuit esse defuncti, alia hæredis, n. 35. c. 18.

Consensus partium excusat à pœna recusantis jurare de calumnia, numer. 38. cap. 12.

Constitutiones Ægidiana servantur in toto statu Ecclesiastico, numer. 65. cap. 19.

Consuetudo est altera lex, n. 115. c. 14.

Consuetudo juri contraria non est attendenda, n. 5. c. 13.

Consuetudo contraria juri non est attendenda, n. 94. c. 16.

Consuetudo dicitur contra jus, non quia placitis Doctorum repugnet, sed quia repugnat juri expresso, n. 95. ibid.

Consuetudo legis interpretativa non requirit præfinitum temporis spacium, nec aliquam præscriptionem, nu. 8. c. 6. & de materia consuetudinis interpretativa. ibidem.

Consuetudo sicut potest tollere, sic & differre jur. cal. Similiter potest Lex & statutum, n. 11. & 12. c. 13.

Consuetudo non inducitur per actus coactos, sed consensu, n. 13. c. 13. Non probatur per testes deponentes de actibus voluntariis, & non necessariis. Et in ea quæ fit contra jus, requiritur lapsus quadraginta annorum, notitia majoris partis populi, & actuum frequentia, n. 14. ibid.

Consuetudinem allegans illam probare tenetur, n. 8. ibid.

Contestatio litis, quomodo fiat, num. 137. cap. 15.

Contestationem litis, qua rei responsiones impediant remissivè, n 138. ibid.

Con-

Digitized by Google

Contraria non possunt esse in eodem subjecto, uno & eodem tempore, numer. 26. cap. 19.

Contrariorum eadem est disciplina. Nisi quando est diversa ratio, n. 116. & 117. cap. 16.

Contradictionem non implicat, quod in eadem causa juretur de veritate, & credilitate, n. 23. c. 19.

Contumacia rei compensatur cum dolo actoris, n. 67. c. 14.

Contumacia procuratoris, tutoris & syndici, an noceat domino, pupillo, vel Ecclesiæ, n. 165. c. 14.

Contumacia in non jurando de cal. purgari potest, n. 166. ibid.

Contumacia Oeconomi, syndici, & aliorum in non jurando de cal. non noces eorum principalibus, in casibus in quibus eorum vera confessio dictis principalibus non noceret, numer. 425. & 426. cap. 15.

Contumacia unius partis compensatur cum alterius contumacia, n. 63. c. 14.

Conventus ut possessor, cum non possideat, debet de calumnia jurare, numer. 182. cap. 15.

Copia indiciorum ante torturam est danda ei, qui examinatur tanquam principalis quoad se, & testis quoad alios, nu. 73. cap. 16.

Credulitas quid, & quotuplex sit, remissivè, n. 16. c. 8.

Culpa sua cuique nocere debet, & non alii, num. 47. cap. 7. non debet quis ex alterius culpa damnum repertare, num. 48. ibid.

Curator datus bonis de cal. jurat. Et quidem in animam propriam, nu. 293. & 296. c. 15.

Curator bonis datur absentis, & non jurat principalis absens, nec transmittitur notarius, quando principalis est absens ultra montes, vel ignoratur ubi sit, n. 294. ibid.

Curator bonis datur, quando principalis est in hostium potestate, n. 295. ibid.

Curatoris bonis absentis dandi modus, remissivè, n. 297. ibid. & dicta de curatore dato bonis absentis, dicuntur de curatore dato hereditati jacenti, & hereditati dum hæres creditor vult instituere judicium contra hereditatem pro consequutione sui credili, n. 298. ibid.

Curatoris dandi hereditati jacenti modus, remissivè, n. 299. c. 15.

Curatorem hereditati jacenti potest dare ex officio judex domicilii, quod defunctus habebat, & creditores debent ibi actiones personales exercere, & hereditatem exiutere: Et quid quando defunctus habebat plura domicilia? nu. 300. & 301. ibid.

Curator quilibet tenetur jurare de cal. Et quare, n. 302. 303. & 304. ibid.

Curator non juras de cal. sed minor, quando est melius informatus, n. 305. ibid.

Curator non juret in animam propriam de cal. & an contumacia curatoris noceat minori, remissivè, n. 306. ibid. & quicquid dicitur de tutoribus, mandatur etiam curatoribus, n. 107. ibid.

Curator datur ultra consensum patris filio minori litiganti ad validandum judicium in bonis, in quibus aliquod jus patri quæritur, & quare, numer. 49. cap. 15.

Curator datur bonis, quando citandus nescitur ubi sit, n. 157. c. 16.

Digitized by Google

Curt. in l. 2. §. quod si actor, C. de jurejur. propt. cal. declaratur, n. 65. c. 10.

D.

Debitor principalis, & ejus fidejussores obligati insolidum respectu creditoris omnes sunt duo rei debendi, licet inter se dicantur principalis debitor, & fidejussores, numer. 253. cap. 15.

Debitor principalis insolidum obligatus cum fidejussoribus in Tribunali illustrissimi D. A. C. ex judicantium benignitate fuit aliquando admissus, ut defensor fidejussorum, num. 254. ibid. Vide num. 257. ibid.

Debitor ut necessarius defensor admittendus est, quando contractus est talis, qui de sui natura importat fidejussionem necessario. Alias secus, nu. 255. & 257. cap. 15.

Debitor, penes quem pecunia sunt sequestratæ, tenetur de cal. jurare, n. 213. & 214. ibid.

Debitor, in cujus manibus dicuntur pecuniæ sequestratæ cogitur deponere eas in Monte pietatis, vel alium depositarium concorditer eligendum in tribunali Illustrissimi D. A.C. n. 219. ibid.

Decretum judicis in contractibus minorum & mulierum potest omni tempore interponi, præterquam diebus festivis de præcepto Ecclesiæ servandis per dictas reformationes Tiburis, n. 195. c. 14.

Decretum in contractibus minorum masculorum, & etiam mulierum, requisitum per reformationes Tiburis, debet esse judicis ordinarii & sedialis, & si interponatur à Vicario Episcopi, contractus sunt nulli, n. 196. ibid.

Deferens juramentum veritatis, tenetur jurare de cal. n. 187. c. 15.

Deferens quod prius jurare teneatur, intelligitur, si petatur, n. 5. c. 12.

Deferens juramentum, ipse prius de calumnia tenetur jurare, numer. 33. cap. 7. Declara proximè dicta, dummodo petatur jurari de calumnia per deferentem juramentum, num. 34. ibi. Declara etiam prædicta, dummodo deferens juramentum, illud defert super facto, de quo deferens verosimiliter ignorantiam habere potest, n. 35. ibid.

Defensor, qui satisdedit de judicatum solvendo jurat de cal. Et quando? n. 250. & 251. c. 15.

Defensor necessarius est admittendus pro defensione suorum fidejussorum, n. 252. ibidem.

Defensor omnis jurabit de calumnia, & id in animam propriam, n. 258. ibid.

Deterioratio conditionis post contractum debitum, & dictæ deterioration is probatio est necessaria ad obtinenda dicta sequestra, n. 207. ibid.

Dicitur & exponitur juramentum calumniæ, id est, calumnia vitandæ, & non calumniæ committendæ, n. 33. c. 1.

Dictio calumnia quid significet, numer. 37. ibidem.

Dictio (Nisi) est limitativa, & inducit permissionem in casu sequenti, numer. 163. cap. 14.

Dies Festus Sabbathi est mandatus jure Divino, nu 20. c. 3. Quamvis dies Sabbathi esset festus jure Divino fuit in Veteri Testamento per Machabæorum

Digitized by Google

rum ducem desuper facta ordinatio, nu. 21. ibid.
Differentia praedicatur in quale de pluribus differentibus specie, n. 10. c. 1.
Differentia quatuor inter juramentum calumnia, & alia juramenta, n. 29. ibid.
Differentia inter juramentum calumnia, & veritatis apud quos Doctores habeatur, n. 30. ibid.
Differentia inter juramentum calumnia & malitia ubi habeatur, n. 31. ibid.
Differentia, quod juramentum calumnia praestetur ad confirmationem, & solemnitatem judicij, quare ponatur in diffinitione juramenti calumnia ab Authore, n. 32. c. 1.
Differentia inter juramentum malitia, calumnia, & veritatis, apud quos doctores haberi possint, n. 22. c. 1.
Differentiam inter juramentum calumnia & malitia quis tradat, n. 23. ibid.
Differentiam juramenti calumnia & veritatis quis tradat, n. 24. ibid.
Differentia sufficientes tradita sunt inter juramentum calumnia, ac juramentum malitia, & veritatis ab Authore, num. 39. ibid.
Diffinitio omnis in jure periculosa est, n. 1. c. 1. jur. calum. ex variis authoribus, n. 2. 3. & 4. ibid.
Diffinitio juramenti calum. ex Authore, n. 25. c. 1.
Diffinitio jur. cal. ab Authore tradita convenit soli diffinito, ut solet diffinitio, recte convertitur cum diffinito, ut solet qualibet diffinitio, nu. 26. & 27. ibid. constat ex genere, & differentia, ut qualibet diffinitio constare solet, n. 28. ibid.
Dilatio ad deliberandum super juram. cal. non est concedenda, n. 31. c. 18.
Dispositio debet sumi pro singulis, quando refertur ad universitatem, & materia est talis, quae non convenit universitati collective, sed tantum singulis de universitate, n. 122. c. 15.
Divites & ignorantes sint Asini ferrati, n. 217. ibid.
Doctores confundunt hos duos terminos, omittere juramentum calumnia, & remittere juram. cal. n. 1. c. 12.
Doctores nostri imitantur aves, ut cum una volat, alia sequuntur, n. 96. c. 16.
Dolus nemini patrocinari debet, n. 3. c. 17.
Dolus non praesumitur sed probandus est, n. 4. cap. 17.
Dolus suus, & fraus nemini patrocinari debet, n. 67. c. 14.
Dominus nominatus non jurat de cal. in judicio moto contra nominantem, sed in alio judicio, movendo contra se nominatum, n. 185. c. 15.
Dominus si moratur in curia, & copiam sui non facit, sed latitat, quomodo citari debeat. Quid si non compareat quomodo formabitur processus, n. 150. & 152. cap. 16.
Dominus praesumitur constituere procuratorem ad jurandum de calumnia in animam propriam, licet id non exprimat, n. 44. ibid.
Dominus & vasallus ad invicem jurare tenentur de cal. si ex adverso petatur, n. 423. c. 15.
Dominus mandando pro se jurari de calumnia in tali causa speciali, praesumitur habuisse justam causam, n. 164. c. 16.
Dominus an jurabit de calumnia & non procurator, quando dominus allegatur

Digitized by Google

juſtior? num. 37. 38. & 39. ibid.
Dominus præſtat juram. in animam propriam,n.11.c.15.
Donatio facta Eccleſiæ cenſetur facta Deo,n.341.ibid.
Dos datur pro onerib.matrimonij,n.58 c.15
Duelli materia eſt tractata,quia aliqui iniqui principes præbent duellum committentibus campum francum,n.102. c.19.
Duelli materia apud quos autores habeatur,n.103. ibid.
Ju.cal.præſtatur in cauſa ſyndicatus, num. 104.c.19.
Duellum eſt prohibitum,n.99.ibid.

E.

Eccleſia Dei habet duas poteſtates,alteram ſpiritualem, alteram temporalem,n.397.c.15.
Eccleſia habet electionem fori,n.393. ibid.
Emtor,qui dicit ſibi moveri litem, ſuper re empta, & ideo ſe agere de evictione, tenetur jurare de calu. quod non ſummiſit perſonam, nec excitavit perſonam quæ contra ſe ageret,n.186.ibid.
Epiſcopus ſi diſtrahi poteſt à divinis litigando, ad id debet procuratorem conſtituere. Aliàs poteſt per ſe litigare,n.370 ibid. Idem dic de aliis prælatis inferioribus,nu.371. ibidem. Et procedit ſive cauſa ſit propria Epiſcopi, ſive Eccleſiæ ſuæ,n.369.372.c.15.
Epiſcopus jurat non tactis, ſed propoſitis & inſpectis Evangeliis. Tamen de conſuetudine jurat tacto pectore, n.374. & 375.ibid. Et quidem in animam propriam,n.376.ibid. Quid,an & Epiſcopus ad jurandum de cal. indiget licentia Romani Pontificis? nu.373. 377. 378. 379. & 380.ibid.
Epiſcopus debet citari in ſcriptis,n.381.ib.
Epiſcopus æquiparatur illuſtri perſonæ,prout & Cardinalis,n.382. & 383. Et quibus illuſtribus æquiparentur,n.384.ibid.
Epiſcopus & Prælatus eſt judex competens in cauſa ſua Eccleſiæ, nu. 386. & 390.c.15.
Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ litigans in ſuo tribunali,jurat de cal.n.387.ibid.
Epiſcopus jurat de cal. Et quidem per ſe,ſi per ſeipſum cauſam agit.ſi verò eligit aliũ litigare, jurabit per illũ,vel per procuratorem,n.365.366,367.& 368.ibi.
Epiſcopus litigans in tribunali,in cauſ.ſuæ Eccleſiæ præſtat tria juramen.n.389.ib.
Epiſcopus agens contra laicum ſuper poſſeſſorio etiam pro decimis & aliis ſpiritualibus non poteſt trahere laicum ad ſuum forum,n.391.ibid.
Epiſcopus Romanus eſt ordinarius cunctorum, & concurrit cum omni poteſtate, n.322.& 323.ibid.
Epiſcopi Romani excommunicarunt diuinos ſubditos,n.324.ibid.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis,n.349.c.15.
Exclamatio contra præves officiales, & rectores populorum,n.26.c.15.
Exclamatio contra notarios,n.74.c.19.
Excommunicatus eſt ſeparatus à conſortio,& participatione piorũ,n.156.c.15
Excommunicatus cogi poteſt ad præſtandum jur.cal.n.158. ibid.
Excommunicatus tenetur jurare de calumnia,n.143.ibid.
Excommunicati jura. cal. non admittitur, donec ſit abſolutus,n.144.ibid.
Excommunicatus poteſt cogi ad jurand.de cal.& ſi nõ jurat habetur pro confeſſo,& etiam ſi jurat dum eſt excommunicatus,n. 145.ibid. Ex-

Digitized by Google

Excommunicatus repellitur à judicio dum agit. Non verò dum se defendit, n. 146. & 147. *ibid.*

Excommunicato nō proficit jur. cal. præstitum, dum est excommunicatus, n. 148. *c.* 15

Excommunicatus habetur pro bamito, & pro mortuo ad commodum ejus, secus autem quoad incommodum, n. 149. *ibid.*

Expensa facta in sequestris, seu impedimentis personalibus, & illorum exequtionibus, imputantur creditori, si fiunt parte non citata, & quare, nu. 210. *ibid.*

F.

FActi sumus Dei, & Christiana Relig. *contemptores, n.* 35. *c.* 1.

Favori suo quilibet renunciare potest, num. 50. *c.* 7.

Favorabilior est causa rei, quàm actoris pro damno vitando, n. 110. *c.* 16.

Favorabiliores esse debemus illi parti, qua tractat de damno vitando, quàm illi, qua tractat de lucro captando, n. 109. *ibid.*

Fidejubens de judicio sisti sine scriptis, si inde non est confecta scriptura non tenetur, nisi lis initietur intra duos menses, n. 263. *c.* 15.

Fidejussor jurat de calumnia. Et quidem in animam propriam, n. 259. & 260. *ibid.*

Fidejussor de judicatum solvendo, si reus principalis latitaret lite contest. poterit etiam non conventus defendere reum latitantem, n. 261. *ibid.*

Fidejussor est procurator rei, n. 262. *ibid.*

Fidejussor indemnitatis, quando ultra promissionem indemnitatis promitteret aliquid aliud factum, in eo quod promittit ultra promissionem indemnitatis, non dicetur fidejussor, sed principalis, n. 256. *ib.*

Fidejussores difficillimè reperiuntur his temporibus, n. 216. *c.* 15.

Fidejussorum incommoda, & mala, n. 218. & *num.* 216. *ibid.*

Filij duo si adversus se, & ad invicem litigent, pater debet utriq; præstare consensum, num. 40. *ibid.*

Filius familias tenetur jurare de cal. sive agat, sive conveniatur, dummodo filius legitima ætatis sit, n. 38. 39. 41. & 44. *ibid.*

Filius agens contra patrem debet impetrare veniam, antequam agat, aliàs processus esset nullus. Etiamsi filius esset emancipatus, num. 70. *Vel si pater in judicio non compareat, n.* 71. *c.* 15.

Filius familias regulariter sine consensu patris non potest esse in judicio. Fallit in sedecim casibus, n. 42. & 43. *ibid.*

Filius debet agere & conveniri, & ipse jurat ut principalis pro suo interesse in bonis, in quibus actu aut spe aliquid jus filio quæritur, n. 106. *ibid.*

Filius agens contra patrem debet impetrare veniam, antequam agat, aliàs processus est nullus. Etiam si filius esset emancipatus, n. 69. & 70. *ibid Vel si pater in judicio non compareat, n.* 71. *ibid.*

Filius non habet legitimam personam standi in judicio sine consensu patris, neq; ubi summariè agitur, num. 45. 46. & 50. *c.* 15.

Filius solus jurat de cal. absq; assistentia patris in bonis, in quibus nihil acquiritur patri, n. 99. *ibid.*

Finis duplex est ultimatus & non ultimatus, n. 3. *c.* 4. & *qui dicantur finis ultimatus, & causa ultimata, & finis non ultimatus, & causa nō ultimata, n.* 5. *ib.*

Finis dat esse rei, n. 11. *c.* 4.

Forma jur. cal. quando simpliciter petitur de cal. jurari, & simpliciter præstatur hoc juramentum, num. 12. *c.* 5. *in quo explis-*

Digitized by Google

plicitè juraretur omnia capitula sub juramento calumniæ comprehensa, nu. 13. ibid. Quare sint posita in dicta ultima forma illa verba, ad satisfaciendum importunitati Seij adversarii, nu. 14. ibid. item manibus corporaliter tactis scripturis, num. 15. ibid. item ad sancta Dei Evangelia, num. 16. ibid. item illa verba existimo, & credo, n. 17 ibid. item quare forma concepta sit, dictæ formulæ per verbum præteritum, præsens & futurum, n. 18 ibid. item quare apposita sint illa verba, Nisi illis personis. n. 19. ibid. item quandocunque fui, n. 27. c. 5.

Forma juram. calum. præstandi à litigante & jurante alieno nomine, remissivè, n. 5. ibid. advocati, n. 6 ibid. Procuratoris, nu. 6. ibid. nuncij, num. 10. ibid. & prædictæ forma sunt generales super tota causa, n. 11. ibid.

Forma statuti est servanda, aliàs illa quæ geruntur, sunt nullius momenti, num. 24. cap. 12.

Forma juramenti calumniæ ex Speculat. Baldo, Socino, & aliis, n. 1. 2. 3. 4. c. 5.

Forma juramenti advocati, remissivè, num. 247. c. 15.

G.

GEner agens contra socerum, debet impetrare veniam. Et Monachus agens contra Abbatem, num. 78. & 79. Et civis agens contra suam Rempubl. n. 80. Et privatus agens contra Fiscum, à quo causam habet, nu. 81. Et ille qui vult convenire habentem causam à Fisco, n. 82. Et plures persona alia remissivè, n. 83. c. 15.

Genera juramentorum hodierno tempore Hebræorum, n. 179. ibid.

Genus prædicatur in quid de suis speciebus, n. 9. c. 1. & species aliter accipiuntur à Philosophis & legistis, n. 11. c. 1.

Gloss. in l. 2. §. quod observari in verbo, existimat, in fin. C. de jurejur. propter calu. declaratur, n. 125. c. 14.

Gloss. in l. 2. in verbo, quæ persona, C. de jurejur. propter cal. reprehenditur à Cyn. n. 85. c. 15.

Gloss. in l. 1. in verbo, potest, C. de reb. cred. declaratur. n. 11. c. 23.

Gubernator urbis procedit manu regia, & sola facti veritate inspecta; secundum ejus facultates, n. 69. c. 19.

H.

HÆres an teneatur jurare de cal. nu. 126. & 127. c. 15.

Hæres tenetur jurare de cal. dum petit restitutionem adversus confectionem inventarij, n. 128. ibid.

Hæres per aditionem hæreditatis facit quasi contractum cum creditoribus hæreditariis, n. 129. ibid.

Hæres non conficiens inventarium per quasi contractum, quem facit cum creditoribus hæreditariis, potest conveniri ultra vires hæreditarias, & Falcidiam non detrahit. Idem est si conficiat inventarium infideliter, nu. 130. & 131. ibid.

Hæreticus tenetur jurare de calumnia, nu. 159. c. 15.

Hæreticus omnis est excommunicatus, & anathematizatus, n. 160. ibid.

Hæretici & Turcæ jurant de calum. nu. 8. cap. 5.

Hebræi jurant de cal. Et quomodo, n. 170. 171. 172. 173. 174. 176. 177. & seq. cap. 15.

Hebræi jurant de cal. n. 7. c. 5.

He-

Digitized by Google

Hebræorum jur. cal. standum est, n. 180. c. 15
Hebræorum omnia jur. genera præstari petantur in manibus Rabini eorum, & quare id consulitur, n. 181. ibid.

I.

Ignorantia juris non excusat in lucris captandis. Tamen juris excusat in damno vitando, n. 111. & 112. c. 16.
Ignorantia juris non excusat rusticum in lucro captando. Secus in damno vitando n. 113. & 114. ibid.
Imputatus de hæresi, & requisitus, ut desuper de cal. juraret, si id recusaret, habendus esset super tali crimine pro confesso, n. 164. c. 15.
Indefinita æquipollent universali, n. 388. ib.
Indefinita æquipollent universali, n. 68. c. 16 Quomodo procedat, vide nu. 75. 76. & 77. ibid.
Inferior nullus à Principe, potest talia substantialia tollere, n. 25. c. 13.
Intellectus l. 1. in verſic. quod non odio servorum, vel ad offensas cohærendum, & c. C. de jurej prop. cal. n. 191. c. 15.
Instantia si per culpam judicis pereat ante sententiam declaratoriã, quomodo parti succurratur, n. 45. c. 14. Et quid si ille qui recusavit jurare, incipiat de novo agere, n. 49. 50. 51. 52. & 53. c. 14.
Instantia an pereat de jure canonico? num. 46. 47. & 48 ibid.
Instantia dicitur etiamsi agatur vigore instrumenti, n. 62. c. 19.
Interrogatoria quomodo ab aliquibus vocentur, & quæ sint propriè interrogatoria, n. 92. c. 19.
Interrogatoria, Positiones, & Præparatoria sunt ferè synonima, n. 93 ibid.
Interpretatio verborum semper debet fieri contra eum, qui in sua dubia petitione juramenti de cal. se fundat, n. 69. c. 16.
Interpretatio verborum contractus semper fieri debet contra eum, qui potuit apertius legem contractus dicere. Et quis dicatur potuisse legem contractui dicere, remissivè, n. 70. & 71. ibid.
Instrumentum est probatio probatu, nu. 53. c. 18.
Judex qui nullam sententiam dixit non potest ulterius desuper sententiam ferre, 60. c. 7. Nec sententiam jam dictam revocare, corrigere, vel mutare etiam erroris prætextu, n. 60. ibid.
Judex si repererit absentem dolo non abesse, mittet ei juram. cal. n. 6. c. 17.
Judex potest cogere interrogatum, ad præcisè respondendum positionibus per verbum, Credit, vel non credit, secundum Roman. & quando procedat, nu. 10. & 11. c. 8.
Judex ipse potest exigere juram. cal. in quacunque judicij parte. Etiam instante parte, n. 9. & 10. Aut invitis partibus litigantibus, n. 11. c. 10.
Judex debet judicare ex his, quæ acta sunt in judicio, n. 17. c. 11.
Judex quod possit post conclusum in causa exigere juram. calum. quomodo intelligatur, n. 20. c. 10.
Judex potest exigere jura. calumnia, etiam post conclusionem, idq; in summariis ex officio, n. 16. & 17. Etiam ad partis instantiam, n. 18. ibid.
Judex cùm primum agetur de mittendo absenti juramentum calumniæ scrutabitur, an absens dolosè absit, n. 2. c. 17.
Judicis præsentia debet intervenire in jur. cal. præstando. Item partis adversæ, n. 3.

Digitized by Google

& 4. & econtra n. 5. c. 6. Prima opinio subsistere posset, quando à parte peteretur jurari in sua præsentia, n. 6. ibid. Si peteretur jurari in præsentia partis adversæ, & in ejus præsentia non juraretur, ex hoc non reddantur nulli processus & sententia, n. 7. ibid.

Judices & rectores populorum jurare de calumnia, non solum utile esse, sed necessarium, n. 27. c. 14.

Judices tenentur de cal. jurare. Quod abolerum est hodie, n. 19. 23. 24. & 25. ibi.

Judices jurant non tactis, sed propositis scripturis, n. 20. & 21. ibid.

Judices qui habent ante oculos scripturas, ipsa Evangelia habere videntur, nu. 22. ibidem.

Judicibus possunt dari esculenta & poculenta, n. 26. c. 5.

Judicium si fundatur in patre, pater jurat de cal. si fundatur in filio, filius jurat; si fundatur in utroq; utrique jurat pro suo interesse, n. 91. c. 15.

Judicia duplicia ex sui natura important, ut idem sit actor, & reus, n. 41. c. 7.

Judicia criminalia ad instar civilium redigunturn. 129. c. 16.

Juramentum ante litem contestatam dicitur juramentum malitia, n. 28. c. 10.

Juramentum intelligitur præstitum secundum naturam actus, super quo interponitur, n. 42. c. 7.

Juram. appositum in materia de sui natura alternativa debet alternativè intelligi, & non obligat præcisè ad unum, nu. 138. c. 16.

Jur. præstitum in causa principali non extenditur ad causam appellationis, n. 84. c. 19.

Juramentum in supplementum non defertur ei, qui alias incidit in perjurium, Vide n. 152. & 157. c. 15.

Juramenti hæ tres species Dd. confundunt, videlicet malitia, calumnia & veritatis, n. 13. c. 1. & dictæ tres species de jure antiquo non præstabantur in omnibus casibus, sed hodie sic. n. 14. 15. 16. & 17 cap. 1.

Jur. præstandum super exceptionibus, & replicationibus, est juramentum malitiæ vel veritatis, n. 9. c. 14.

Juramentum litis decisivum falsum non potest retractari, nu. 9. c. 23. nisi de mendacio convincatur, poterit criminaliter inquiri & puniri, n. 11. ibid.

Jur. cal. petitio & non præstito, processus & sententia, sunt nulla ipso jure, n. 57. c. 10.

Juramento calum. debens respondere positionibus non debet illarum copiam habere, n. 2. c. 24.

Juramenta duo præstanda sunt ab utraq; parte, in similibus judiciis duplicibus, nu 40. c. 7. Contrarium autem, & quod unum juramentum sufficiat, tenet author num. 41. ibid.

Juramen. malitiæ de jure novissimo, præstatur ante litem contestatam privativè, quoad alia duo prædicta juramenta, n. 19. c. 1.

Juramentum calum. præstatur tantum post lit. contesta. sed generaliter, & super tota causa, n. 20. ibid.

Juramentum veritatis, seu de veritate præstatur duntaxat post litem contestatam sed super ementi, & articulo particulari, n. 21. ibid.

Jurans de calumnia non potest respondere. (Dubito.) n. 8. c. 8. sed respondens positionibus

bus potest respondere. (Dubito) & quando, n.9. ibid.

Jurare an teneatur de calumnia is, qui juravit non jurare? nu.12. & 13.14.15. 16. & 17.c.15.

Jurare de cal. tenetur etiam is, qui vovisset non jurare, n.18. ibid.

Jurare debens de cal. debet respondere de credulitate, n.1.c.8.

Jurare de credulitate quid sit, n.13. ibid.

Juratur hodie de cal. tantum post lit. contest. n.7.c.9.

Juramentum malitiæ de jure antiquo, præstabatur tum ante lit. contesta. quàm post lit. contesta. & tam generaliter, quam particulariter, & super quolibet particulari articulo, & idem erat de jur. cal. & veritatis, n.18.c.1.

Juramentum calumniæ falsò præstans, incurrit pœnam exitij divinam, n.1. c.23. notatur infamia, nu.2. ibid. obligatur ad simplum vel quadruplum ejus pecuniæ, quam accepit ob faciendam cal. subjicitur pœna insensati criminis, Condemnatur in expensis, potest puniri criminaliter, etiam pœna corporis afflictiva, n.3.4. 5.8.12.13. & 24.c.23.

Juram. cal. non potest specialiter committi, nisi etiam committatur tota causa, num. 1.c.24.

Juramentum calumniæ si ante petitum fuerit, & non præstitum, sed præstetur post conclusum in causa, an ob id annulletur processus? & num.53.54. & seq.c.10 Respicit præterita, & futura, secundum Speculat. & Joannem Andr. Respicit tantum præsentia, & futura, secundum Cyn. & gloss. num.55. & 56. ibid. petitum & præstitum præservat à nullitate incurrenda, num.58. ibid. & opinio Specul. & Joan. Andr. declaratur multipliciter, num.59. ibid. Item decis. 108. Capell. Tholos. declaratur, & discutitur, n.60.62. & seq.c.10.

Juramentum calumniæ si petatur, est pars substantialis judicij, n.62. ibid.

Juramentum calumniæ aliqui tenuerunt esse inductum jure positivo, n.1. c.3. fuit cognitum jure ff. & auctum jure C. nu.2 ibid. in certis casibus particularibus tantùm erat cognitum jure ff. nu.3. ibid. In casibus particularibus, in quibus jure ff. erat cognitum juramentum calumniæ, erat probationis, non autem solemnitatis, n.4. ibid. In casu l. inter cohæredes, §. qui familiæ, ff. de famil. erciscun. erat tantum cognitum jur. cal generale, n.5. ibid. In cæteris casibus est inventum à Justiniano Imperatore in C. ibid. Juramentum calum. fuit inductum ob publicam utilitatem, n.6. ibid. non est inductum ob commodum privatorum tantùm, num.7. cap.3.

Juramentum calum. habet annexam conditionem quatenus petatur, nu.46.c.10. præstandum est ante sententiam, & ante conclusionem in causa, & non post nu. 47. Idq; intelligitur procedere in ordinariis judiciis, non verò summariis, num. 48. Nisi quando judex illud ex officio exigit, n.49. ibid.

Jur. calum. non est de substantia judicij, si petatur à judice. Aliud in requisito per statutum, n.29.c.12.

Juramentum calum. statutarium, si judex potest exigere, illud debet exigere ante conclusum in causa, ut sit pars substantialis judicij, n.30. ibid.

Jur. cal. si altera tantùm pars expreſsè remittat, poterit non obſtante tali pacto exigi. Et ſi utraque pars expreſsè remitteret, non obſtante tali remiſſione poterit judex illud exigere, n. 32. & 33. ibid.

Juramentum calum. nec de partium conſenſu poteſt remitti. Imo ne à judice quidem, conſentientibus partibus, n. 34. & 36. Quod extenditur ad juramentum Advocati, n. 37. eod. c. 12.

Juramentum calum. quoad ſpeciem & formam non eſt juris Divini, n 1. c. 18.

Jurame. tu n calum. præſtare non coguntur Rex, n. 2. Imperator, n. 3. Principes non recognoſcentes ſuperiorem, nu. 4. Pontifex Romanus, n. 5. & 6. Cardinales, nu. 7. Epiſcopus, n. 11. Clericus coram judice non ſuo ſine licentia ſuperioris, n. 12 Is, à quo petitur juramentum calumniæ ante litem conteſtatam, nu. 13. Procurator fiſci, de conſuetudine, nu. 14. 15. 16. & 17. Pater litigans cum filio, num. 18. fallit, num. 57. Filius litigans cum patre, num. 19. 20. & 21. Patronus, n. 22. Libertus, num. 23. Minor, n. 24. fallit, n. 26. Hæres, n. 27. fallit, n. 28. 29. 30. 32. & 33. Emptor qui ſcit rem emptam ad alterum ſpectare, nu. 36. 37. 38. 39. & 40 Tutor duarum pupillorum collitigantium, n. 41. fallit, n. 42. & 43. Is cui à judice injunctum non eſt, n. 44. fallit, nu. 45. Is cui non eſt decreta copia proceſſus, n. 46. & 47. Partes quæ concordarunt de non juranda, n. 48. & 49. Negans ſe poſſidere, n. 50. Qui perfectè probavit ſuam intentionem, n. 51. & 52. Is, de cujus bono jure conſtat. n. 54. Ille qui non eſt de cauſa inſtructus, n. 55. Perſona non habentes diſcretionem juris & facti, n. 56. c. 18.

Juramentum calumniæ an his præſtetur in comparationibus literarum, n. 29. c. 9. ſi eſt nulliter præſtitum, præſtatur iterum valide, n. 21. Non tamen iſtud juram. ſecundum ſanat actus nullos interjectos, & quare, n. 22. ibi iterum præſtatur per illum, qui poſtea melius noſcere veritatem dicetur, n. 23. ibid.

Juramentum de veritate poteſt poni in quacunq; actu particulari, n. 24. c. 9.

Juramentum calumniæ in ſe continet capitula tum ad actorem, tum ad reum ſpectantia, n. 43. c. 7. & in judiciis duplicibus utraq; pars præſtat duo juramenta tacitè, & virtualiter, licet non expreſsè, & explicitè, n. 44. ibid. & in mutuis petitionibus utraq; pars præſtat duo juramenta, unum ut actor, aliud ut reus, n. 45. c. 7.

Juram. calum. præſtatur etiam ſi mutentur perſonæ, ut quando reus excipiendo fit actor, n. 85. c. 19.

Jur. calum. præſtatur etiam peremptæ inſtantiæ, per lapſum trienny, & ſi vult de novo actor intentare actionem peremptæ inſtantiæ, iterum juratur de calumnia, n. 86. ibid.

Juram. calum. an præſtatur in exceptionibus, n. 87. 88. & 89. ibid.

Juram. calum. præſtitum generaliter extenditur ad omnia emergentia poſt lit. conteſt. n. 90. ibid.

Juramentum calumniæ præſtatur ſuper præparatoriis, ubi vide exempla. nu. 91. ibid.

Juramentum calumniæ præſtatur in omnibus incidentibus, & emergentibus quæſtionibus. Et tunc dicitur juramentum malitiæ, vel veritatis, n. 94. & 95. c. 19.

Ju-

Digitized by Google

Iuramentum calumniæ præstitum generaliter super negocio principali extenditur ad omnia accessoria, n. 96. ibid.

Iuramentum præstandum est in iudicio & causa duelli, n. 97. ibid.

Iuramentum calumniæ, in quo casu præstetur ante contestationem litis, ex mente aliquorum, num. 32. cap. 10. præstandum est, facta litis contestatione, n. 33. & 34 sive lis sit contestata vere, vel ficte, num 35. ibid. Et præstari potest in quacunque iudicii parte, nume. 36. ibid. Non est de substantia iudicii, ut statim post litem contestatam præstetur iur cal. n. 37. 38. 39. ibid.

Iuramentum calumniæ bis præstari non potest, videlicet ab eadem persona, num. 12. cap. 9. & in eadem instantia, n. 4. ibid. & persona si mutatur, iuratur iterum de calumnia, num. 3. & 12. ibid. item si instantia mutatur, nume. 13. cap 9.

Iuramentum calumniæ, quod semel tantum præstetur, intelligitur in iis, quæ emergunt post litem contestatam, numer. 6. ibidem.

Iuramentum calumniæ exigi potest tam à parte, quàm à iudice, si parti & iudici videbitur, num. 21. cap. 10. si petatur à parte, est pars substantialis iudicii, & si omittatur vitiat processum & sententiam. Secus si petatur à solo iudice, num. 22. ibid. non poterit ab eo, de cujus perjurio dubitatur exigi, num. 23. ibi. præstari debet ante litem contestatam secundum aliquos Etiam in instantia appellationis secundum Speculat. num. 24. & 25. ibid. Et quidem præstatur super tota causa, secundum Cyn. n. 26. ibid. Quæ opinio in quo casu procedere posset, num. 27. Reprobatur infra, num. 30. ibid.

Iuramentum calumniæ in se continet, quod jurans non utetur scienter falsa probatione, sive in testibus, sive in instrumentis, sive in quavis alia probatione. Vbi vide de intellectu hujus dicti, nume. 12. cap. 2. Versus qui effecti sunt à Doctoribus super præmissis, quæ continentur sub juramento calumniæ, num. 13. ibid. Explicitè jurari deberent omnia prædicta contenta sub jur. calum. Et iudex ad id potest cogere partes, num. 14. ibid. Si simpliciter defertur, & simpliciter juratur, virtualiter & implicitè censentur jurata omnia prædicta, quæ superius dicta sunt contineri sub juram. calum. nu. 15. ibid. Ille qui juravit de calumnia, si ad redimendum sanguinem suum vellet corrumpere accusatorem, an dicatur contravenire juramento calumniæ per se præstito, & comprehendatur sub præmissis, quæ in se continent juram. calum. num. 16. ibidem. Videtur non esse præstandum juramentum calumniæ à reo in criminalibus, ubi irrogatur pœna sanguinis. Quomodo intelligitur reg. quod licet redimere quoque modo sanguinem suum in criminalibus remissive ad Bart. n. 17. cap. 2.

Iuramentum calumniæ dicitur inductum jure naturali id est gentium, nume. 14. c. 3. est de jure divino quoad genus & materiam, id est, quoad juramentum in genere, num. 15. ibid. Distinctio inter jura divina ex gloss. ibid. Juramentum in genere est inductum jure divino, num. 16. ca. 3. & Qui diceret, nunquam esse

Digitized by Google

Jurandum, peccaret mortaliter, & esset hæreticus, n. 17. ibid.

Jur. cal. quoad speciem & formam est de jure positivo, n. 18. c. 3.

Jur. cal. quibusdam remittitur, n. 19. ibid.

Juramentum calum. semel tantum præstatur, etiam si mutetur judex. Aut juratum esset de calumnia, non instante parte adversa, qua postea peteret jurari, nu. 10. & 11. cap. 9. præstandum est cuilibet personæ petenti, si ex adverso sint plures litigantes. Et sic pluries præstatur. Etiam quando quis movet contra aliquem plures quæstiones pluries jurat de calumnia, num. 15. & 16. Et iteratur in cumulatione actionum, vel earum mutatione, n. 17. c. 9.

Juramentum calum. inductum est pro solemnitate & forma judicii, nu. 4. cap. 7. & forma non servata actus est nullus, num. 5. cap 7. est de substantia judicii, num. 6. ibid. quod non sit necessarium in judiciis, procedit, si non fuit petitum istud juramentum, numer. 7. ibid. quod præstandum non sit nisi petatur, procedit etiam in statutis mandantibus jurari de calumnia ex Menoch. nume. 8. ibid. procedit etiam in causis criminalibus, nume. 9. ibidem. Secunda verò opinio, quod scilicet juramentum calumnia sit necessarium in judiciis, & pars substantialis procedit, si juramentum prædictum fuit à parte adversa petitum, n. 10. ibidem.

Juramentum calum. si non exigitur à parte, sed à judice, non est pars substantialis judicii, num. 11. ibid. Fallit ut ibi remissivè, ibid. si à parte adversa petatur, est necessarium in judiciis, & illorum pars substantialis, numer. 12. ibidem. si à parte petatur, & non præstetur, processus, sententia, & omnia inde secuta sunt nulla, n. 13. ibid. & sunt nulla ipso jure processus, sententia, & omnia inde secuta, si petatur & non præstetur, hoc juramentum, n. 14. cap. 7. si petatur & non præstetur, procedit etiam in causa summaria, num. 15. ibidem. Bald. in l. 2. §. quod observari, C. de jurejurand. propt. calum. opinio an cadat actor volens jurare ipso jure à causa, n. 16. ibid. Quid sentiendum circa hoc dictum Bal. ibid. Et in Camera Imperiali non reputantur nulli processus, nec nulla sententia lata extra Cameram, in prima, vel in secunda instantia ob jur. cal. non præstitum vigore particularis ordinis, n. 17. ibidem.

Juramentum calum. si est inductum jure positivo, illud potest Princeps tollere, num. 9. cap. 3. Alii temerunt esse inductum jure naturali & divino, num. 10. ibid. quod si esset, non posset Princeps illud tollere, num. 11. & 12. ibidem.

Juramentum calum. regulariter præstandum est in causis omnibus. Fallit in causa non desiderante probationem, num. 1. & 2. In notoriis, numer. 3. & 4. In quæstione juris, numer. 5. 6. & 7. cum litis contestatio sit per confessionem partis adversæ, num. 8. & 9. In causis voluntariæ jurisdictionis numer. 10. In judicio reali ubi reus negat se possidere, nec dolo desiisse, numer. 11. 12. & 13. Quando judex procedit ex officio, num. 14. Et aliis in causis remissivè, num. 15. Fallit quoque in judicio animæ tam particulari quam universali, n. 16. c. 20.

Jur-

Digitized by Google

Juramentum calum. si simpliciter petatur præstari, intelligitur petitum jurari per procuratorem quoad processum, nu. 79. c. 16. & n. 68. ibid.

Juram. calum. si simpliciter petatur, poterit præstari per quemlibet alium, qui comparere potest alieno nomine, & sine mandato, n. 80. ibid.

Juramentum calum. si petitur præstari cum aliqua clausula, quæ esset apta comprehendere utrumque juramentum præstandum, scilicet per dominum, & per procuratorem; debet tale juramentum præstari eo modo, quo utraque juramenta comprehendantur, numero 81. ibidem.

Juramentum calum. tacitè omitti, seu remitti an possit? quod affirmatur, n. 7. & 8. Etiam parte præsente, nume. 9. Nec ideò processus vitiatur, n. 10. Vel sententia, n. 11. c. 12.

Juramentum calum. expressè remitti nequit. Alioquin processus esset nullus, num. 12. & 13. Et sententia, num. 14. ibidem.

Juramentum calum. cur expressè non possit remitti, n. 15. 16. & 17. ibid.

Juramentum calum. præstitum facit evitari calumniam. Est judicii confirmativum, num. 1. & 2. Excusat ab expensis, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Excusat à præsumpta calumnia, nu. 10. facit cessare pœnas non jurantibus impositas, nu. 11. Efficit ut nolens respondere positionibus, habeatur pro confesso, n. 12. Non tamen habet vim litis contestatæ, n. 13. 14. 15. & 16. c. 22.

Juramentum calum. in se continet, quod si jurans aliquando interrogabitur, respondebit veritatem, n. 9. c. 2.

Juramentum calum. continet in se, quod si quis dat positiones, illas dans, & jurans non animo calumniandi illas dat, & jurat, sed sui juris conservandi gratia. Ubi vide de intellectu hujus dicti, num. 10. ibidem.

Juramentum calum. præstandum est in omnibus causis regulariter. Puta in civilibus. num. 1. & 2. Etiam extraordinarii, in quibus lis contestatur, num. 3. Etiam si in eis procederetur summariè, de plano sine strepitu & figura judicii, n. 4. c. 19.

Juram. cal. requisitum pra forma à statuto omnino præstandum est, n. 23. c. 12.

Juramentum calum. est necessarium in processu, qui formatur in Camera, num. 18. cap. 7. si quis petat in parte judicii non confuctæ, non reddit processum, & sententiam nullam, prout Matthesil. dicit, secundum Socinum, numero 19. ibidem. & reprobatur dicta opinio Socini, ibid.

Juramentum calum. præstari poterit, etiam nemine petente, neque parte, neque judice. Et si præstetur nemine petente, non erit pars substantialis judicii, n. 43. & 44. quod declaratur, nu. 45. & 46. cap. 10.

Juramentum calum. præstatur generaliter super tota causa & non super aliquo actu particulari, n. 8. c. 1. & n. 20. 29. & 31. ibid.

Juramentum calumnia non videtur esse necessarium in judiciis, neque illorum pars substantialis, numer. 1. cap. 7. est necessarium in judiciis, & de solito ordine judi-

Digitized by Google

judiciali, num. 2. ibid. est de solito ordine judiciali, & inductum ad solemnizandum judicium, n. 3. ibid.

Juramentum calumniæ est præstandum etiam in causa modica & vili, nisi cum iudex ex officio, & extra ordinem causam cognoscit, n. 45. c. 19.

Juramentum calumniæ præstandum est in prætoriis stipulationibus. Aut quando agitur in vigore instrumenti, nu. 59. & 60. c. 19. Etiam guarentigiati, & forma statuti, num. 61. & 64. Aut vigore instrumenti in forma Camera, n. 63. & 64 ibid.

Juramentum calumniæ, quod semel tantum præstetur, procedit de jure novissimo introducto à Justiniano, num. 8. c. 9. sed jurabatur de calumnia, pluries de jure antiquo, & n. 9. & 14 ibid.

Juramentum calumniæ est inductum ad utilitatem publicam, & non ad privatam num. 51. cap. 7. principaliter est inductum ad utilitatem publicam secundariò ad utilitatem privatam, num. 52. ibid. & quomodo id intelligatur, ibid.

Juram. calu. præstatur in nunciatione novi operis. Et in omni causa, quæ probationem desiderat, nume. 47. & 48. etiam in causa, in qua officium judicis implooratur, n. 49. Aut quando agitur ratione ætatis, n. 50. & 51. c. 19.

Juramentum calumniæ non est deferendum infidelibus quando infideles suspicarentur, nos Christianos credere eorum falsæ religioni aliquam divinitatem adesse, n. 169. c. 15.

Juramentum calumniæ in se continet, quod jurans probationem non exiget, nisi quam pro veritate putabit exigendam, n. 3. c. 2. & quod dicta probatio exigenda sit necessario ex Socin. n. 4. ibid.

Juramentum calumniæ quod præstat procurator in animam propriam non procedit quoad merita causæ, sed quoad processum, num. 55. & 60. Idque maxime procedit in procuratore dato à judice ex officio non habenti procuratorem, n. 56. cap. 16.

Juramentum calumniæ peti potest in quacunque judicii parte. Rejecta opinione Cyni, num. 1. 2. & 3. dummodo petatur ante sententiam. nume. 4. & ante conclusionem in causa factam, numero 7. cap. 10.

Juramentum calumniæ dicitur petitum ante sententiam etiam si petatur in termino citationis ad sententiam, n. 5. ibid.

Juramentum calum. est præstandum etiam quando agitur pro restitutione in integrum adversus confectionem inventarii, n. 55. & 56. c. 19.

Juramentum calum. iterum præstatur, & contestatur iterum lis, quando libelli mutatio est circa substantialia, secundum Bald. n. 79. ibid.

Juramentum calum. præstatur in instantia appellationis, num. 80. & 83. Etiam si in priori instantia præstitum sit, nu. 81. ibidem.

Juramentum calum. si tolleretur à consuetudine debet ab allegante probari, & quidem cum assignatione rationis. Eaq; consuetudo procedit de jure civili, non autem Pontificio, numero 9. & 10. cap. 13.

Juramentum calum. non potest tolli lege aut statuto. Nec consuetudine, num. 14. & 6. Et processus factus hoc iramento peti-

Digitized by Google

petito & non præstito, esset ipso jure nullus, nu. 2. Imo ne differri quidem potest à statuto, n. 3. ibid.

Juramentum calumnia in se continet, quod jurans non animo calumniandi agit, vel resistit, sed quia lis sibi justa videtur, n. 2. cap. 2.

Juram. cal. quod defertur authore prætore, debet in actis interponi, n. 1. & 2. c. 6.

Jur. cal. & pœnæ non jurantibus impositæ, quod locum non habeant, si per contradictas & edicta proceditur, incumbit onus probandi asserenti istud, nu. 31. c. 7.

Jur. cal præstatur in judicio moto coram arbitro, n. 66. c. 19.

Juram. calum. exactum à judice invitis litigantibus, an sit pars substantialis judicii? n. 12. 13. & 15. c. 10.

Jur. calum. non est deferendum ei, de cujus periurio dubitatur, n. 153. c. 15.

Jur. cal. præstandum an sit in causis spiritualibus. n. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43. c. 19.

Jur. cal. in se continet, quod jurans, dilationem non petit animo calumniandi, & differendi judicii, n. 7. c. 2.

Jur. cal. dupliciter solet remitti, tacite & expresse. Quando tacitè, num. 3. & 4. Quando expresse n. 6. c. 12.

Jur. cal. statutarium, si tacitè omittatur, & à parte non petatur, an sit necessario præstandum? n. 20. & 31. c. 12.

Jur. cal. est accessorium, sine quo causa expediri nequit, n. 5. c. 16.

Juram. cal. requiritur à quocunque obtinente quodcunque ex prædictis sequestris num. 212. c. 15.

Juramentum calum. in se continet, quod jurans non dedit, aut promisit, nec dabit, aut promittet judicibus, vel alicui alteri personæ aliquid, ut iniusta feratur sententia, n. 5. c. 2.

Jur. cal. numeratur inter terminos substantiales, n. 26. c. 7.

Jur. cal. præstatur etiam coram urbis gubernatore, n. 68. c. 19.

Jura. calu. præstandum est etiam in causis mixtis. In causis Ecclesiasticis, n. 29. & 30. Etiam in causis annexis Ecclesiasticis, n. 31. Etiam in causa juris patronatus, n. 32. & 34. ibid.

Juramentum calu. continet plura capitula concernentia processum & prosecutionem causæ, quàm illius merita, n. 59. c. 16. & n. 72. ibid.

Juramentum cal. præstatur etiam in judicio, moto coram Principe. In cumulatione actionis, num. 75. & 76. In mutatione actionis, n. 77. c. 19.

Juramentum calum. an & quando præstandum sit in causis criminalibus n. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. 25. 27. & 28. c. 19.

Juramentum calu. si est inductum jure naturali primævo, non potest tolli rescripto Principis. Si vero jure positivo, potest, n. 16. & 17. Et quibus clausulis in rescripto sit opus, n. 18. 19. 20. 21. 23. 26. & 27. c. 13.

Jur. calum. præstandum est etiam in causis summariis, n. 6. & 8. Alioquin est processus nullus, num. 12. Neque tacite remitti potest, num. 9. Præstarique etiam potest post conclusum in causa, n. 10. & 11. c. 19.

Jur. cal. an iteratur, quando post lit. contest. emersisset aliqua nova causa suspicionis calumniæ, n. 18. c. 9.

Digitized by Google

Iuramentum calum. semel tantum præstatur, malitiæ, & veritatis pluries, n. 38. & 39. c. 1.

Jur. cal. peti debet à judice ante conclusionem secundum Gravatium, n. 19. c. 10.

Juram. cal. hodie non æstimatur uno obulo, n. 36. c. 1.

Jura dicentia jurandum esse de calumnia in principio litis, & in principio, in continēti intelliguntur, si petatur, n. 41. c. 10.

Juri divino homo non derogat, n. 12. c. 3.

Juri publico authoritate, & utilitate renunciari non potest, n. 8. ibid.

Jus, quod quis in alterius persona servari vult pro se, debet servare pro alio in sua persona, n. 155. c. 15.

L.

Lapis acerrimus defensor jurisdictionis ecclesiasticæ, n. 398. c. 15.

Licentia, quam clerici tenentur impetrare ab eorum superiore, ut præmittitur, de consuetudine non impetratur, nu. 343. ibidem.

Licentia quam clerici impetrare debent à suis superioribus quandam arguit reverentiam, & è converso illam non impetrando quandam irreverentiam arguit, n. 345. ibid.

Licentia prædicta quomodo impetretur per clericos ab eorum Prælatis & superioribus, remissivè. n. 346. ibid.

Lis dicitur incipere à litis contestatione, n. 40. c. 10.

Litigantes omnes ex adverso si petant juvari, omnibus ex adverso petentibus est præstandum hoc juramentum calumniæ, n. 238. c. 15.

Litigantes omnes obligati sunt ad jur. cal. non simpliciter, sed alternative, n. 136. & 14 . . 16. verba debent intelligi secundum subjectam materiam, n. 137. ib.

M.

Mandato cum legitimo si non juretur, habetur ac si juratum non esset, n. 107. c. 16.

Mandatum speciale requiritur in procuratore laicorum. Etiam Ecclesiasticorum, n. 8. 9. & 10. c. 16.

Mandatum speciale requiritur ad jurandum in animam alterius, n. 266. c. 15.

Mandatum speciale non requiritur ad jurandum in animam propriam. 407. ib.

Mandatum si est generale tantum, & non generale & speciale simul, nihil operabitur in eo clausula solita apponi. Etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, *n. 146. c. 16.*

Mandatum, in quo quis constituitur, Procurator generalis, & specialis, ita tamen ut specialitas generalitati non deroget, nec econtra, *dicitur generale, & non speciale, num. 141. 144. & 145. ibidem.*

Mandatum speciale dicitur illud, quod à principio, quo fit, est speciale ad certam determinatam causam, n. 142. ibid.

Mandatum procuratorium dividi potest, n. 27. c. 16.

Mandatum procuratorium expirat morte regulariter. Et an per resurrectionem domini reviviscat? numer. 186. & 187. ibidem.

Mandatum speciale requiritur in procuratore, qui tanquam procurator vult veni-

re

Digitized by Google

re ad plenam defensionem, & non solum speciale, sed specialissimum, præsertim ad actum, qui requirunt mandatum speciale. Secus, si veniret ut defensor, n. 119. & 120. ibid.

Mandati capitula respectu diversarum personarum dicuntur diversa capitula, n. 25. & 146. c. 16.

Majoritas si probatur, apparet nulla datio curatoris facta, neq; ex datione talis curatoris aliquis sibi aperiret viam ad restitutionem, n. 54. c. 19.

Malus semel, semper præsumitur malus in eodem genere mali, n. 151. c. 15.

Marian. Socin. detrahit illa verba, ut injusta feratur sententia, & addit infra sc. nisi illis personis, quibus leges dare permittunt, n. 6. c. 2.

Matrimonium est inductum jure divino in statu innocentiæ. Alia sacramenta initium habuerunt post lapsum Ada. Matrimonium est sacramentum novæ legis, n. 22. c. 3. Quando vis matrimonium sit jure divino inductum, & sacramentum Novæ legis, super matrimonio plura constituerunt sacra Concilia, & Summi Pontifices, n. 23. ibid.

Matrimonialis causa est spiritualis, n. 44. cap. 19.

Minor probatur eo ipso, quo quis citatur ad comparendum legitimè, aliàs videndum deputari sibi curatorem, n. 53. ibid.

Minor jurare tenetur, de calumnia in causis, in quibus habet legitimam personam standi in judicio, ut n. 29. 30. 31. & 32. cap. 15.

Minor reputatur ille, qui habet curatorem, præsumptione juris, n. 52. c. 19.

Minor jurat de calumnia, & non tutor, si ipse minor est melius informatus, quam tutor, n. 284. c. 15.

Minor numeratur inter personas non habentes discretionem juris & facti, n. 25. cap. 18.

Minor conveniri non potest in judicio sine tutore, vel curatore. Idem dic de furioso & prodigo, nu. 102. & 104. Non tamen de Lunatico, n. 105. c. 15.

Minori 25 annis litiganti est dandus curator ultra assistentiam patris in judicio super bonis, in quibus pater habet interesse, n. 101. & 103. ibid.

Monachus agens causam propriam tenetur jurare de calumnia, n. 133. ibid.

Mora videtur remissa per interpellationem subsequentem, n. 61. c. 10.

Mora in non jurando de calumnia, potest purgari usque ad sententiam diffinitivam. Etiam post conclusionem, nu. 168. 169. 170. 171. & 172. c. 14.

Moræ purgatio admittitur etiam in pœnalibus, n. 173.

Moræ & illius rationis materia est difficilis, & valdè intricata, n. 174. ibid. purgatio admittitur, cum aliqua difficultas intercedit. Aut adest aliqua ambiguitas juris, num. 175. & 176. Vel quando objicitur aliqua exceptio, num. 177. Aut infra modicum tempus, nume. 178. Quando jus partis est illæsum, & non aliàs n. 179. Vel quando actor tractat de conservanda actione, non autem de novo jure quærendo, n. 180. c. 14.

Moræ purgatio non debet admitti post mensem & annum, n. 181. c. 14.

Motus proprii Pontificii tollentes nullitates, non tollunt nullitates in substantialibus, n. 37. c. 19.

Digitized by Google

N.

Naturalia sunt immutabilia, num. 11. cap. 3.

Nemini licet esse judicem in causa propria n. 385. c. 15.

Nominans Dominum in judicio, tenetur jurare de calumnia. Et agetur contra Dominum nominatum facta lit. contest. non contra nominantem, nu. 183. 184. cap. 15.

Non essemus ita proclives ad jurandum de cal. si perpenderentur ea, quæ continentur sub jur. cal. & explicitè jurarentur, ut deberent, n. 1. c. 2.

Nostra ætate videtur jurari potius de calu committenda, quam vitanda, n. 34. c. 1.

Notarius mittitur ad recipiendum jur. cal. quando juxare debens est mulier, n. 8. 9. & 10. vel infirmus, n. 11. Constitut 9 in dignitate, n. 12. Persona egregia, n. 13. Senex, nu. 14. Pauper qui se honestè exhibere non potest, nu. 16. Impeditus legitimè n. 19. c. 17.

Notarii malè faciunt cogendo jurare dominos principales, qui constituerunt procuratores cum mandato generali cum clausula, ad lites, n. 23. c. 16.

Notarii reprehenduntur, qui in actis, & in extractibus extendunt, quod iurans jurat de cal. & veritate dicenda, nu. 17. c. 8.

Nullitas actus non consumit potestatem, quo minus nulliter factum possit iterum bene fieri, n. 59. c. 7.

Nullitas, qua pretenditur in sententiis ob jur cal. non præstitum, non insurgit aliunde, quam ex quo jus mandat jurari, ut judicium subsistat, n. 45. c. 7.

Nullitates omnes & tollantur nunquam intelligitur sublata nullitas proveniens ex juramento calumniæ non præstito, n. 13. cap. 3.

Nullitates omnes quamvis essent sublatæ, non intelligeretur sublatum hoc juramentum, n. 12. c. 13.

Nuncius qui non est ad actus citationis, & similes constitutus ab aliquo privato, ut causam suam expediat, jurat de calumnia, n. 249. c. 15.

O.

Obiurgatio contra quosdam Procuratores, nomine Procuratorum indignos, qui contra proxime dicta faciunt, n. 8. c. 2.

Observantia vel consuetudo, quæ allegatur ad hoc, ut procurator cum generali mandato, & facultate jurandi de cal. allegatur ad hoc, ut admittatur pro domino absente, & in ejus favorem, & non pro domino presente, & in ejus damnum, n. 101. & 103. c. 16.

Observantia, seu consuetudo admittendi procuratorem generalem cum facultate jurandi de cal. ad jurandum, si extenderetur ad cogendum etiam similem procuratorem daretur via fraudibus, nu. 130. ibid.

Oeconomus jurat de calumnia, n. 406. & 408. c. 15.

Oeconomi, syndici, vel similes habentes legitimam administrationem quoties intercveniunt, judex potest eligere quos vult, ut jurent, vel ipsos, vel eorum principales, n. 424. c. 15.

Offi-

Digitized by Google

Officialis sedis Apostolicæ excommunicari nō potest inconsulto Rom. Pont. n. 395. ib.
Officiales laici sedis Apostolicæ patiuntur multas indignitates à vicariis Episcoporum in statu Ecclesiastico, n. 396. ibid.
Omittere & remittere juramentum calu. quid sit? n. 2. c. 12.
Orphanotrophus & similes jurant de calu. n. 359. c. 15.

P.

Pactum privatorum jus publicum non potest immutare, n. 35. c. 12.
Pactum tacitum de non jurando de calumnia, quomodo possit intelligi, num. 19. ibidem.
Papa non dispensat in iis, quæ sunt inducta jure divino, n. 26. c. 3.
Papæ constitutio fundata in jure divino, ligat etiam Papam quoad mentem, licet non quoad verba & formam, num. 27. ibid.
Paria sunt scire, vel scire debere, nu. 163. c. 16.
Paria sunt scire, & scire debere, n. 24. c. 7.
Paria sunt conclusum esse in causa, & sententiam esse latam, n. 8. c. 10.
Paria sunt aliquid non fieri, vel perperam & inutiliter fieri, n. 87. c. 16.
Paries quando dicatur communis pro diviso. Et quando pro indiviso, nu. 230. & 231. c. 15.
Paries communis pro diviso, vel pro indiviso dicitur tacitè & expresse, n. 232. ibid.
Paries in dubio præsumitur communis pro diviso, n. 233. ibid.
Parietis communis multa habentur apud Rebuff. cons. 234. n. 156. ibid.
Pars adversa dicere non potest, se non esse contentam pœnis recusantibus jurare impositis, sed velle, ut præcise cogatur ad respondendum, n. 58. c. 14.
Pater quomodo cogi possit ad præstandum consensum filio litiganti, n. 51. c. 15.
Pater non habet usumfructum in omnibus bonis per filium acquisitis, sed in quibusdam casib. specialib. remissivè, n. 52. ibid.
Pater in bonis adventitiis filii, habet usumfructum regulariter. Nisi esset dilapidator, n. 53. & 56. Aut patri esset usufructus prohibitus, n. 59. c. 15.
Pater habet usumfructum etiam in bonis relictis filio nascituro, maximè si notarius stipulatus esset pro dicto filio, numer. 54. c. 15.
Pater habet usumfructum in legitima filii. Non tamen in dote, n. 55. & 57. ibid.
Pater si comparet in judicio moto per filium contra se, & non excipit de venia non petita processus teneret, n. 72. ibid.
Pater habet usumfructum in bonis filii emancipati tantum virili. Idem est in bonis omnium descendentium, n. 60. 61. ibid.
Pater non habet usumfructum in bonis filio donatis ab Imperatore. Aut Imperatrice, n. 62. & 63. Vel à Rege, n. 64. Neque in donatis à summo Pontifice Romano, n. 65. Vel à Cardinalibus sancta Romanæ Ecclesiæ. n. 66. Aut à Principibus, & Rebuspublicis non recognoscentibus superiorem, n. 67. Neq; in castrensibus, vel quasi castrensibus. Et in pluribus aliis casibus remissive, n. 68. c. 15.
Pater tenetur jurare de cal. in bonis filii, in quibus est legitimus administrator, n. 84. 86. 87. 88. 89. & 90. ibid.

Digitized by Google

Pater jurat de calumnia in animam propriam, n. 49. ibid.

Pater jurat de cal. & alia facit in judicio de consensu filii, & quare, nu. 95. ibid.

Pater, & quilibet, alius administrator, sive ipse causam agat, sive in judicio assistat, ipse jurat de calumnia indifferenter in bonis, in quibus habet usumfructum n. 92. ibid.

Pater & filius simul jurant in bonis, in quibus ususfructus patri queritur, & quomodo id procedat, n. 100. c. 15.

Patris consensus quandoq; accedat, validat judicium retrofactum, n. 47. ibid.

Patri quando queritur ususfructus in bonis per filium quæsitis requiritur consensus patris in judicio pro ejus interesse, n. 48. ibidem.

Paupertas affert multas excusationes, remissivè, n. 17. c. 17.

Paupertatem nemo debet maledicere, quia à Deo est, n. 18. ibid.

Perjurus tenetur de calumnia jurare, num. 105. c. 15.

Perjurus potest cogi ad jurandum, sed ejus juramentum non admittitur, nisi quando est absolutus, n. 154. ibid.

Persona qualibet litigans, tenetur jurare de calumnia, n. 3. c. 15. etiam Principalis, nu. 2. ibid. dum commodè haberi potest, num. 4. ibid. principalis dicitur illa, quæ suo nomine litigat, n. 3. ibid. litigans de calu. jurare tenetur etiamsi suus Advocatus juravit, n. 5. ibid. Aut procurator, n. 6. & 7. ibid. quod intelligitur de jure Civili, n. 8. ibid.

Persona principalis litigans, tenetur jurare de calumnia, etiamsi agens pro ipso fideiussisset de rato, n. 9. c. 15.

Persona omnis principalis litigans, tenetur jurare de calumnia, n. 1. c. 17.

Persona Ecclesiastica habentes regalia ab imperio & Imperatore, habent judicem eundem, n. 339. c. 15.

Petens edi rationes, & jura debet jurare de calumnia. n. 192. ibid.

Petens sequestrum debet jurare de calum. n. 193. ibid.

Petens quæstionem serverum ad propalanda bona hæreditaria, tenetur de cal. jurare, n. 189. & 190. ibid.

Pœna major irrogatur contravenienti juramento, quam præstationi fidei, n. 7. c. 1.

Pœna loquentes de duello an habeant locum in eo, qui in rixa calore iracundiæ vocat alium ad singulare certamen, n. 100. & 101. c. 19.

Pœna legales per desistentiam evitantur, n. 167. c. 14.

Pœna imposita non jurantibus, non transit ad hæredes, si alter, seu reus principalis moriatur ante sententiam declaratoriam, n. 42. ibid.

Pœna imposita recusantibus jurare de calumnia, an habeant locum in tertio veniente & admisso, aut vocato ad causam, n. 192. ibid.

Pœna l. 2. C. de jurejur. propt. cal. & similium dirigitur contra eum, qui facit contra legem, non autem contra eum, qui implet mandata legis, n. 56. c. 7.

Positio juris dicitur etiam si contineat illa verba (solemniter & legitimè,) n. 112. cap. 14.

Positio detegens turpitudinem, dicitur criminosa, n. 82. ibid.

Positio quando est captiosa, reclamandum est judici, qui eam reformet, n. 93. ibid.

Digitized by Google

Positio si est multiplex, potest respondens instare, ut ponens melius explicet factum, & distincte, vel eam valet dividere ipsemet, n. 149. c. 14.

Positio seu articulus dum dubitatur, an sit pertinens vel impertinens, est admittenda cum clausula (Salvo jure impertinentium, & non admittendorum.) Quæ clausula efficit, ut positiones & articuli non admittendi habeantur pro non admissis, n. 104. & 105. Et dicta testis, & omnia inde sequuta rejiciuntur, num. 106. c. 14.

Positioni alternativæ non tenetur monitus respondere. Nisi quando talis alternatio oritur ex contractu, num. 143. & 144. ibidem.

Positionem multiplicem potest judex dividere, n. 150. ibid.

Positiones & articulos impertinentes potest judex rejicere etiam post factas probationes. Melius tamen faceret, si prius discuteret, an sint admittendi, vel non, n. 107. & 108. c. 14.

Positiones, articuli, & capitula videntur inter se differre. Tamen hodie confunduntur, n. 109. & 110. ibid.

Positiones negativa quando admittuntur, ibi & contra præsumptionem juris, & de jure remittuntur, n. 140. ibid.

Positiones facere potest judex non solum post lapsum terminum ad probandum, sed etiam post conclusum in causa, etiam ad fundandam intentionem partis, nu. 118. ibidem.

Positiones fieri non debent sub disjunctiva, n. 97. c. 14.

Positionum copia an sit concedenda reo petenti, & quando, n. 21. c. 11.

Positionum datio, & illis facta responsio est species probationis, & qui non admittitur ad probandum, nec admittitur ad ponendum, n. 11. c. 2.

Positionum negativarum præsumitur ignorantia in dubio, 142. c. 14.

Positionibus criminosis quis non cogitur respondere, nume. 76. ibid. Nisi dum judex ex officio ponit & interrogat, n. 77. aut positio cõcernit pecuniarium commodum tantum, n. 78. Vel interrogatus locupletaretur cum aliena jactura, nu. 79. Aut esset causa criminalis, nu. 80. Vel denique si quando crimen, de quo in positione agitur, est notorium, ibid.

Positionibus generalibus, monitus non tenetur respondere. Uti nec positionibus non habentibus tempus expressum, n. 98. & 99. Nec positionibus obscuris, nu. 100. Aut impossibilibus, n. 101. Vel impertinentibus, n. 102. c. 14.

Positionibus datis per modum exceptionis non tenetur monitus respondere. Nec illis, quæ continent aliquid existens in animo respondentis, n. 145. & 146. Aut concernentibus bonum jus, quando respondens habet autorem obligatum de evictione, nu. 147. Nec positionibus multiplicibus, n. 148. ibid.

Positionibus superfluis non tenetur monitus respondere. Nec positionibus conceptis non dispositive, sed interrogative, n. 120. & 121. Nisi hæ fiant ante litem contestatam n. 122. ibid.

Positionibus non comprehensis, nec intellectis sub juram. non tenetur monitus respondere. Nec illis quibus semel responsum fuit, n. 123. & 124. ibid.

Positionibus monitus respondere, si non respon-

Digitized by Google

respondeat, habetur pro confesso, nu. 72. cap. 14. Idem si respondisset imperfecte, n. 73. ibid.

Positionibus jussus respondere, ut habeatur pro confesso qua concurrere debeant, nu. 74. ibid.

Positionibus requirentib. alium, qui respondeat quàm respondentem, non tenetur monitus respondere. Vti nec positionibus contrariis, n. 126. & 127. c. 14.

Positionibus contrariis respondens, est perjurus, n. 128. ibid.

Positionibus aliàs decisis per juram. non tenetur monitus respondere. Nec illis, utrum respondens bona, vel mala fide possideat, n. 130. ibid.

Positionibus continentibus factum alienum an sit respondendum? n. 131. & 132. ib.

Positionibus negativis respondendum, an sit? n. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 141. c. 14.

Positionibus respondetur de credulitate per verbum credo vel non credo. Quod consuetudine generali admissum est, n. 3. & 4. c. 8.

Positionibus continentibus objectivam materiam, an & quando sit respondendum, n. 155. & 156. c. 14.

Positionibus aliàs indebitis, non tenetur monitus respondere, n. 157. ibid.

Positionibus detegentibus turpitudinem respondentis, non tenetur monitus respondere. Puta positioni detegenti perjurium respondentis, n. 151. & 152. Vel continenti excommunicationem, n. 153. c. 14.

Positionibus respondetur de credulitate, & nihilominus dicta responsio aquè praejudicat ac si responderetur de veritate, n. 22. cap. 19.

Positionibus non tenetur monitus respondere, in casibus, in quibus juramentum litis decisivum recusare potest. Vti nec positionibus productis post lapsum termini ad probandum, num. 116. & 117. cap. 14.

Positionibus captiosis respondere non tenetur monitus. Et quando dicantur captiosæ, n. 83. 84. & 85. Et quomodo eis sit respondendum, n. 86. 87. 88. 89. 90. 92. & 94. ibid.

Positionibus juris civilis, seu municipalis non tenetur monitus respondere, n. 111. & 115. ibid.

Positionibus impertinentibus respondendum est de stylo, n. 103. ibid.

Positionibus ignoratis quomodo est respondendum, per verbum, credo, & non credo, n. 12. c. 8.

Positionibus incertis, non tenetur respondere monitus, n. 96. c. 14.

Positionibus fundatis in consuetudine an teneatur monitus respondere, nu. 113. & 114. ibid.

Pontifex Romanus, quamvis in donatione à Constantino facta Sylvestro Magno Papa habuerit multa regalia, non ex hoc habebit judicem laicum, n. 340. c. 15.

Pontifex Romanus habet à Deo duplicem potestatem, scilicet spiritualem & temporalem, n. 325. ibid.

Pontificibus Romanis bona donata dicuntur potius reddita Deo, quam donata, nu. 342.

Prælatus quilibet tenetur jurare de calum. Et ad id poterit constituere syndicum, vel procuratorem, n. 400. & 401. ibid.

Prælatus jurat de calu. in animam propriã, n. 402. & 404. Et quare, n. 403. ibid.

Prælatorum contumacia in non jurando de

de calum. non nocet Ecclesiæ in casibus, in quibus vera eorum confessio non præjudicaret,405 ibid.

Princeps non potest tollere jura. cal. quoad genus, sed quoad formam,n.24.c.13.

Principales domini si sunt melius informati, quàm administratores, ipsi jurant de veritate, ad relevandum adversarium ab onere probandi,n.413.c.15.

Processus non dicitur invalidus, nec nulla sententia, si petita intimatio præstiti jur. cal. sit omissa,n.159.160.& 161.c.14

Processus & sententia secundi judicij non sunt nulla si in priori judicio petitum fuit jurare de calumnia, & non fuit juratum, deinde devenitur ad secundum judicum, & in eo non petitur de calum. jurari,n.32.c.7.

Processus fabricatus ab eo, qui recusat jurare, est nullus,n.436.c.15.

Processus non vitiatur, si diu post lit. contest. præstetur juram. cal.n.42.c.10.

Processum & sententiam ipso jure nullas esse ob cal. juram. non præstitum, quomodo intelligatur,n.5.c.14.

Processus per contradictas, & edicta non conceditur, nisi propter absentiam, num. 153. & 154.c.16.

Procurator petens jurari in animam domini, debet ipse prius habere mandatum ad jurandum de calumnia,n.168.ibid.

Procurator dominus litis effectus post litem contest de cal. jurat. Etiam sine mandato,n.169.170. ibid.

Procurator Fisci tenetur jurare de cal. Licèt usus servet contrarium, nu. 171. & 172.ibid

Procurator in rem suam tenetur jurare de cal. Quia ipse dicitur principalis,n.173 & 174. Jurabit quaque dominus, quando ipse dicitur melius informatus, vel procurator suspectus allegaretur ab adversario,n.175 ibid.

Procurator cum mandato generali, & facultate jurandi de calum. vel cum clausula ad lites, jurat de calum. in animam propriam. num.29.c.16.

Procurator cogi potest ad jurandum de cal. etiam si sum principalis juraſſet,n.30.ibi.

Procurator non potest jurare in animam domini, nisi id in mandato sit expressum, n.31. & n.42.ibid.

Procurator non admittitur ad jurandum de cal. nisi in mandato adsit, quod possit de calumnia jurare,n.32. ibid.

Procurator non potest de cal. jurare, etiam si cum cautione de rato, & c. fuisset admissus, n.33.ibid.

Procurator habens generale mandatum etiam cum facultate jurandi de calu. non potest cogi ad jurandum de cal. Et quare,n.93.118.& 133.c.16.

Procurator dum admittitur, non potest parari domino præjudicium futuri eventus, & privatus est potentia parandi præjudicium,n.128.ibid.

Procurator habens speciale mandatum ad certam causam si non jurat, tenebitur domino suo ad damna, & c. nu.160. & n.162.ibid.

Procurator sciens malam causam fovere suum dominum, non debet jurare de cal. n.161. ibid.

Procurator non constituitur ante lit. contestat per tutores & curatores, sed actor. Qui si committit calumniam, & de calum. juravit, condemnabitur in expensis de suo proprio,n.184.c.16.

Digitized by Google

Procurator cum generali mandato ſi cogi non poteſt ad jurandum de calum. quomodo procedendum ſit pro expeditione cauſa, ſi talis procurator generalis fuit conſtitutus ante motam litem in citando. Et quomodo ſi fuit conſtitutus poſt litem cœptam, n. 148. *&* 149. *ibid.*

Procurator cum mandato generali, qui poſſit admitti ex communi obſervantia, & conſuetudine, tenetur domino ad damna &c. ſi ſit negligens in jurando de calum. Dummodo mandatum acceptaverit, nu. 166. *ibid.*

Procurator datus ex officio à judice non jurat de cal. in animam domini, quando in eo conſtituendo non concurrit aliquis actus poſitivus domini principalis, n. 62. *c.* 16.

Procurator jurans in animam domini debet id exprimere. Alias cenſebitur juraſſe in animam propriam, n. 62. 64. *&* 66. *ibid.*

Procurator ſemper tenetur jurare de calumnia in animam propriam, inſtante de hoc parte adverſa. Etiamſi voviſſet, vel juraſſet non jurare, n. 45. *&* 46. *Aut etiam ſi ſuus dominus juraſſet, n.* 47. *ibid. etiam ſi ſuus principalis dominus non teneretur jurare, n.* 48. *ibid.*

Procurator habens legitimum mandatum ſpeciale tenetur de calum. jurare in animam propriam: Aut ſi mandatum generale habeat, n. 49. 50. *c.* 16. *Dicta de procuratore principali locum habent etiam in procuratore ſubrogato, n.* 51. *c.* 16.

Procurator ſubrogatus tenetur jurare de calum. etiamſi procurator principalis juraſſet, n. 52. *&* 65. *ibid.*

Procurator nolens jurare in animam propriam non præjudicat domino per ejus contumaciam, n. 53. *c.* 16. *&* nu. 82. 88. *&* n. 100. *ibid.*

Procurator cum mandato ſpeciali, & facultate jurandi de cal. poterit cogi ad jurandum de cal. etiam appellatione remota, remiſſive, n. 40. *c.* 16. *&* nu. 105. *&* 134. *ibid.*

Procurator habens ſpeciale mandatum non jurat in animam propriam, ſed in animam domini ſui, n. 41. *c.* 16.

Procurator habens generale mandatum cum facultate jurandi de calum. in animam domini, poterit jurare in animam domini, etiam ſi non habeat ſpeciale mandatum, n. 43. *ibid.*

Procurator jurans ſimpliciter poſt petitionem factam, quod juretur in animam principaliſmet, intelligitur juraſſe in animam domini, n. 67. *ibid.*

Procurator generalis cum facultate jurandi de cal. quod poſſit cogi, tunc agitur de damno incurrendo, n. 108. *c.* 16.

Procurator cum ſpeciali mandato, & facultate jurandi de cal. poteſt cogi ad jurandum, n. 97. *Declara, ut n.* 98. *ibid.*

Procurator, & hæredes, ac alij repræſentantes alias perſonas, tenentur jurare de cal. etiamſi perſona repræſentata juraſſet, n. 19. *c.* 9.

Procurator cum mandato generali, & facultate jurandi de cal. poteſt admitti ad jurandum de calum. quando non agitur de magno præjudicio ſui domini, n. 121. *&* 123. *ſecus ſi ageretur de magno præjudicio, n.* 124. *c.* 16.

Procurator quod juret de cal. intelligitur de procuratore ad lites, n. 1. *&* 2. *ibid.*

Procurator regulariter non poteſt de calumnia jurare, n. 3. 4. *&* 11. *Niſi habeat* ma-

Digitized by Google

mandatum speciale, n. 6. 12. 13. & 35. Intra spe-
cialissimum, n. 7. 16.
Procurator cum speciali mandato, & facultate ju-
randi de cal. si recusat jurare in animam domi-
mi, dominus reus habeatur pro confesso, & actor
cadat ab actione intentata, n. 99. 16. & n. 92.
ibid.
Procurator cum generali mandato cum facultate e-
siam jurandi de cal. dominum non ligaret in cau-
sis injustis, n. 132. 16.
Procurator qui cogitur adjurandum, jurat; aliàs
non diceretur cogi, n. 135. ibid.
Procurator jurat de cal. remissivè, n. 248. 15.
Procurator acceptando mandatum speciale, & de-
fendendo causam facit praesumi quod dominus ha-
buerit justam causam, n. 165. 16.
Procurator cum mandato generali ad omnes causas,
& facultate speciali adjurandum de calum. an
possit de cal. jurare? n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
21. 22. 23. & 28. ibid.
Procurator cum generali mandato, & facultate ju-
randi quod admitti debeat, & quod possit cogi,
sunt termini diversissimi, n. 104. 16.
Procurator in rem suam dicitur principalis, n. 14. &
11. ubi opinio Socin. limitatur secundo, in procu-
ratore actoris, qui libellum porrexit, & in procu-
ratore rei, qui libello respondit, & sic lis con-
testata sunt. Tertio limitatur in procuratore, qui
non allegat, & saltem summariè probat causam,
ob quam judex concedere debeat talem termi-
num, n. 15. & 16. ibid.
Procurator ad negocia, qui pro suo domino potest a-
gere & defendere an possit de cal. jurare, & nu.
177. 178. & 179. 16.
Procurationis ad officium nemo est invitus trahen-
dus, n. 92. & 93. ibid.
Procuratoris nolentis jurare animam propriam,
contumacia consuevit in Camera Imperiali mul-
ctari pecuniariter, n. 4. ibid.
Procuratoris facta confessio praejudicat domino in
casibus, in quibus ejus vera confessio domino pra-
judicaret, n. 83. ibid.
Procurator excusatur à jur. cal. praestando in ani-
mam domini, quando isse principalis non teneatur
jurare de cal. n. 84. 16.
Procurator unus solus non potest jurare de cal. quan-
do sunt duo constituti non in solidum, sed jurabunt
ambo, n. 85. 86. & 87. ibid.
Procuratori petenti terminum ad consulendum do-
minum, quando concedi debeat, si nomine sit re-
spondere possit. n. 6. Et quomodo, n. 20. 11.
Procuratori quando concedi non debeat terminus ad
deliberandum super jur. cal. n. 22. ibid.
Procuratori in rem suam, & aliis procuratoribus
an sit concedenda dilatio ad jurand. de cal. remis-
sivè, n. 176. 16.
Procuratorem cum speciali mandato non admittendo,
judex facit injuriam, n. 36. ibid.
Procuratores cum generali mandato, ut plurimum
constituuntur per dominos, & non informantur de
omnibus causis movendis contra ipsos, n. 131. ibi.
Procuratores ad multa damna tenentur eorum do-
minis principalibus, n. 167. ibid.
Promittens de rato in jur. cal. non confirmatur pro-
curator eo ipso, quod principalis juravit de calu.
sed ipse convenire poterit, si dominus ratum non
habet, n. 10. 15.
Pupillus doli capax jurare debet de cal. in causis, in
quibus habet legitimam personam standi in judi-
cio. Puta in causa momentanea possessionis, nu 33.
& 34. Laesus tamen restituitur, n. 35. 15.

Q.

Quaestio an jur. cal. respiciat praterita, & ad ea
extendatur non est, ut Socin. placuit, modici
praejudicii, sed magni, n. 66. 10.
Qua dicuntur de filio, dicuntur de omnibus descen-
dentibus, n. 93. 15.
Querela de cal. posita per reum contra accusatorem,
quando intelligatur probata, n. 21. 22. 23.

R.

Ratio eadem ubi militat, debet militare eadem
juris dispositio, n. 126. & 129. 16.
Ratio futuri praejudicialis eventus eadem militat
in non admittendo procuratore, & in non cogendo,
n. 127. ibid.
Ratio cur. inducta sit observantia, vel consuetudo,
quod procurator generalis cum facultate tamen
jurandi de cal. admittatur, n. 106. ibid.
Renuntio post litem contestatam admittitur et-
iam si non sit juratum de calum. n. 3. 24.
Recusans judicem ut suspectum, tenetur jurare de
cal. n. 225. 15. item ille, cui concessum est privi-
legium, quod non juret de cal. parte adversa oppo-
nente, quod privilegium est falsum vel subrepti-
tium, tenetur jurare de cal. n. 226. ibid.
Recusans jurare de calu. in instantia appellationis
habetur pro confesso, n. 82. 19.
Recusans jurare ad hoc, ut incidat in poenas recu-
santis, opus est, ut sine justa causa recuset, n. 38. 14
Remanentes justae ad hoc, ut admittantur calu-
miari, n. 14. 10.
Rescriptum subreptitium redditur, si in eo narratur

Digitized by Google

comparativum, cuius positivum non sit verum, n. 147. 16.

Responso facta positioni sub conditione, non valet, & respondens cogi poterit ad respondendum praecise, num. 95. 14.

Responso facta per clausulam (Non credit ut ponitur) non est bona, ubi viget statutum, quod positionibus simpliciter respondeatur. Valet tamen, quando positio esset implicita, n. 90. & 91. *ibid.*

Restitutio non conceditur domino adversus negligentiam procuratoris, volentis jurare de cal. in animam domini. Et ratio. Nisi quando procurator non sit solvendo, n. 89. 90. *c.* 16.

Restitutio conceditur minori, etiam si habeat regressum contra tutorem, secundum Sfort. Oddum, Quod restringitur, n. 57. & 58. 19.

Res eadem non debet diversò jure censeri. Declaratur n. 24. 26. & 146. 16.

Reus recusans de cal. jurare, habetur pro confesso, num. 19. 14. *concurrentibus qualitatibus duabus, num.* 36. & 37. *ibid. quod locum habet etiam in criminalibus, n.* 20. *ibid. in omnibus exceptionibus peremptoriis, n.* 32. *ibid. non vero in dilatoriis inhabilitantibus personam actoris, n.* 33. *ibid. habetur quoque pro confesso in replicis, n.* 22. *ibid. & in causa spirituali, n.* 23. *ibid.*

Reus recusans jurare habetur pro confesso non ipso jure. Sed per sententiam judicis, num. 24. & 25. *Qua sententia non est interlocutoria, sed declaratoria diffinitiva, n.* 26. 14.

Reus est favorabilior actore, n. 122. 16.

Rigor se est in specie scriptus, & similiter aquitas in specie scripta, rigor aquitatis praefertur, n. 22. 7

Rubrica huius capituli quomodo sit prima, & secunda pars satisfactum, n. 435. 25.

S.

Senex, quid dicatur, remissive, n. 25. 17.

Sensus, in quo res prodest, capi debet remissive, n. 74. 16.

Sequestrum expirat triennio, n. 224. 15.

Sequestri medicina est fideiussio de standojuris, & judicatum solvendo, n. 215. & 222. *ibid.*

Sequestra non vetamur ea, quae in Germania dicuntur arresta, seu impedimenta, n. 194. *ibid.*

Sequestra sunt in duplici differentia, alia enim respiciunt personam, alia respiciunt bona, num. 195. & 196. *ibid.*

Sequestra contra carceratam personam, quando concedenda. & quando non, n. 197. 198. 199. 200. & 201. 15.

Sequestra personalia pro sistenda persona vaga, seu de fuga suspecta, passim concedantur sine parvis citationc, n. 202. *ibid.*

Sequestra seu arresta personalia egregiis personis, & saepe Principibus, quomodo fiant, n. 203. *ibid.*

Sequestra, seu arresta personalia concedantur de stylo docto, de credito, & jurato, de suspicione juge. Eaque concedi possint quando & debeant, remissiven. 204. & 205. *ibid.*

Sequestra tolluntur ipso jure praestita fideiussione de standojuri, &c. Etiam aliquando praestita tantum juratoria cautione, n. 222. & 223. 15.

Sequestra realia sunt in duplici differentia, & quando concedantur pro cupiendis bonis ad effectum assecurationis judicij, n. 211. *ibid.*

Sequestra pradicta sunt ad instar realium citationum & ad aliquem effectum, n 220. *ibid.*

Sequestratio omnis est de jure prohibita, num. 221. *ibid.*

Sententia super negocio principali, si feratur in favorem Titij, qui recusavit jurare, unde nulla esset, An possit Iudex de novo sententiare, n. 57. 7

Sententia nulla non dicitur sententia, n. 58. *ibi.*

Sententia super negocio principali lata pro eo, qui institit jurari de calumnia contra adversarium qui non juravit, potest dici nulla conditionaliter, n. 53 *ibid.*

Sententia declaratoria super juram. cal. potest peti & obtineri in eadem instantia sine novo processu, n. 39. 14.

Sententia qua fertur contra recusantem jurare de calumnia, qualis debeat esse, n. 43. *ibid. condemnatoria datur in confessum post lit. conteft. Secus autem ante lit. conte. n.* 44. *ibid.*

Sententia non est nulla, si A. intendit aliquid probare per testes, & ad id citat B. adversarium, qui B. protestatur non examinari aliquos testes, nisi jurato de cal. Deinde A. determinat probare per instrumenta, & non jurato de cal. procedit ad sententiam, n. 162. & 163. 14.

Sententia lata super negocio principali, potest nihilominus agi vel excipi de recusatione praestationis jur. cal. n 54. & *n.* 57. *ibid.*

Sententia nulla non est sententia: Nec ullam operatur effectum, n. 55. & 56. *ibid.*

Sententia non potest dici nulla, qua fertur in favorem Seij, & contra Titium, si Seius petuit de cal. & Titius non juravit, & Titius non potest dicere sententiam contra se latam esse nullam, ex quo ipse requisitus voluit jurare, n. 46. 7.

Digitized by Google

Sententia debet ferri in ultimo parte diei, n. 6. 10
Sententia in puncto juris est nulla, si Titius in terminis substantialibus petiit juramenti de cal. & Sejus in cuius favorem lata est, non juravit, n. 29. & 31. in fin. 7.
Servus tenetur de cal. jurare, in causis, quibus habet legitimam personam standi in judicio. Veluti in causa momentanea possessionis, n. 36. & 37. 15
Socin. doctrina in c. caterum, n. 39. & 10. de jur. cal. discutitur. c. 12.
Sdein. in c. in pertractandis, n. 415. & 18. de jur. cal. reprobatur, c. 15.
Socin. in c. Isteras, n. 78. & 13. declaratur, c. 19.
Solemnitates requirentes presentiam proximorum, & judicis decretum in contractib. & quasi contractibus in judicio, & extra, mulierum & minorum, per reformationes Tiburis, an habeant locum in jur. cal. & litis contestatione? n. 194. 14
Speculat. in tit. de jur. cal. §. 4. n. 4. in fin. reprobatur & declaratur quomodo posset habere locum dictionis (Ante) significatio remissive, num. 31. c. 10.
Spurtula quid, n. 21. 5. *possunt dari, n. 20. ibi. an & quando debeantur, n. 22. ibi. Earum materia ubi habeatur, n. 23. ibi. de consuetudine, an liceat dari, & recipi possint spurtula, n. 24. ibid. Assessoribus non debentur, n. 25. ibid.*
Statutum requireret pro forma, quando in juramento conciperet verba per prius, aut posterius. Vel quando illud requirit per ablativum absolutum, vel post. n. 25. & 26. 12.
Statutum est interpretandum, ut aliquid addat juri communi, n. 21. ibid.
Statutum nihil operatur, si recipiat interpretationem quod jur. cal. intelligatur, si petatur à parte, n. 22. ibid.
Statutum permittens mandata suspicionis fuga, & capturas, intelligitur, si post contractum debitum supervenisset nova suspicionis causa, n. 206. c. 15
Successor alterius tenetur de calumnia jurare, n. 132 ibid.
Suspectus de fuga quis jurare potest, etiam lite pendente, n. 208. 15.
Suspectus de fuga juratus pro maiori quantitate, quam sit debitor, constito de hoc debet relaxari, n. 209. ibid.
Syndicus jurat de calumnia. Et quidem in animam propriam, n. 354. 356. & 357. 15.
Syndicus non juras de calumnia, sed Abbas, quando Abbas esset melius informatus, n. 355. ibi.
Syndici contumacia an nocent monasterio, remissive, num. 358. ibid.

T.

Taciti & expressi quod eadem sit vis, quomodo procedat in juramento calumnia, num. 18. c. 12.
Tactus Evangeliorum requiritur in juramento calumnia quarumcunque scripturarum in jur. cal. sufficit de consuetudine, n. 10. & 11. 6. *necessario non requiritur, n. 12. ibi. est necessarius, quando juramentum à jure defertur, ut in juram. cal. & debent tangi manibus, n. 13. ibid. Predicta de tactu scripturarum procedunt in laicis, non in Ecclesiasticis personis, n. 14. ibid.*
Thiphlismi quid sint, n. 175. 15.
Tempus datum ad probandum alicui, an currat inst. tempus datum ad jurandum de cal. nu. 193. 14
Terminus decendij ad appellandum non currit, nisi à die scientia domini, quando procurator non est solvendo, & negligens fuerit in appellando, nu. 91. c. 16
Termini substantiales ex urbanitate, & non de rigore servantur, quando per contradictas procedit. contra citatum ad totam causam, nu. 30. 7. *quando proceditur per edicta idem est dicendum. ibid Et est nulla sententia predicta ad favorem Seij lata, dum similiter proceditur per contradictas, & edicta, ibid.*
Terminus, seu dilatio ad deliberandum non debet concedi jurature de cal. Reiecta opinione Bartoli affirmantis, n. 1. 2. 3. & 4. qua tamen procedere posset, ut n. 5. & 6.
Terminus est indulgendus ad deliberandum, quando supervenisset causa, propter quam verisimiliter posset dubitare juraturus. Aut is qui jurare tenebatur, respondisset libello, & deinde juramentum peteretur ab eius hærede, vel procuratore, n. 7. & 8. Et concedatur reo, quando procurator litem est contestatus, n. 9. 11.
Terminus predictus an concedi debeat procuratori, est judicis arbitrium, secundum Socin. num. 10. & 11. Quod tamen limitatur primò in Procuratore in rem suam, & quare, nu m. 13. ibid.
Termini substantiales decem sunt, maximè si causa sit profana, n. 25. 7.

Digitized by Google

Terminus subsidiarius sunt communes utrique parti, n. 27. ibi. non simpliciter, sed secundum quid, & sunt communes, quoad dilationes utriusque parti, n. 28. ibi.

Terminorum substantialium omissio percutit defectum citationis. Et jurisdictionis, n. 70. & 71. 19

Testis interrogatus de proprio vitio, per quod à testimonio repelleretur, an debeat respondere, remissive. n. 154. 14.

Testis jurat de veritate. Et debet deponere per aliquem sensum corporis, alioquin non probat. nu. 14. & 15. 8.

Testibus deponentibus pro damno vitando magis creditur, quàm deponentibus pro lucro capiendo, nu. 115. 16.

Tertius vocatur, vel admissus ad causam, tenetur jurare de cal. n. 134. 15.

Tertius admittitur in statu & terminis in quibus causa reperitur. n. 135. ibid.

Tertius vocatus, vel admissus ad causam semper gerit vices actoris, aut rei, n. 136. ibid.

Tertius vocatus, vel admissus ad causam, quomodo, & quando admittatur, remissive, n. 139. ibi.

Tertius ut admittatur debet saltem summarie docere de suo interesse, & semiplene. Et docto de suo interesse impedit executionem, n. 140. & 141. 15

Tertius veniens ad causam quando possit impedire executionem obligationis Camerali remissive, n. 142. ibi.

Tituli à primordio posteriori formatur eventus, nu. 143. 145. 16.

Transactiones à se jurata si maior viginti quinque annis contrafaciat, ipso jure cadat ab omni commodo contractus, n. 55. 7.

Tutor tenetur jurare de cal. Et quare. num. 282. & 282. 15.

Tutores plures si fuerint, an omnes jurent, vel unus pro omnibus? n. 288. 289. 290. & 291. ibi.

Tutor intervenire debet, dum discutitur, an minor teneatur jurare, vel non jurare, sed non debet auctorare, ab isto, vel illo modo respondendum. n. 285 ibi.

Tutor jurat de calumnia in animam proprium, nu. 286. ibi.

Tutor ob litem illicite motam puniendus est, non verò pupillus, n. 6. 23.

Tutor si non jurat requisitus, eius contumacia nocet pupillo. n. 278. 15.

Turca etiam tenetur de cal. jurare. Et quomodo id juramentum præstatur, n. 165. 166. & 167. ibi.

Turcarum juramento standum est. n. 168. 15.

V.

Vasallus agens contra dominum an teneatur petere veniam? n. 76. 77. 15.

Veniam tenetur petere etiam filius spiritualis. n. 74 ibid.

Vicarii, notarii, & fiscales aliqui rapaces sunt in tribunalibus Episcoporum, qui virtutem causas ad eos non spectantes ad eorum tribunal, nu. 394. c. 15.

Vice-Dominus jurat de calumnia, n. 364. ibid.

Victus victori in expensis condemnari debet etiam in criminalibus. Etiam si victor id non petat, nu. 184. & 185. Aut victus esset hæres. n. 186. Excusatur tamen ex justa causa. n. 187. Nisi expensa sunt promissa in instrumento, nu. 188. Vel cum adest statutum, quod victus victori in expensis condemnetur. n. 189. 14.

Victus quando justa de causa excusari debet. id procedit in reo, & nunquam in actore. Etiam si succederet in jus alterius, n. 190. 14.

Universitas jurat de calumnia & eius formam remissive, n. 8. 5.

Universitas quid sit remissive. n. 123. c. 15. per unum non constituitur, sed per tres. n. 124. ibid.

Universitas cogi potest ad constituendum Syndicum pro negotiis incumbentibus. n. 125. ibid.

Universitas non habet animam. ideo in eius animam non potest jurari. n. 121. ibid.

Universitas tenetur jurare de cal. Et quomodo illud juramentum præstetur, n. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. & 117. c. 15.

Usuræ sunt prohibitæ jure civili, canonico, naturali & divino. n. 25. c. 3. & Ius civile intelligitur de jure civili Romanorum scripto ab illo Magno Iustiniano. n. 24. ibid. Non obstante quod usuræ sint prohibitæ omni jure ut supra. & etiam jure divino. Summus Pontifex determinavit, quod contractus factus hoc modo sit usurarius, & factus alio modo non sit usurarius, num. 25. ibid.

Usufructus morte usufructuarij finitur. & ad hæredes non transit. n. 96. c. 15.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATUS
Novus, Perſpicuus & Abſolutus
De
JURAMENTO CALVMNIÆ
ANTONII DEL RE
Juriſconſulti Tiburtini Excellentiſſimi,

In quo omnia, quæ circa dictam materiam tam in ſcholis, quàm in foro verſantibus ſummè neceſſaria ſunt, abſolutè pertractantur.

Cum Summariis, & Indice Rerum, Verborum, ac Sententiarum copioſiſſimo.

OSNABRUGI,

Apud Joannem Georgium Schwänderum, *Anno M. DC. LXXVII.*

FONDAZIONE
CASSA DI RISPARMIO
IN BOLOGNA